1695

VARGAS

DECADUM

327

2-L-2



BIBLIOTECA
DEL
Rey N. Señor.

VII Y 1

327



S. Bart^o 452

Mss. 1695

Tamayo de Vargas... Tomas...

Decadum verorimilium pars prima
hoc est subcesivarum horarum ad
amicos, doctos, nobiles pensa theolo-
gica, physiologa, polyhistorica. philologa.
politica.
Puericiæ opus, nuper ex intervallo
duodecim annorum repetitum.

M.S. en folio de letra del Siglo 17.º

Al principio hay una nota que dice:
Este libro remitió á este colegio de S. Bartolome
el S.or D. Francisco Ruiz de Vergara y estaba
caballero del orden de S.tiago de el Consejo
de S.M. en el Supremo y real de Castilla y
de la Suprema y general Inquisicion por con-
tener en si notas muy dignas y haberlas reco-
gido su curiosidad.
La obra está dedicada á su tio D. Ant.º de

de Vargas, en la qual hay muchas noticias lite-
rarias, propias y extrañas: esta dividida en diez
decadas, y cada decada en diez capitulos dirigidos
á varios sabios, asi nacionales como estrangeros.

Virgilio
Catulo
Juvenal
Macrobio
Claudio
Plinio

Genesis
Habacuc - Apoc.
Ambrosio Isaias
Isidoro
Cipriano
Arnobio
Minucio Felix
V. Lirin.
Opt. Milev.
Prudencio
Beda

Etimon
Oppida Hispaniae


colorchecker CLASSIC
x-rite

N. 452

Dn. THOMÆ TAMAIO DE VARGAS

PHILIPPI IV.

HISPANIARVM REGIS CATHOLICI

HISTORIOGRAPHI

DECADVM VEROSIMILIVM

Pars prima;

Hoc est,

Subsecivarum Horarvm

AD

AMICOS, DOCTOS, NOBILES

PENSA

Theosopha, Physiologa, Polyhistorica, Philologa, Politica.

Puerilia ognia, nuper ex intervallo

duodecim annorum repetitum.

Dn. THOMAE TAMAIO DE VARGAS TOLETANI.

Decadum Vero-similium

pars prima;

Hoc est,

Subsecivarum Horarum

ad

Amicos, Doctos, Nobiles.

pensa

Theosopha, Physiologa, Polyhistorica, Philologa, Politica.

Este libro remitio a este Collegio de San Bartholome el señor Don Fran.co Ruyz de Vergara, y Alaua, cauallero del orden de Santiago, de el Cons.o de su Mag.d en el supremo, y Real de Castilla, y de la Suprema, y General Inquisicion, por contener en si notas muy dignas, y auerlas recojido su curiosidad &c.

Da THOMAE TAMAYO DE VARGAS

TOLETANI

Decadum Vero similium

pars prima:

Noctes

Subsecivarum Horarum

ad

Amicos, Doctos, Nobiles

pensa

Theosopha, Physiologa, Polyhistorica, Philologa, Poetica

PHILIPPO. QVARTO

PHILIPPI. BONI. F. PRVDENTIS. N

CAROLI V. MAXIMI. PRON

VERAE FIDEI AMATORI

ORTHODOXO. CATHOLICO

CHRISTIANISS. RELIGIOSISS. GLORIOSISSIMO

MONARCHAE

HISPANICO

AMERICO. INDICO

HIEROSOLYMITANO. SICVLO

PANNONIO. BVRGVNDICO. BELGICO

ETC.

PIO. FELICI. AVGVSTO. MAXIMO

D. S.

IMPERATORI-REGI

PHILIPPO III ERMENIGILDO
PHILIPPI PRUDENTIS F.
CAROLI V MAXIMI N.
VERAE FIDEI AMATORI.
ORTHODOXO CATHOLICO.
CHRISTIANISS. RELIGIOSISS. GLORIOSISSIMO.
MONARCHAE.
HISPANICO.
AMERICO, INDICO.
HIEROSOLIMITANO, SICULO.
PANNONIO, BURGUNDICO, BELGICO
ETC.
PIO FELICI AUGUSTO MAXIMO
D G.
IMPERATORI-REGI.

PHILIPPO III FERMENGILDO
PHILIPPI PRUDENTIS F.
CAROLI V MAXIMI N.
VERAE FIDEI AUCTORI
ORTHODOXO CATHOLICO.
CHRISTIANISS. RELIGIOSISS. GLORIOSISSIMO
MONARCHAE.
HISPANICO
AMERICO, INDICO
HEROSOLIMITANO SICILO.
PANNONIO BURGUNDICO BRABICO
ETC.
PIO FELICI AUGUSTO AUSTRIACO
D. C.
IMPERATORI REGI.

Non solum Ex δὲ διὸς βασιλῆες, à Deo sunt REGES: sed διοτρεφέας, et à DEO educatos verè quis dixerit: Veriùs tu,

HISPANIARVM POTENTISSIME REX,

cum Hispano proferes, [Ego ex omnibus mortalibus placui, electusq; sum, qui Deorum vices in TERRIS fungerer: Ego vitæ necisq; gentibus Arbiter; qualem quisq; statum sortemq; habeat in meâ manu est positum.] Veriùs profecto! Quem DEI. O. M. beneficio inlustriori huic totius mundanæ molis regioni SOLEM datum agnoscimus, colimus, reueremur: qui tam Naturâ, quàm dotibus

Εἰς βασιλεὺς, ᾧ ἔδωκε κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω
Σκῆπτρον τ' ἠδεθέμιστας, ἵνα σφίσιν βασιλεύῃ:

= Vnus REX, cui concessit Saturnia proles
= Sceptrumq; et leges, Vt iudicet et dominetur.

Qvid in Vnoquoq; aut VIRTVTIS, aut FORTVNÆ gradu diutiùs sistam? Quis vtriusq; laudes valeat æquiparandi magis spe, quàm gratiâ non tacendi aspirare? Hanc communem cum ceteris, Sed meliorem multis verè possides; veriùs illam tanquam agnatam et verè propriam tenes: ab vtrâq; TIbi meritò imperium;

— obsequium sufficit esse meum;

Quod Naturâ debeo, opere exsoluo; alterâ glorior; altero (quid ni?) beabor. Si vtrumq; à DEo, à TE

= fidere tam fas est, quàm dubitare nefas.

Abi Calumnia. Vt DEVS adest omnibus locis, sic et illi, quos se ipse plenos prouidet; Neq; enim pars vlla terrarum Maiestatis vestræ præsentiâ caret, etiam cum ipsi abesse videamini: ab hac ego tutus: an eâ dignum munusculum? vile à me; Sed quia ad REGEM regium. Nec mirum, litterarium est; addam et honestum? addam et dignum? fortassis. Nam τὸ μὲν ἀργύριόν ἐστι κοινόν τι πάντων ἀνθρώπων κτῆμα· τὸ δὲ καλὸν, καὶ πρὸς ἔπαινον καὶ τιμὴν ἀνῆκον, θεῶν καὶ τῶν ἔγγυστα τούτοις πεφυκότων ἀνδρῶν ἐστί.

Argentum quidem et pecunia est communis omnium hominum possessio;

at

Callimach. Hymn. in Ion.
Homer?
Seneca l. de Clem.
Homer?
Nazarius Paneg. ad Constant. Max.
Theodos. Aug. Aug. in ep. 1.
Ibidem.
Auson. in grat. act. ad eundem.
Mamertin. Geneth. Maximian.
Polyb.

at *Honestum*, et *ex eo laus et gloria* DEORVM *est*, *aut* EORVM, *qui à Diis proximi censentur*. En diuinum, en Regium. Vtrum q3 in illius animo, qui *elegans* LIBERALIVM *studiorum*, *totius q3 Doctrinæ et admirator*, *et fautor est*, Vt Scipio; vel qui, Vt Augustus *ingenia* SECVLI SVI *modis omnibus fouit*; qui, verbo dicam, verè REGIVS; verè DIVINVS; verè TVORVM Rodolfi, Maximiliani, Alphonsi, Ferdinandi, Caroli, Philippi,

PHILIPPE CATHOLICE REX;

Qvem tu DEVS Longœuum nobis serua: qui *iudicium tuum* REGI *das*; *et iustitiam tuam* FILIO REGIS. *Iudicare populum tuum in iustitia*, *et pauperes tuos in iudicio*: vnà et PACEM apud nos, quâ viuimus, diuturnam; apud TE, ad quam nati, da Æternam.

ΕΛΕΝΧΟΣ

NOTARVM, quæ singulis SCHEDIASMATIS,

Ad DEVM pro Doctrinâ preces. Fidei meæ. ex amologesis. S.R.E, cui vni Caput CHRISTVS, me, mea omnia LVBENS, MERITÒ, et ex ANIMI MEI SENTENTIÂ, subdo, submitto.

HISPANIARVM potentissimo REGI D.D.C.

Amicis, Doctis, Nobilibus, ac D. Ant. Perez Lio de Vargas auunculo meo. S.D. vnà et Consilium meum, Scriptionis, et finem.

PRIMÆ DECADIS.

AD

AMICOS, DOCTOS, NOBILES:

SCHEDIASMA. I. Ad ianuam defunctorum pedes exporrecti. fortasse è Sacris. Hæc noùe explicata. Vtraq; auctoritate multorum comprobata. Hinc Virgilio et Catullo conrectio; Iuuenali, alijs lux; Homeri in Seneca imitatio; Huic Lucilio, multis inlucidatio: DECREPITVS quid? HVERCO vnde apud Hispanos, et exeo adagium? — Inlustriss. D. Sanctio Dauila Episcopo Seguntino. Seguntiam.

II. Celebrandorum natalium ritus. Sacris Profanis q; in hanc rem lux Hieronymi ac Bedæ Lapsus. primo detectus, forteam et leuiter tectus. — R. Io. Marianæ S.I. Toletum.

III. Nugarum etymon aduersus Grammaticos. Sophoniæ ex Hieronymo docta interpretatio. Latinorum paræmiæ — R. Thomæ Maluenda Dominicano.

Inugas

Valentiam.

D. Franc. Gomes de Queuedo V.N.

Franciſc. de Medina Hiſpalim.

D. Sebaſtiano Orozco de Couarruuias V.N.

R. And. Scottho S.I. Antuerpiam.

D. Bernardo Aldrete V.CL. Cordubam.

R. Alph. Ioartio Carmel. D. Eugenio d'Andrada I.C. Toletum.

Thomæ Blanchardo Jo. Barfoto. Neapolim.

[nugas nugaris,] Græcorum ab Deſ. Eraſmo non bene deductæ. Eius in Auſano ineptum hebesuè acumen: Huius DELIRVS quid?

IV. Süeuio apud Macrob. verſus ex coniecturâ reſtituti. Macrobius exaliorum calumniis vindicatus. Nucum genera aliquot explanata.

V. Ex Claudij apud Senecam multa: ex reliquis operibus aliquot loca conrigendi conatus.

VI. Origines etymologiæuè aliquot Hiſpanæ ex Græcâ Latinâ q3 linguâ Phraſes communes ex eisdem. obſeruationes indagationis curioſæ non paucæ.

VII. Quid in orbe medium? Hieroſolyma, Parnaſſus, Arin. Umbilicus multi explicati, nonnulli reiecti. Femur in S.S. Aliquot ex ea loci elucidati.

IIX. De Parnaſſo præcipua. Etymon, origo. Quid ipſe cataclyſmi tempore? Vbi arca Noachi vel cymba Deucalionis conſtiterit. Varij variè explanati, uel nouè adducti; ritè nonnulli eiecti.

IX. C. Plinij locus in controuerſiam à multis vocatus, denuò à me tentatus. MORBVS EST ALIQVIS PER SAPIENTIAM MORI.

X. Bilium genera. VITREA apud Perſium quid? Corn. Celſo lux, Cl. Galeno intellectus, alijs decor. Perſiani enarratores planè reiecti.

SECVNDÆ DECADIS

SCHEDIASMA. I. Inſigniora ſacri Geneſeos libri loca animadverſa.

uersa: plurima nouè explicata, uel inlustrata. Præcipuæ S.S. Patrum aut Interpretum in aliquot opinationes. Hæbraica, Græca, Latina. Lectio indicata. Auctorum aliquot vel exerrationes, vel deliria in hanc rem notata. Alijs Lux inspersa. — Conimbricam.

II. pari filo secundi Geneseos Cap. difficiliora insignioraue loka perlustro. Angeli signatè apud Mosen. Militia siue exercitus cælestis de illis ne an de stellis? Ter à Hieronymo dissentio. Homerum explico. Multis ex vniuersa S.S. locis obscurioribus nouam Lucem do, passim. — D. Iudouic. de Tena epis. Dertusano. Dertusam.

III. Dissensus Lectionum in Scrip. S. variarum concilio. Loca aliquot nouè interpretor vel animaduerto e III. Genes. cap. Antiphrasin aduersus Grammatistas defendo. Benedicere, Maledicere, quid? — R. Frontoni Ducæo. S. I. Parisios.

IV. Pergo et in I. B. Mosis librum Notas breues ab ipso primæui idiomatis vsu petitas, vel ad Græca, Latiaque translationis gnomen adcuratè compactas do. — R. Basil. Pontio Legionensi Augustian. Salmanticam.

V. Notæ Criticæ in V. VI. VII. IIX. IX. X. Cap. Genes. Noui operis eruditis omnibus gratissimi ac vtilissimi futuri Io. Mariana Summo. V. auctore dignissimi nuntiatio. — R. Carolo Scribanio. S. I. Antuerpiam.

VI. Indissolubilem Hieronymo quæstionem dissoluo. Babel, vnde et quid? — D. Aluaro Pizano de Palacios Can. Cord. Cordubam.

VII. CORAM quomodo in Scriptura capi soleat. Vocum aliquot Hebraicarum vis, aut notio. Æternum; Memoratu digniora in V. Cap. animaduersa. — R. Io. Marquez Agustiniano Salmanticam.

IIX. et alia quæ in VI. Capitibus notata digna, explicata. — R. Petro de Palentia Dominicano

IX. A cap. XXV ad XXIX vsq; difficiliora noto, in quibus non pauca rara obseruationis. — R. Io. Iorino S.I. Parisios

D. Aluaro de Villegas Can. Tol. Toletum.

X. Genes. inlustrationem notis in multa capita, et sibreuibus, non leuibus cursim claudo; et quæ exercendi idiomatis Sancti gratiâ olim animaduerti, heîc prodo.

TERTIÆ DECADIS.

D. Io. Fonseca de Figueroa V.N.

SCHEDIASMA I. Post C. Plinij Secundi interpretes alios spicilegium nostrum è veteribus Eccles. Toletanæ membranateis libris, siue ex coniectura. Illius in septem priores libros prælibatio. Solinus an Plinio posterior. Nomina oppidorum Hispaniæ aliquot vulgaribus expressa.

Bonau. Vulcanio V.Cl.

II. Multa in Plinianis lectionibus varietas indicata et iudicata ex Aristotele Plinius correctus. Quid [orgyia] ex Nicandro iterum, ex quo lux statio inlata. à Varrone, Plutarcho, Macrobio, alijs Plinius directus. Elops an acipenser. Glossema duplex indicatum. expunctum. Coniecturæ non infelices aliquot in locis desperatis.

Nic. Rigaltio

Danieli Heinsio V.Cl.

III. Oripelargi vox restituta Plinio ex Aristotele, qui contra Gallam versus. Quid Demostheni. Plinij Lectio emaculata ex coniectura Vergaræ et Gomecij VV. Cl. et obseruatione nostrâ in Oppianum et Epiphanium. Phœnix Lactantij nitori suo vindicatus. Glossema è Plinio eliminatum: in eumdē ex Theophrasto et Dioscorida animaduersiones.

Io. Meursio V.Cl.

IV. Draco palmes, variolæ uuæ siue variānæ an quæ purpureæ. Uua et racemi interpretatio. Plinius ab si ipso restitutus pluries, ex Dioscoride et Theophrasto non semel. Tantum non Vinum Eunuchus. Colymbades. quæ Galeno et sericum Plinio. Femina ieiunio Cereris festum celebrabant.

Niger

niger color aëri, et aquæ Homero; apud quem Thessalia et Ægytus à terra nigra.

V. Achilis hasta ornea ne an fraxinea notatum contra Vallam in Homeri versione. Virgilij versus eclog. vlt. de Iunipero explicati. Inuicem prodeinde. Carbunculus terra—. Appiano et alijs Thessaliæ vrbs. ex Theophrasto Plinius correctus semel, ex coniectura sæpius, ex columela male à Pintiano accepto bis.

Balth. et Io. Moretis.

Antuerpiam.

VI. Unâ eâdemq; opera Plinio et Isidoro lux. illi [summus cibus]; Horatio [summum carmen] quid? Quare antiquorum cænas Lactuca claudaret? [Miraculum messis, nectar.] [Lusus pudoris] à Plinio reiectus, cui ex Theophrasto certa medela semel, ex coniectura et Vet. libb. nonsemel, rectam certa.

R. P. Paullo Albiniano de Rajas.

Cæsar Augustam.

VII. Lentigines, Saliones, seu Sanniones quid in Plinio? Metalli varia etymologia. Variè Plinio suppetiatum.

J. Cæsari Bulengero Lutetiam.

IIX. ex Homero Plinius restitutus. [Diana saltatrix] prouerbium, Vt quæ vox Plinio scripta. Quid canum, quid stemmata gladiatoribus ex eorum gente Dioxippus certaminibus ab auctoribus decantatis celeberrimus. B. Ambros. explicatus. Variarum lectionum et emendationum miscellanea.

IX. Plinius ex Galeno explicatus. inter illum et Aristotelem de harundinibus discrimen. à Leoniceno et Lipsio per me vindicatus; ad Theophrasti amussin reuocatus aliquotiens. Hesychio et Phauorino, an et Plinio cortex arboribus.

D. Augustin Tamalo V.N.

X. Critica in Castalionem Vindiciæ, hoc est, viri doctissimi ab eius calumnijs amandati. in Catullianum Passerem noua animaduersio, in Martialis plures Locos pensitatio nov-antiqua. Quod catullo liminare epigramma?

Malacam.

QVARTÆDECADIS.

Dn. Franc. de Rosas, et Guzman Comiti de Mon.

SCHEDIASMA. I. B. Isidor à nonnullorum calumnijs vindicatus. Quid littera longa in Plauto? condemnationis et Absolutionis Notæ. Sepulcrales quomodo intelligenda? de apud Hebræos, Græcos, et Latinos præcipua.

R. Jac. Pontano. S.I.

II. Creber nonnullarum litterarum apud aliquot auctores probæ notæ concursus sedulò notatus: Apud Ennium præsertim, qui obiter non semel medicinam accipit. una et scriptores, apud quos ipse.

Carolo Paschalio V.Cl.

III. Tumultuario multi veterum insigniumq; Scriptorum Locis medicam manum adplico: Ciceroni, Liuio; Senecis Rhetori, Philosopho; Agellio; Æ. Spartiano; Iul. Capitolino. [Grassator] in Catone apud Agellium quid?

IV. Varietas lectionis in voce [melos] apud Persium: qua retinenda: Auctorum dissensus, qui audiendi. Persius explicatus, Ennius, Cato, Nauius, Lucretius correcti. Varij variè interpolati.

Francisc. Philippo et Ant. de Caso. f.

V. Conrectio et animaduersio in Cypriano; huius ex Cicerone, Virgilio, et alijs; Isidori ex Apuleio; Orientij ex Ouidio imitationes subindicatæ. Omnium laudes. Hic emendatus. Quibus ad duranda corpora defunctorum usi Veteres?

VI. Tumul-

VI. Tumultuariò varijs Scriptoribus lucis aliquid obiter adpergo. Varro, Cicer. Senec. Val. Maxim. Quinctil. Curtius, Plinius, C. Sempron. Festus, Hesychius, Alhilmus, Suidas, alij variè inlustrati. Suouetaurilia quid? quid et

VII. Coniectanea tumultuaria in Tibullum. Conlatio manuscriptorum cum excusis. Ouidius de Tibullo correctus. — Petro Pantosa de Aiala V.N.

IIX. Martialis plura loca primæuæ integritati animaduersione, aut emendatione Leui restituo. Cum manuscriptis et schidis veteribus variantes lectiones compono. — Andreæ Ruesta Theolog.

IX. Auctorum antiquorum ex fragmentis miscella correctio. Varro bis; Titinnius Sæpiùs, Turpilius, Pacuuius semel: Accius non semel inlustrati. Ædepol, Medius Fidius in Titin. crebra. Fimbria et fibrum. Bebius, Mævius in Accio, Ennio, Virgilio, Horatio.

X. C. Valerij Martialis epigramma expensum. Quare ipse locus ab Æ. Lampridio? Quid de hoc Meursius, alijs? reiectum. Leporem non edit adagium Lampridio, et poetæ apud eum nescio cui medela. — Melchiori de Soria S.I.

QVINCTÆ DECADIS.

SCHEDIASMA. I. Aliquot ex coniectura et vet. librorum et litterarum ductu in C. Petronium vel animaduersiones, vel correctiones. loci ferè omnes vel difficiliores vel desperati, explicati, tentati. Osculum. Orij exigui in pulcrioribus cōmendatio. Camus. Tituli venalitij. tessera. dicis caussa. Lepus alatus. quid? Varro, Ouidius, Martialis Sæpius, Priscianus uel maculis purgati; vel interpretatione inlustrati; omnia nouè. — ~~D. Iosepho Gandi Salup de Salas V.N.~~

II. Persiani versus ratio adhibita. Quid Musæ vbi vnde, quid Helicō? — D. Hieronymo de Medinilla V.N.

Helicon? omnia nouè vel argutè. Lactantius, Giraldus, Scaliger, Casaubonus, alij reiecti. Ausonius correctus et interpretatus. Hesiodus animaduersus. Alijs lucis aliquid inpersum.

Petro de Valentia. V. CL.

III. Martialem lubens meritò defendo; pristinæ lectioni restituo, nothâ explosâ, et obiter verâ explano. CVLEX quo tempore à Virgilio decantatus? Scaliger non valde in hanc rem probatus. BATRAXOMYOMAXIA an Homeri? Statius putat, sed temere.

IV. B. Thyrsum nec Toletanum, nec Hispanum, sed Græcum esse. B. Liberatam Seguntinam. Vtriusq; historia enucleata.

P. Paullo Rubenio. V. CL.

V. Pöeta veteres multi vel emendati, vel explicati quâ coniecturâ, quâ auctoritate; Bibaculus, Caluus, Catulus, Cinna, Macer, Metius, Atacinus, Pomponius, Ædituus, Furius, Laberius, Augustus, alijs Grammatici, apud quos ipsi, inlustrati. De Vtriusq; disceptatum argutè, nouè animaduersum.

Antuerpiam.

Francisco Swertio V. CL.

VI. Multa, quæ priscis temporibus acciderunt, nostris obuia, ab ijs illorum in præcipuis origo.

R. R. Gabrieli Lopio, Lucæ de Montoia Theol. e Minim. famil.

VII. De B. Paullo præcipua. an cum Petro eodem die martyrium passus? de aduentu ipsius in Hispaniam quid certi? quod Paullina epistola, an plures olim, quo ordine, quoue tempore scripta? Petri locus expensus.

Lupo Felici de la vega Carpio V. CL.

IIX. Carmen de religione ex antiquo et Christiano pöeta in Lucem nun primùm datum: ex illo menda pluriona corrigendi conatus.

IX. Aliquot virorum eruditione inlustrium Toletanorũ commemoratio. Alphonsi de La Fuente Montalbani Laus. Cum illo mihi de Apum naturâ sermo. De earum rege, an aculeum habeat, nec ne ex experimento enodatio. Vulgi in hoc error, quin et non vulgi.

X. Quoties an Quotiens; ocium an otium; dissidium an discidium scribendum? Varia in hanc rem ex varijs; Persio, Corrippo, alijs lux, Virgilio enodatio. Ie Zechiel pro Ezechiel.

R. Francisco Martino S. I.

SEXTÆ DECADIS.

SCHEDIASMA. I. Petri Castellæ Regis iusta seueritas Laudata. Pro hac aduersus eos, à quibus Crudelis appellatur. immeritò, Apologia.

D. Petro Salazar de Mendoza V. Cl. Toletum.

II. In Iuuenale Coniectura aliquot, explicationes paucula; in alijs vel lux, vel nota.

D. Io. Fonseca de Figueroa V. inlustri. Madridium.

III. Liuium quinquies corrigo, Cæsarem semel.

Balthasari Ansidæ. Romam.

IV. Pagus, Paganus, Semipaganus quid? Persius explicatus dilucidè. Quid inter pagum et vicum? Error nonnullorum in hanc rem. Casauboni in Plinianam mentem explanatio detorta; pensitata accuratè Plinij in eum epistola.

D. Alphonso Guillen de la Carrera Profess. Salmant. Salmanticam.

V. Prosa an Prorsa? prorsi limites. Prorsa Dea quid? Turpilius, Terentius, Agellius, Nonius correcti. Plautus, Ennius, Afranius, Varro, alij interpolati. ab Scaligero f. dissensus, Mureto adsensus. in Ausonio hallucinatio.

D. Alphonso Carrillo V. inlustri. Madridium.

VI. In Arnobio partim ex M. S. libris, partim ex coniectura emendationes plurimæ, obseruationes aliquot.

Ludouico Tribaldo Toledo; et Ant. Rojas Madridium.

VII. Reliquos Arnobij Libros vel emendatione lustro, vel explicatione inlustro.

D. Christop. Vanegen V. N. Antuerpiam.

IIX. Ex Adagiorum Vulgarium Hispanorum centuriâ selectâ cum Græcis et Latinis, Vnde ortum habuere

Alph. et Eug. Narbonis I. Ctis. Toletum.

habuêre, paræmijs compositâ seu conlatâ specimen et Latinis,

Josep. Perelio Petro Dialio de Rivas Cordubam.

IX. Quinquaginta adagiorum Vulgarium originem è Græcis Latinisq; ductam cursim inuestigo.

X. Wisogothorum Lex explicata. È tribus manuscriptis Lectio melior adcuratè pensitata. Quid inca canciani. siue scanziarij? Quid Guillonarij? Gillo, Guillo, siue in Nicarcho, cuius epigramma elegans et versum et animaduersum. Alexander Trallanus vel quisquis Problematum auctor correctus. And. Alciatus notatus. Gielem, Giel, Gieles, vnde Guillonarius quid Gothis sonent; et quale illud [Alcaide de los Don Zeles] olim murus?

SEPTIMÆ DECADIS.

D. Ludouico de Castilla V. N.

SCHEDIASMA. I. quid? Wisogothorum explicata lex. Toletani cuiusdam concilij Lectio certior stabilita. Catabolenses in Cod. Theodosiano, et Varijs Cassiodori quid olim? Cataplus, catablum, catabolus, catabolion. Cedreni locus expensus. Ciceron. Martial. Auson. Sidon. Marcel. alijs vox hæc notata.

Gasp. Scioppio V. CL.

II. Septem tantum aduersus Gentes libros Arnobius reliquit: Octauum Octauium Minucij Felicis ex ratione ipsâ adsero. Multorum in hanc rem error abaliquot denuò emendatus, à me cum Vtriusq; bonâ veniâ detectus. Multorum in Minucio locorum ex coniecturâ certa correctio. Minucius et Iustinus Martyr à taxatione Fabri defensi. Quod Dei nomen Exodi Locus expensus nouiter. Catus, Catax, illex quid?

Francisco de Rioja.

III. A Vincentij Lirinensis Galli scriptoris sacri et antiqui Commonitorio Macula pluscula sublata. Titulus operis qualis.

IV. Optati

IV. Optatus Mileuitanus quà correctione, quà inlustratione percursus: non semel explicatus. à Fr. Balduino notâ exceptus, et aliorum exemplo in Latinis quæ Hebræum Syrumue spectant, ad Græca dirigendis excusatus. Petri sedes Antiochiâ Roman translata. — D. Francisco Lopio Thoxasiario Academico.

V. P. Ouidij Nasonis consolatio ad Liuiam Augustam ex m.s. bonæ notæ partim, partim ex coniectura emaculata, et Lxx ferè mendis fœdissimis repurgata. — Nathanaeli Tomkinso: Guil. Langtono VV. CL.

VI. Vitruuij Pollionis de Architecturâ quinq3 priores libros ad veterum codicum auctoritatem castigo. — Philippo Bertherio V. CL. Lutentiam.

VII. In Ceteros Vitruuij Libros eamdem operam nauo. — Jo. Wouerio. V. CL.

IIX. Et Vitruuij libris omnibus tumultuarium Spicilegium; ex quo in alios scriptores fructus, vel ex ijs in illum Vtilitas. — Mich. de Rosas, Aluaro de Piña, Jo. Bap. Monegro Toletanis.

IX. L. Apuleij Milesias fabulas inlustratione subseciuâ percurro. — D. Alph. Mexia de Leiua. V. N.

X. Scipionis somnium apud Ciceronem sæpius inlustro; Macrobium in idem noto. — Isabellæ Andreinæ Ticinum.

OCTAVÆ DECADIS.

SCHEDIASMA. I. Angelus, Genius, Dæmon, Diabulus, qui, vnde? quomodo accepti in humanis ac diuinis litteris: Multa in Vtrisq3 explanata. Custodius Angelus; de hoc multa philosophorum scita scitu dignissima. Lactantium reprehensus. quanotioneolim
Adagium noùe expensum
Hebræis quid — Diaboli peccatum quale? Locus Genes. Cap. V. [videntes filij Dei filias hominum]. Zabulus, Zabulon. in Apuleium de Deo Socratis animaduersiones seu correctiones. — D. Garsiæ Figueroa Varrionueuo Marchioni de Cusano. Neapolim.

II. Quid Scazon? Ausonius explicatus. Horatius enodatus et emaculatus. Satyræ quod Persij? carmina in antelogio, siue primâ satellâ expensa. Quæ necessitatis famelica vis? in dissensu potentiæ et impotentiæ necessitatis auctorum consensus. Aliquot in hanc rem à multis adcurate expressa — Petro, Jo. Francisco, Lud. Hieronymo, Martino, Gundisaluo Sibillis. Antuerpiam.

heìs

hcîc interpolata. Esaiæ Locus explanatus. Versiculus nothus expunctus. Multa in primâ Satyrâ notatu digna.

Michaeli Ipenarieta V.N.

III. Locus nostri Isidori mendosissimus primæua integritati restitutus. Antiquum de illo iudicium nostrum. quid L. et X nota apud Græcos et Latinos? Varroni, Persio, Vitruuio, Manilio, alijs lux. Culpa et laus in criticis antiquis quomodo.

Madritum.

Auberto Miræo. V.Cl. Antuerpiam.

IV. Lipsij lapsus. Ciceronis interpretatio, Catulli, aliorũ interpolatio. Apud illum [nuces legere], apud hunc [olera] quid? nouè notatum.

Io. Bapt. Sacco V. Cl. Mediolanum.

V. Numerus quid? in versâ prorsâq; oratione maxime ad concinnitatem necessarius. pedes rhythmici metriciuè ab oratoribus vsurpati, obseruati. Versus integri in Platone, Isocrate, Catone, Sallustio, Tullio, Liuio, in continuato orationis liberæ contextu notati.

Ia. Gruter. V.Cl.

VI. Ex Ciceronianarum Orationum fragmentis aliquam multi loci apud Victorinum, Quinctilianum, Marcianum, Seuerianum, Non. Marcellum restituti, coniecti, emendati, explicati.

Henrico Farnesio Ticinum.

VII. Ouidius Epistola Cidippe Acontio ex manuscripto codice correctus, ex coniecturâ explicatus.

Didac. Serrano de Silua, et Alphonso Serrano I. Ctis.

IIX. Habacuci Locus expensus. Lupi apud ipsum an Hyænæ? de ijs Oppiani carmina animaduersa. Vtriusq; interpres notatus. Vulgata Bibliorum lectio et intellectio defensa. quare [vespertini]? Ieremias et Sophonias explicati. vnde? Virgiliana D. Ambrosij incitatio. Virgilius veræ interpretationi restitutus.

R. Ludouico de la Cerda S. I. Madridium.

IX. Virgilio noua declaratio. Mercurij potestas, munia. Morpheus minister. Consanguineus pro fratre apud nonnullos. Somnus mortis. Catullo, Propertio, Artemidoro erlodatio; Seneca, Petronius emendatus. Virgilius è manuscripto et coniecturâ aliquotiens restitutus.

Cornelio Martinio Belga. Madridium.

X. Virgiliani XI et XII. libri cum duobus manuscriptis conlati. Coniecturis aliquot vel inlustrati, vel nouè explicati.

NONÆ

NONÆ DECADIS.

SCHEDIASMA I. *Herodianum Stemma gentilicium, vxores, filij, gesta, mors: ordo successionis in liberis: eorum apud Iosephum historiæ breuiarium. Iosephus aliquotiens notatus, cum illo Nicephorus, et Hieronymus: dissensus inter illos varij: in aliquibus conciliatio. D.D.D. Matthæus, Lucas, Ioannes inlustrati. Varro, Virgilius, Probus, Tertullianus quà emendati, qua explicati. Iturea, Iudæa olim quæ? Anas, Caiphas Pontifices. Persius explicatus. Machabeorum nomen vnde?*

D. Io. Isassio
D. And. Velascio
} W. N.

II. *Multa apud Nonium Ciceronis fragmenta exconiectura in decentiorem formam restituta, vel emendata.*

Erycio Puteano V. Cl. Louanium.

III. *D. Iunij Iuuenalis interpretatio non vulgaris. de loquela perdigitorum notas multa.*

D. Ludou. de Gongora V. Cl.

IV. *Persij Locus nouè explicatus. Ædilium, Ædilitatisq; munia ex ll. expensa; Curiosioris indagationis in hanc rem plura. Casauboni sententia explosa de Areto. Aretum aut Artium quid? an et in Persio pro Areto, Ireto? Hemina qua mensura, vnde?*

Ioanni Alphonso
} Narbonis I. C^tis.

V. *Quid turbida et quare Roma apud Persium. Vulgus mari turbato adprimè comparatur; in hanc rem Herodoti, Ciceronis, Polybij, Horatij, Liuij, Senecæ et aliorum sententiæ. Liuiana imitatio ex Polybio; Horatij emendatio; Vulgi dedecora.*

D. Francisco de la Cueua V. Cl.

VI. *Martialis epigramma an ænigma, in quo [sagaris] tentatum. Quid sagati, sagum? à quo apud nostrates Saiago?*

D. Ludou. Vlloa Pereira, Ant. de la Barsa Solis
W. N.

VII. *Vter maior Homerus an Hesiodus? variæ dicrepantes*

Bustamantio, Ludouico Cornea Salmant. Profess.

Sententiæ. Nonnullorum testimonio. pauci adprobati, multi explosi, in vtrosq; coniecturæ: ex ijs veritas, vel ad illam hallucinatio an et manuductio.

Ant. Nauarro V.N.

IIX. Sapho Phaoni apud Ouidium inlustrata, correcta ex fragmentis Saphus imitationes Ouidianæ indicatæ, ex ijs vtriusq; elucidatio.

Barthol. et Lupercio Leonardis de Argensola W. CL.

IX. Aliquot in C. Valerij Catulli hendecasyllabos ex coniecturâ castigationes. Horatius ex vetusto codice animaduersus, Senecæ vera lectio confirmata. Suetonij ortensa.

D. Jo. de Solerzano Pereira V.CL.

X. Lucretio vox restituta. Ennio Mutata. Horatio Anceps, Licinio certa, Persio alijs elucidata. Obstipum, obstitum quid?

DECIMÆ DECADIS.

D. Garcerano Albanell. V. Inlustr.

SCHEDIASMA. I. Anti verderij nostri, hoc est, aduersus CL. Verderij in auctores ferè omnes censiones et correctiones, siue mauis, morsiones et conrosiones, vt in Cerberum Herculeæ clauæ, seu defensionis specimen.

R. Heriberto Rosweido. V.CL.

II. A. Prudentium Clementem V.C. Calagurri iurè, veritati eius plures locos restituo.

Guilhelm. Boscio Jo. Tauernerio.

III. Bedæ Lapsus plures in computatione annorum omnium ætatum. Dissensus Hebræorum, Lxx interpretum, Eusebij, et aliorum in consensum redactus. Supputationes in hanc rem variæ.

IV. Thespiensium apud Heraclidem mox expensus.

Thespiæ

Thespiarum discrimen. Agricultura Laus. Hesiodus Ascræus cotiusuè: eius de illa carmina. Homero ob hanc Euboicorum iudicio prælatus. — Franciſc. de Sancta Mar. Guterio.

V. Monstri Stellæ in Nauarrorum tractu nati anno Christiano ∞. IↃCVII. die IV. Mensis Maij effigies. de illo curiosæ indagationis disputatio.

VI. Verba Cap. III. Gen. [et Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ] adcuratè dispenduntur explicantem ·callidus quomodo accipiantur. Multi in S.S. Loci explicati, in non S. interpolati. in cap. I. Pentech. — R. Ioan. Pineda. V. CL.

NOTÆ, STRICTVRÆ.

VII. Color vestis, qua D.N. per inrisionem à militibus prætorij fuit indutus, qualis disputatum adcuratè. Purpura et coccus quomodo accipiantur. Ruperto lux, D. Ambrosio interpretatio: quis russus color apud Scholiasten veterem Horatij: Apocalypsis B. Ioannis exprophetia Isaiæ explicata. Horatij locus verè expensus. Purpurum pro pulcro apud plures ex antiquis scriptoribus, qui passim inlustrati. Persio lux noua. Conlectanea Paradoxa in Fr. Sanctij Brocensis. — R.P. Martino de Roa. V. CL.

IIX. Qua acceptione in sacris litteris filius hominis, uel hominum sit. cum D.N. adtribuitur, aliter et præcipuâ additione accipi. in prophanis deductiones hinc non paucæ nec inconcinnæ. Filius terræ, genuinus terræ; alia in hanc rem notatu digna. Locus Actor Ἀγωνίσεως Θεοῦ. variè expensus. — R.P. Petro de Hoyeda V. CL.

IX. De ingenijs seu scriptis Hispanorum iudicium. De Fr. Sanctij Brocensis cognitione præcipua. — Io. Sanfordio Guilh. Swoysto W. CL.

Ioseph. Castalionis opusculorum seu Var. Lection. Maiorem partem obelo transfigo, multi &, nonnullis adpono. Celsus I.C. L. Sichorus Gratianus Valens et Theodos. L. autem emendati. Virgilius per III. vocalem, non per II. Virgil. scribendus. Varij variè et sine ordine scriptorum antiquorum Loci, vt lucem variam accipiant, adgenerati.

Inlustriss. D. Roberto Bellarmino S.R.E. Cardinali. &c.

X. Canonici Libri nonnulli interciderunt. Scriptura sacræ auctoritatibus comprobatur. Varij variis titulis in Vniuersa scriptura insigniti an Canonici? aliquammulti in hanc rem loci elucidati. À Hieronymo, Gelasio, Sixto dissensus דברי הימים an scriptioni Geneseos adludat? an alijs præter Paralipomenon Libris דִּבְרֵי הַיָּמִים possit adaptari? quinam non libri, et si scripturæ uel libri nomine prænotati? Apocryphi à ἀπόκρυπτος, quibus modis intellegendi? Traditionis Apostolicæ sine scriptis uis. Visiones an à Deo immediatè vel per Angelos. Patribus antiquis? סֵפֶר quid, et Hebræorum Libri quales?

V. CL.

AMICIS, DOCTIS, Nobilibus
ac
Dn. D. Antonio de Vargas avunculo meo.

Post DEVM semper PATREM colui: Secundamq̃ reuerentiam genitori meo debui: Deum sum veneratus. REGI obedientiam præstiti, qui βασιλεὺς, ὡς θεὸι ἐπ' ἀνθρώπων rex Deus qui ſpiam humanus eſt: te post illum, Antoni clariſs. Conuenio; quem Parentis præmaturâ (heu!) morte olim ad magna ſurgentis ablati loco habeo, colo, ausculto: quidni et faciam? noſtri generis ornamentum, doctrinæ cuiuscunq̃ dotibus præstantiſſimum, Prudentiæ ac Sapientiæ myſtam maximum, Nota olim tua celeberrima conſilia et raræ eruditionis præcepta Regali Curiæ; Nota vel Toletanæ academiæ, Valentinæ ac Salmanticenſi illa quaſi ingenij felicissimi tunc tenerrimi rudimenta. Notæ illis è noſtris verè Proceribus (proh mortalium fata!) quondam Dn. Didaco de Couarruuias et Leiua Præſidi ac Præſuli, Suiq̃ æui Papiniano; Dn. Ioanni de Oroſco et Couarruuias Iuadixienſi, Dn. Matthæo de Burgos Seguntino (Segunti-a Plinio, Segobriga Ptolomæo; Segoncia Antonino; Sed veriùs Liuio Seguntia eſt) inluſtriſſimis Epiſcopis tot ingenui animi Virtutes; quas ſileo, quia noſtras; (patere; ſic dicam) quia ipſas tibi præmium non faſtum optas. Ergo, tibi hæc qualiacunq̃ non diſpliceant, quæ tuis auſpicijs incæpta. Nonne? tibi enim ſtudiorum primitiæ (ſiue veris præmetia vt eſt apud Feſtum vel præmiſſa, quæ ad Cererem, vt eſt apud eundem) debitæ, à quo ipſorum exordia, et quaſi natiuitas, et ex incunabulis pæne ipſa vita. Quodnec DI faxint, tacitus prætermittam. Nam [gratum hominem ſemper beneficium delectat, ingratum ſemel.] quin et [dandi et accipiendi beneficij Commercium, ſine quo uix vita hominum conſtat, perdit et tollit quisquis benemerito parem referre gratiam neglegit. Hæc fatior, (quî poſſe eſt?) Non par à munere, fortaſſe ab animo, qui inte, vt in Patrem; à quo ad Vos

Amici, docti, nobiles,

Auſon. Lector. Eclyll. Plato in Polit.

Seneca III de benef. c. XIV.

Val. Max. lib 5. cap 3.

Quîsmerito datum dicatumq; eodem ferè tramite imus opus exteris vulgare, sed in pretio; nobis novum fortasse et ignobile; quod primus non laboriosâ gloriolæ cupiditate, sed cupidâ imitatione adgredior. Criticum egi, et Virorum Clarissimorum vestigia secutus in anxiâ litterularum disquisitione immorari aliquandiu malui, quàm speciosâ semper cluere ostentatione. Vnus (quod sciam) patrum ævo Ferdinandus Pintianus hocce diuinationis istius genus in aliquot bonæ notæ auctoribus uel exterorum iudicio probè est adsecutus; Tentarunt in paucis Inlustriss. et potentiss. Hispaniarum primas et Præses Garsias de Loaisa, Eruditiss. Jo. Genesius Sepulueda, Jo. Grialus, Bartholomæus Barrientius; in multis Conciuis meus Petrus Ciaconius, Antonij Covarruuias et Augustinus, Eruditis, sat nota nomina: nostro R. Martinus de Roa et tentauit feliciter, et felicissimè patefecit. Multi, scio, Multùm possent excellere, et politissimo stilo diuinationum id genus scitissimarum non pauca perfundere: inter quos primas tenere R. Jo. Ludouicum de la Cerda in Virgilium vigilia multis nota et in Tertullianum noscendæ citissimè (Deus faxit, et vitam, cubens voveo, proroget) bono cuicunq; bono sunt argumento. Inlustriss. Dn. Joannem de Fonseca et Figueroa nonnulla in Petronium, et Plinium meditari audiui; viditamen non paucas Phœbai propè ingenij nostri nobiliss. et amiciss. Queuedij in omne genus Litterarum stricturas; emendationes aliquot raræ observationis mihi communicauit meus [illegible] D. Franciscus Fernandez de Cordoba V. CL. quarum specimen e Didascalia multiplici [illegible] Verum propediem exspectamus; [illegible], felici certè fato nosse contigit [inter doctos nobilissimum, inter nobiles doctissimum, inter vtrosq; optimum] (vt cum Afro dicam) [illegible] D. Garsiam, de Varrionueuo Marchionem de Cusano, atq; ab eius eruditissimo ore

_ veras audire et reddere voces:

Cuiusrud

* Subsecuti sunt haud æquis gressibus Laur. Balbus, et Franciscus Sanctius Brocens.

* Hispanorum optimus ac doctissimus Ludouicus Tribaldus de Toledo Variar. lectionem multiugæ eruditionis iam diu premit.

Cuius eruditionem in his litteris, Politicis et iuridicis inlustrissimo generis Nobiliss. splendori (mirum inter nos) si parem dixero, θυγάτηρ ἀλήθεια Διός, dixisse, non ego, præfiscini videbitur. Nemo non credet, qui doctissima illius operâ Panegyricum Excelentiss. atq; eruditiss. Comiti de Lemos uel dicendum uel dicandum, siue in difficiliores Iurisprudentiæ LL totius Encyclopædiæ luminibus inlustres Commentarios, et alia Cl. ingenij monimenta, quæ in dies parat, legerit; de quo Heroè satius est tacere, quàm paucula prælibasse. Sua Omnes premunt; Ego cum tot ab illis parasangis distem, mea propalo, et non vulgi solùm sibilis, sed doctorum contemptui oppono? Nam uerè ait ad Ausonium Symmachus [cum semel à te carmen profectum est, ius omne perdidisti.] Neutiquam. illos rideo, quoniam (sine fastu) [nunquam volui populo placere, quæ ego scio non probat populus; quæ probat populus, ego nescio: semel testandum est cum nostro Sopho; Hos, et si pertimescendum quàm maximè, non timeo, quia

— Vinci à tali nullum est probrum

hominum genere: dilucidiùs quæcunq; prospiciunt, conatum laudant, si nequeant euentum. Quorum iudicij, qualis qualis fuerit iste, esto. illius breuiter admonebo. Horarum subseciuarum pensa inscripsi; fateor, fuerunt: Nam cum hisce diebus (sciunt amici) in PHILIPPI nostri Curiâ inter aulicorum exambitiones, et perstrepentem Palatinorum tumultum maiorum meorum meritis ac rebus præclarè sago togâq; gestis aliquam candidatus (nostro more) debitam adepturus à Munificâ Regis nostri liberalitate Compensationem, pęnè otiosus versarer: otium hoc qualicunq; negotio terendum, ac vigiliolas istas ad nocturnam vigilis lucernæ Lucubrationem statui funditandas. Schedia mea consului, et multa, quæ in aduersarijs delituerant (et delitescerent vtinam, [ne indicio suo tanquam sorex] fortasse pereant) extraxi: Clariss. VVV. RR.R. Maluendæ, Pinedæ, Cerdæ, Scioppio, ~~Quevedio~~, Loartio, Waneten, ~~Salas~~, Toleto, alijs inspicienda ac iudicanda tradidi: Amicorum ibi res agebatur, non mea. Quod amicitiæ vero adsertori calcar addidit, et cum in animum

iam.

Iouis Filia Veritas.

Ep. 1.

Seneca ep. XXIX.

Accius apud Macrobium.

Auson. in præfatione tern. num.

iam induxissem CC. Vt minimum, schediasmata ferè iam
exarata excudere; ne nimis pagina turgesceret, mutaui,
et primam non legi sed conlegi partem: quæ data iam,
si non displicuerit, non L. C. uè sed centurias aliquot et
fortasse Chiliada tam amicorum, quàm notarum dabo.
Habeo, Deum immortalem testor, et multi sciunt; in omni-
um ferè notæ ac idiomatis auctores animaduersiones, et si
non adfabrè paratas, leuiter adfectas, et exiguo perfunctorij,
comatorij uice, stili labore adficiendas: amat enim hoc scrip-
tionis genus cursorium (vt sic dicam) istud adnotandi uel ad oras
librorum, velobiter et paucis in aduersarijs studium;
aliter in illo legendi æstu ista acumina notationum vel non
constarent, uel hebescerent. Hinc vero-similium præfixi.
Non ex Sybillæ foliis, aut Apollinis tripode; sed ex coniec-
turâ uel Similitudo his aut veritas. Vtraq; displicet,
et vnà cetera, quæ illo quasi amicitiæ vinculo, aut sche-
diasmatis titulo continentur? ipsius etiam nomen faciat
satis; si quid Schediasma siet, scias. Non amo, non
amo Absurdi-stulti-superbi-loquis, plaustralibus, sesquipe-
dalibus, Thrasoni-Logisticis, Vt fieri amauit heri aut nu-
dius tertius, titulis tumescentia folia, ac

— dare pondus idonea fumo

onerare. Nec eo animo Theosopha, physiologa, poli-
rica, philologa, politica dixi, ac [collegi pedestri ser-
mone in libellum contuli, Cuius erit præcipua felicitas,
si eum nec scholiasticus fastidiat.] sed ad inspeciem tantùm,
non in rem? Nequaquam. Amici, vos docti, nobiles fe-
cistis: quorum cum non vnus studiorum uel cursus uel meta
(alioqui omnium rerum callentissimi, et in vnâquâq; præstan-
tissimi) vestrûm quod maximè potui uel naturæ scriptis notæ,
aut exercitationi opinione receptæ mededi. Theologis aut Jure-
consultis Theosopha inscripsi; Poëtis, Criticis Philologa; Phi-
losophis, Medicis Physiologa; Ciuilia et Polyhistorica historica

Veget. lib III de re Veterin.

Cognit.

cognitioni et reipub. τῇ πολιτείᾳ ~~politiae~~ deditis iui sacratum. Quid deinde? non patrono vni sed multis hoc quidquid est opellæ commisi: an absq; exemplo? Non ita. Prisci æui, medij, ac nostri termaximorum vvv. Vestigijs institi, qui hac epistolari eruditione suam exseruerunt, aliorum exercuerunt. Mar. Varro togatorum eruditissimus* epistolicas inscripsit quæstiones olim; quem J. Lipsius, Jo. Corasius Jcti Clarissimi imitati sunt: hoc licet discrimine; ille, vti ego, pluribus: hic, vni tantùm scripsit. Lipsium sequitur Godescalcus Stevrechius, qui ex Madaurensis Philosophi libris quęstiones amicis eruditè defert. Franciscus Modius Lectiones nov-antiquas in epistolas C. et quod excurrit; Varijs amicis datas diuisit; aliquot etiam philologicas à Lucâ Fruterio Scriptas Jan. Gruterus refert. Verisimilium libros ab Scioppio nostro amici accepêre in humanitatis signum, Orbis, in Famæ crescentis spem. Paul. Manutius de quæsitis per epistolam doctiss. librum evulgauit. Hi Capitibus singulis singulos compellarunt amicos; alij eorum nomina librorum numero sunt partiti. L. Cælius Rhodiginus Antiquarum lectionum volumina, J. Pierius Valerianus Hieroglyphicorum libros, Lilius Greg. Giraldus maiorem dialogorum partem: Dionys. Lambinus Lucretij partitam Commentariorum seriem à primariorum amicorum tutelâ sunt auspicati. Alij quasdam veluti sui cursus metas interposuere, et amicis adsertoribus destinarunt. R. Mart. Antonius del-Rio luculentum in Senecam Tragicum commentarium amicorum nominibus, vt luminibus cælum, distinxit. Georg. Ratallerus sua Euripidis et aliorum carmina spatijs insigniuit eiuscemodi. Quid plures? Vtinam nullus! Et ego his quasi admirationis alienæ xenijs, talium virorum amicitiæ apophoreta siue dyptica primùs ambitiosè indepiscerer: et hoc quasi æternæ famæ nominum

tra-

* In Commentarij antiquis ad Herennium Maturantii Mancinelli et aliorum vidi Martini Beuchemi Scondrensis ex Epistolicis quæstionibus excerpta: quæ illæ sint nec audiui nec legi.

Tom. V. Thes. Critici et tom. II.

tramite ad Æternitatis (sic remur) metam peruenirem. Ô vtinam! omnia enim mihi detrahi patiar, quàm hunc amicitiæ seruandæ religiosè præcipuum mihi genium vere ingenitum, non adsumptum: De æ istius audire, fateor, mysta malo, quàm vel Nobilitatis vel Doctrinæ aut Fortunæ aris, vt sacer, litare, Triplici illâ heroici animi verâ notâ amicos, Doctos, Nobiles proposui. Omnes nè omnia? omnes. Docti, nobiles vel à naturâ mihi amici; amici vtriusq3 titulo (glorior) decorati: ad Tullianam amussim omnes mihi, cui [digni sunt amicitiâ, quibus in ipsis inest cur diligantur.] Quæ potior doctrinâ, nobilitate? Docti verè naturâ illustres, nam vt rectè solon apud Ausonium

= pulcrius multo parari, quàm creari nobilem

Hecubâ Et si Euripidæum illud certissimum

Δεινὸς χαρακτὴρ, κἀπίσημος ἐν βροτοῖς
ἐσθλῶν γενέσθ; κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται
τῆς εὐγενείας ὄνομα τοῖσιν ἀξίοις

= Præclara semper et insignis est nota,
= nasci Bonis; maiusq3 fuit GENTIS decus
= qui hoc nomine se Virtute dignum præstitit.

Nam vere

= Fortes creantur Fortibus ——.

Annè illiterati non nobiles, non amici? Nobilissimi, amicissimi; sed non literati; hoc est.

—— præclaro nomine tantum,
= insignes ——
= Nam quid imaginibus, quid auitis fulta triumphis
= atria, quid pleni numeroso Consule fasti
= profuerint? —— perit omnis in illo
= nobilitas, Cuius laus est in origine solâ:

Sal. Catilin quiq3 vt cupressi proceri, cetera steriles: indocti inculteq3 viam transeunt: Verùm Doctrinæ

—— Monumentum ære perennius,

Id. in Aug. Et cum ipsâ velut, quòtendit, Æternitate decertans. Nam [ingenij
præclara

plæclara facinora, sicuti anima, immortalia sunt;] vt potè cui
Ἄνευ μαλακίας [sine mollitie aut desidiâ] vt de Epaminondâ vero
et nobili et studioso notauit Thucydides. Hoc de vobis: à quibus
tamen illud obnixè gratitudinis ac beneuolentiæ ergo velim impe=
trare, vt quæcunq; libentissimo animo ad uos defero, vestri animi de iis
sententias, et si non ex mei animi sententiâ proferatis, scribatis,
mittatis. Quem mihi fructum non exiguum huiusce laboris reputa=
bo; vt emendem mea, vestra propalem: condet animus sed stilus
profundet talem didascaliam. Nam vt οἱ πεπαιδευμένοι καθάπερ
οἱ ἐκ παλαίστρας, κἀν[illegible]ποίσωσι, ταχέως καὶ ἐπιδεξίως ἐκ τῆς ἀτυ-
χίας ἐξανίστανται [experientes viri, velut Palæstritæ, et si con=
ruerint, citissimè atq; expeditissimè ab infortunio excitantur:] sic et
litterati qui emendari auent, et dedoceri, vt alios doceant; et è casu
vitam, è lapsu vires sibi suffulciunt aut suppeditant. Pergo ad ipsum
opus, quod novum, exile, et vile nobis fortassis ad pellaui, qui has litte=
rarum amœnitates noui Domitiani ad Thracas relegamus Thracibus
ipsis trucibus ferociores: ab institutione hoc prauâ nostræ iuuentutis;
Nam [etiam vt omnibus liquet, adolescentes ætate et scientiâ satis
simplices ex quo nouerunt ex paucis sophismatibus perstrepen=
tibus palmis congarrire, cathedras ascendunt magistrales, vt no=
mine illo vsurpato tumeant eleuati, et facti venerabiliores sine
fundamento scandunt ad culmina celsiora, cum melius
esset ex vtilibus scholarum prius imbui experientiâ, et sic
transcendere ad præmissa.] ô gemmas non verba antiqui *Scripto=
ris, et nostratium vtinam pectoribus iuuenum pro bullâ pen=
dendas! Certè — vt in fabricâ si praua 'st regula prima
: normaq; si fallax rectis regionibus exit;
: et libella aliquâ si ex parte claudicat hilum;
: omnia mendosè fieri atq; obstita necessum 'st
: praua, cubantia, prona, supina, atq; absona tecta,
: iam ruêre vt quædam videantur uelle, ruantq;
: prodita iudicijs fallacibus omnia primis:
: sic etiam ratio rerum
ab adulescentibus addiscendarum. Imbibe quisquis ex illis es
illud

ferè idem Diodor. Sicul. lib. xv. et Iust. lib. v.

Cypselus Corinthius in Melissâ serm. CCXLVIII.

*Matthæi Parisiensis de Hist. Anglic.

Lucret. lib. iv.

illud Sophi nostri, imò et Sophia ipsius poclum

Persius. Sat. 3. Vers. XXIII. = vdum et molle lutum es; nunc, nunc properandus, et acri
: fingendus sine fine rotâ ——

Aliter, (quis neget?) apud nos; vnde quidni cum D. Hieronymo
in epist. ad Cromat. aliquando exclamem? In meâ patriâ (parce, ô mea, ingeniorum certè altrix, non cultrix) [rusticitas vernacula: Deus venter est, et in diem viuitur, et sanctior, ac doctior, est ille qui ditior, aut loquacior est: accessit huic patellæ, iuxtà tritum populi sermone prouerbium, dignum operculum:] et vt ait
Lib. I. Saluianus, [Non id facere admisi, vt salubres et salutiferi, sed vt scholiastici, ac diserti habeantur:] et ideo ego, cum Petroniano Pædagogo, [adulescentulos in scholis stultissimos fieri, quia nihil ex ijs, quæ in vsu sunt, aut audiunt, aut vident.]
Initio Satyrici. imò quod pace vestrâ liceat dixisse, neq; vllas insidias auribus faciam; qui sic nutriuntur, non magis sapere possunt, quàm bene olere qui in culinâ habitant.] Quoniam [nunc pueri in scholis ludunt, iuuenes ridentur in foro, et quod utroq; turpius est, quod quisquis perperam discit, in senectute confiteri non vult.] In Hispanica institutionis ueram (heu!) effigiem, Arbore potius expressam penicillo, et tamen

— tenet insanabile multos
: Scribendi cacoëthes et agro in corde senescit:

Symmachus ad Auson. ep. 1. et quæ illa prurigo emittendi operis? tam arctè illos
—— tenet ambitiosi
: Consuetudo mali ——!

Sed scribant licet; illicò
: Conuectare iuuat prædas, et uiue rapto;

Sin aliter, illud qui audiant dignissimi
= Carpere vel noli Nostra, uel ede tua.

Quod non semel apud nonnullos inculcanti non vnus verè
—— de gente hircosâ Centurionum
(bene nemini) dixit,

Vt Plautin. Sceledras in Mil. act. II. sc. V : Mihi ego video, mihi ego sapio, mihi ego credo plurimum;

—— quod

— quod sapio satis est mihi, non ego curo
= esse quod Arcesilas, ærumnosiq; Solones:
= hoc est, quod palles? cur quis non prandeat, hoc est? Persius Sat. III
= Hos populus ridet, multumq; torosa iuuentus
= ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.

Bellè, id fit: quo iure? alibi quærendum. Voces profectò ipsissimæ plurimorum, qui apud nos cum Hesiodo laurum momordisse, uel cum Ennio in Parnasso somniasse credentes sæpius poëticè, quàm humanè loquuntur: Digni Mehercules, in quos quicunq; in porticibus spatiantur, lapides, Vt in Eumolpum, mittant; vel à quocunq; puellulo audiant quotiescunq; cœperint à se exire, quod ille ab Eucolpio Petroniano. Quanto rectiùs tot Virorum, quos sciens et prudens ibi è nostris expressi, ex exteris aliquando plures, quos, et si differo, proferam: tot, inquam, Clariss. Virorum exempla secuti non ad honorem tantùm seu Lucrum, sed ad speciem et voluptatem tesqua hæc litterarum initio imperuia, nobilibus et animosis genijs digna conterunt, et veram tandem laudem adepti exterorum uel Clarissimis auent comparari. Sed ne præscriptionis istius leges transgredi quodammodo videar, et è Curione, quo egent Satyræ, Arbitrum agere, et in nostros (quod ille ait) acre despuere in mores: Quoniam οὗτοί γε οἱ λόγοι χαλεποί. Plato de Rep.
difficiles et cum discrimine hi Sermones; subsisto: nec amplius patiar passis per hoc tam Cymmerium ignorantiæ, quàm spatiosum philautiæ pelagus velis euehi: hæc laxo, illud obdo; et meâ tantùm Cymbulâ littus legens merces explicabo iam meas: Feci namq; in his (vt ait Fabius) [more vinitorum, qui complures simul maleolos vnâ scrobe defodiunt, dum oportuno tempore erutos loco et ordine ipsis digno collocent.] Cōlectam materiem sub vniuscuiusq; Præfat. lib. VII.

iusq3 ducis nomine propriis pittacijs transire iussi. Faciam idem in ceteris σὺν θεῷ: an bene, nescio; scio tamen

Seneca Ep. cix

[in eodem quasi prato et bos herbam, et canis leporem, et virgo florem leget, nequisquam inde iciunus nisi suâ culpâ abeat. Hoc tamen diserimine, alter, apum more, floribus; alter aranearum instar, veneno. Hic librorum genius, hoc fatum,

Petron. in fragment.

— non omnibus vnum est
: quod placet, hic spinas conlegit, ille rosas.

In lege Mariâ.

Præsertim cum neq3 in bonâ segete, dicat Varro, [nullum esse spicum malum, neq3 in malâ non aliquod bonum.] Errores certè meos ætas iuuenilis non excusabit; quam nec, vt fit, iactabo. quânam fini? Vt illis scatere librum profitear, cum satius sit non scribere, quàm iuueniliter errare? aut vt tua vendites, et ingenium dilaudes?

: Contemnêre. Sonat vitium percussa, malignè
: respondet viridi non cocta fidelia limo.

Ridicula certè hæc laudis immaturæ ex ambitio; ni vt non otiosa valdè vita transacta adpareat, hoc fiat; ô fastum, si aliter! Mirandulani, Del-Rionis, Lipsij, Guilhelmij, Scaligeri, Fruterij, aliorum infantiles vel lusus vel nænias videat, et teneritudinis crepundia consideret quisquis iactat infantiam, et si illorum operibus sua comparanda censeat, infans est. Quid ni et aliquot ferè millia auctorum variorum loca aut nouè animaduersa, vel emendata adrogem? infantior essem, qui vel ex futilibus et sub ipsum stili acumen cadentibus, vt qui cum Aristophanæo Socrate ἀεροβατῶσι gloriolam aucuparer. Maiora, Maiora. Nec tam angusto ingenua nobilitatis immortalis animus patietur circulo circumscribi. Anne et scripta alia [Polygraphiam, et Stegonographiam, seu Notarum et anti-Notarum volumen ingens propter typorum variorum et characterum ignotorum inopiam non adhuc vulgatum,

per aerem incedunt

Sed Regia

Sed Regiâ et facultate et iussu vulgandum in Vtraq; linguâ (Latinam et Hispanam dico) citissimè. in obscurissimas A. Persij, qui his Horis vel non vocatus aliquando inguebat, Satyras commentarium; vt in Lucilij, Horatij, Iuuenalis cum Satyrorum tam Græcorum, quam Latinorum, quæ exstant, fragmentis, et copioso Syntagmate, vnà dandas; et in Æmilij Macri et Strabi herbarium Hortulum Notas. Epistolarum, Orationum, pöematum in vtrâq; linguâ parata volumina. [Vegetiũ de re militari,] Lipsium de constantiâ, de exemplis et monitis politicis, et ipsorum Politicorum notis, cum ipsius, B. Ariæ Montani, del Rij, Nebrissensis vitâ Hispanè expressos, et animaduersos? Rerum celebriorum Hispanicarum, Enchiridij uice, commentarium. in Io. de Mena, et Garsiam Lassum pöetas nostros, Notas, recensionem. Inlustrium Hispanorum XXIV doctiss. elogia, et imitatione Plutarchi cum exteris paralella. Anti-Verderium, hoc est aduersus eius in auctores ferè omnes censiones et correctiones, siue mauis morsiones et corrosiones vt in Cerberum Herculeam clauam. seu defensionem. alia id genus non pauca? Minutissima hæc sanè: sed laboris vt maximi, non contemnendi: Nec hoc adroganter, aut vt Calliphanes, veluti non pauci hodie, apud Athenæum, qui ἀρχὰς ποιημάτων πολλῶν ἐκγραψάμενος, ἀνειλήφει μεχρὶ τριῶν καὶ τεσσάρων στίχων πολυμαθείας δόξαν προσποιούμενος [pöematum multorum initia descripta ad tres vsq; vel quatuor versus continenter recitabat, multiplicis doctrinæ laudem adfectans.] Quot apud nos, Deus bone, similes; quàm, te et testor, non ego! Nosco namq; — quam sit mihi curta supellex; Nec cui de me plus, quàm mihi credens Flacci præcepto. Illud NIHIL scitur mihi solemne, satis vnumq; sciens. in ceteris ad illum præcipuè scopum conatus nostros conlineamus, vt nulli aliorum labori uel honori detractum iremus: Vniuscuiusq; quod suum est, Iustitiæ normâ, adtribuentes. Nam [obnoxij est et infelicis ingenij deprehendi in plagio,] quod sat superq; increbuit. [malle, quàm

Plin. in epist. ad Vespas.

mutuum reddere, præsertim cum sors fiat ex usurâ.] Ita q3 [ne furti nos insimulent, si quid à patribus dictum sit, in his commentarijs offenderint: fatemur et nos ab illis explicationis occasionem capisse: hoc autem non furtum adpellari debet, sed paterna hæreditas:] Non nè mi

Theodor. præf. in cantic. cant.

PATER

Amici, docti, Nobiles!

Seneca Ep. VII.

præquibus [satis mihi sunt pauci, satis est vnus, satis est nullus:] vt possim

Ἀγρεύσω δ' ἀκοὰς βλασφημοσύνης ἀλεγεινῆς.

: puras habere aures à molestis calumnijs.

DECAS PRIMA

HORARVM SVBSECIVARVM

AD

AMICOS, DOCTOS, NOBILES.

Hab. Sacris, Hieronym. Bedd. Dionis, Suevis quod
Macrobio, Senecae, Plinio, Persio

cardinali Legato

SCHEDIASMA I. Inlustriss. D. Sanctio Dauila Episcopo Segũt

II. R. Io. Marianæ Soc. IESV.

Valguarnera III. R. Thomæ Maluenda Dominicano

IV. ~~D. Francisco Gomez de Queuedo V. Cr.~~ N

Ludovico Tribaldos de Toledo V. CL.

V. ~~Francisco de Medina Hispalensi~~.

D. Fran.co de Alava VI. D. Sebastiano Orozco de Couarruuias Archidiac. Conchẽsi.

VII. R. Andreæ Scottho . S. I.

IIX. D. Bernardo Aldrete Canonico Cordubensi.

Carrasco et Castro IX. R. Alphonso deloarte è Carmel. fam. D. Eugenio de Andrad

X. Io. Barfoto, Thomæ Blanchardo.

INLVSTRISSIMO ET REVERENDIS-
Simo Dn. Sanctio Dauila inlustriss. Marchionis de Velada fratri, Episcopo olim Cartaginensi, Giennensi, seu Mentesensi, nunc Segun-tino, et Seguntinę vrbis Domino, Regiâ consilijs, Sanctioribus, viro verè Apostolico.

Ad ianuam defunctorum pedes exporrecti; fortassè è Sacris. Hæc nouè explicata: Utraq; auctoritate multorum comprobata. Hinc Virgilio et Catullo conrectio; Iuuenali, alijs lux. Homeri in Senecâ imitatio. Huic, Lucilio, multis inlucidatio. decrepitus quid? HVERCO Vnde apud Hispanos, et ex eo adagium.

SCHEDIASMA. I.

Quem te pluris æstimem, adhuc non reperi: quem magis amem, non habeo; à quo potiùs aussiter vel reperisse, vel habere haud velim, Præsul Clarissime; Te namq;

Vulcanus, Luna, Sol, Dies, DI quatuor
meliorem nullum inluxêre alterum:

et talem profectò experimento didici vel paucis his diebus, quibus tuâ illâ frui præstanti cum ingenuâ humanitate doctrinâ in tuâ vrbe hac vnâ ratione felicissimâ mihi contigit: et fatentur omnes quotquot tam Ecclesiastica, quam Politicæ nobilitatis Heroes illam fami-liariter, vel ex scriptis norunt. Humanitas tua in causâ est penè incredibilis, doctrina admirabilis, Sapientia singularis. illam enim aues scire, quæ te scire uel nemo sciat. Ast.

si linguas decem
habeam, vix habeam rem satis quî delicem;

Cæcil. Obolaste, apud Non. in delica

Vt. cum Cæcilio loquar. Modestiâ, et si in tanto dignitatis fastigio, Lates, sed Famâ (veteri verbo) clues. Paucis, imò te vno, satis contentus. Multos, quos ingeniorum ferax Hispania, orbis

potiùs

potius Vniuersus alit, eruditione omnimodâ ditans; Scripturarum Sacrarum ac Sanctorum Patrum, (quorum studium sic tibi gratum, ac doctrina eruditio imbibita; vt non aliena, sed tua et vt tibi innata in ore perpetuò est) interpretatione beans; Virtute in tuos, in omnes proficua inlustrans, Vnde te, Præsul inlustrissime, cum Homero meritò ad pello.

* prudentem varia virtute præditum.

~~[illegible]~~ * δα/φρονα ποικιλομη* τιν ~~[illegible]~~

~~[illegible]~~

nec heîc de antiquâ tot Heroum maiorum tuorum nobilitate, quæ inter Proceres nostros prima et Regibus proxima est, de propenso in te, tuosq; Regum animo; aut de tuis in Ecclesiam meritis, et feruentissimo ~~[illegible]~~ in populos tuæ curæ commissos Zelo, quo inter Christianos Principes mirè luces, Verbum addam; Res hæc et vberioris temporis et falcis felicioris seges est. Ad Humanitatem tamen tuam, quam semper admiror expertus, nunc confugio; Quam obrem non refugio ad te Præsulem grauissimum cultus in te mei ergo, Leuia ista deferro. Tu illa, quo me animo: placebunt fortassis uel à materie; Nam à IOVE Musarum primordia, tanquam à boni ominis caussâ bene instituit *Aratus: ab illo Nostræ (si quæ SUBCESIUIS istis intersint) sortientur exordium: vt ipsi ueluti sacræ delibatæ q; ad catastrophen Vsq; (vti est in fabulis) exitus perducant haud in auspicatos: Neu quid sibi uel profanorum turba adroget; uel illo duce, nobis aut ipsis desit ad pancratium corolla.

* in Phænom. Theocrit. Eid. XVII. Cic. II. de Legib.

Persianas Satyras, nescio an feliciter, certò Laboriosè, annis abhinc tribus adnotabam; Commentarios in illas (si fors fuat) aliquando daturus, ni post tot cultores uel spicilegia uideantur abesse; sunt, sunt; et fortasse, vt non animaduersæ, non adspernandæ vtilitatis: ex illis illud explicans.

= in portam rigidos calces extendit =

Pers. Sat. III. vers. CV.

moris fuisse antiquissimi animaduerti, defunctorum cadauera pedibus ad ianuam uersis efferendi: nec absq; ratione: ritu namq; Naturæ capite hominem gigni, pedibus efferri tradit Plinius. quod varijs dicendi generibus à Varijs auctoribus, explicatur.

illis

illis nos tantillum Lucis cursim inspergemus. extendere calces dixit Persius, quod imitatus Statius simpliciter vsurpauit;

—— Tu matris honore
= terrigenam Tityon stygijs extendis arenis:

Apollinem adloquens. idem explicare alibi dixit. Ponere apud Maronem.

—— recipitq; ad limina gressum,
= Corpus vbi exanimi Positum Pallantis Acestes
= Seruabat senior ——

Et porrigere Horatius, Martialis: et nescio an Catullus cum ad ianuam ista,

= Ianua, quæ Balbo dicunt seruisse benignè
= olim cum sedes ipse senex tenuit;
= Quamq; ferunt rursus uoto seruisse maligno
= postquam est proiecto facta marita seni.

Sic legit Muretus; non [es] vt ceteri, quia ianuam maritam dici posse Non arbitratur; ego ex coniecturâ pro proiecto ausim porrecto ad hunc morem reponere: quod profecto iuuat Achillis statij m. s. inquo —— porrecto functa m. s. inueniri comperi. Sed efferre (vt in Plinio uidimus) frequentiùs. sic apud Terentium

= effertur, imus: ad sepulcrum venimus.

apud Iuuenalem varijs locis

—— —— Nigros Efferre maritos,

de Locustâ in honore habitâ â Nerone.

= extulit ergo greges natorum ——

de Niobe.

—— —— quando sororem
= efferat ——

de muliere consulente Astrologos. Apud Plautum Euclio. quod et vsurpant Tullius de elatione funeris anus Iuniæ; Horatius de alterâ anu; Martialis de Fabio et Christillâ. Petronius de matronâ Ephesinâ, de alijs *alij. Sed et Ferre foràs in Plautinâ Aulularia

in Andr.

Sat. I. Vers. LXIII.

Sat. VI. vers. CLXXIV.

vers. DLXVI.

Aulul. sc. nimium. Mostel. sc. perij. II. de Orat. lib. II. sat. V. lib. VIII. epig. XLIII. * Var. IV. de L. L. Cic. pro dom. sua. Liu. lib. III. Corn. Nep. in Vit. Attic. Vale...

= quæ

Sc. Velim te.

= quæ cras ueniat, perendie Foras FERATVR.

idem exportare in Virgilio, Donato sic referente, effertur, ἐκφέρεται græcum est: quod vitans Virgilius ne diceret effertur, inquit:

Georg. IV. — tum corpora luce carentum

Donat. in Ter. And. = exportant tectis et tristia funera ducunt.

Forte an et Virgilium hue respexisse index versus ille

lib. VI. Æneid. = sedibus hunc refer antè tuis, et conde sepulcro.

quo Sybilla Æneam de morte Palinuri adloquitur: quem si fas esset immutare, sic legerem

= ædibus hunc refer antè tuis, et c.s.

nam licèt sedes ædes q3 eâdem vsurpentur notione, vt paullò ante in Catullo uidere est, et sexcentis alijs possem comprobare. sic in Tibullo.

= et ueteris sedes incoluistis aui,

Vossi. I. cap. IV. bene emendat et obseruat Charitum Musarum q3 deliciùm Fruterius. et refer illud ex iteratione uideatur congruere; communis auctorum vsus, et litterularum exigua permutatio ad hanc consuetudinem posset admitti. Hæc ex facili iudicij coniectatione, non ex Apollinis tripode, vel Sybilla folijs. Ad rem igitur. idem ab alijs conlocare dictum,

Cap. C. vt in Augusto Suetonij. Sic Græcis, quod Latinis conlocatio τὸ ἐπιθεῖναι, et in Glossario male ἐπιθεῖναι conlucatis exaliena notatione; quod et Dionis de Liuia excessu, Platonis, Demosthenis ac aliorum

a Scal. in Fest. auctoritate comprobatur. His omnibus dicendi generibus, vt et ipsi consuetudini viam munierunt diuina Litteræ, è quibus cetera, veluti

b in Tib. lib. LVIII riui è limpidissimo fonte suos hauserunt latices; vnde hæsito an affirmem multis ante seculis vsitatam hanc consuetudinem; nempè

c in Phædone. Abrahami, Jacobi, ceterorum q3 Patriarcharum temporibus; vt duplici

d ex Leg Attica in Macartat. dicendi modo Scriptura testatur. adponendi nimirùm et congregandi phrasin vsurpans. illam Geneseos Libro de Ismahele; [et facti

e Eurip. in Troad. et Hecst. sunt anni vita Ismahelis centum triginta septem, deficiens q3 mortuus

f Pollux lib. VIII. cap. est, et adpositus ad populum suum]. de Isaaco alibi. [et completi

Ménard. gen. demonst. cap. XVI. lib. I. sunt dies Isaac centum octoginta annorum, consumptus q3 ætate mortuus est, et adpositus est populo suo senex et plenus dierum, et sepelierunt eum Esau, et Jacob filij sui.] de Jacobo; [finitisq3 man-

f cap. II.

g XXXV.

f XLIX.

datis

datis, quibus filios instruebat, conlegit pedes suos super Lectulum, et obijt: adpositusq3 est ad populum suum.] Hanc, ne amplius morer, de Abrahamo; [fuerunt autem dies uitæ Abrahæ centum septuaginta quinq3 anni, et deficiens mortuus est in senectute bonâ, prouectæq3 ætatis et plenus dierum, congregatusq3 est ad populum suum, et sepelierunt eum Isaac et Ismael filij sui.] Nec non Cap. xxxv. et Numerorum lib. Cap. II. de Aarone, sicut et de Mose cap. xxxi. in quo etiam conligêris ad populum tuum eâdem fortasis significatione, moreq3: quêm vnum eumdemq3 in sacris ac humanis litteris fuisse adducunt vt credam, filij (vt vidimus) tam pio in parentum inferijs fungentes munere, quo illorum Manibus reuerenter ac postremò parentarent. Quod ex Lysiâ, Dione, Euripide à Romanis, Græcisq3 vsitatum constat; et alij probant: vt de cæde Eratosthenis. Sed hic non à propinquis, sed, vt insolens notatur, à Triginta Tyrannis; vt ab equestri ordine Liuia in Augusto Suetonij Cap. C. de propinquis Dio in Tiberio lib. VIII. Eurip. in Iph. et Alcestid. præsertim cum componendi uoce Persius ad hanc rem vtatur,

— —tandemq3 beatulus alto
Compositus Lecto —

Quamquam non me fugiunt Augustini, Theodoreti, Syrani, Paulli Burgensis, Magistri historiæ Scholastic. Caietani et aliorum in hanc rem Sententia, quorum auctoritati nefas repugnare; tamen illam sequor in secundâ S.S.ª phrasi, vbi congregandi, vel conligendi verbo fuerit vsa, si mystice illam (vt faciunt) interpretentur. Ceterùm in primâ, et Secundâ interdum, ausim adfirmare hanc subintellegi consuetudinem in sensu præsertim historico. Sed vt Colophonem addam, illud adnotatione dignum mihi adiungere visum est. eodem Homerum ac nostrum Senecam dicendi genere, seruato idiomatũ diuersorum discrimine, ac eâdem periphrasi in hanc rem vsos fuisse; ille de Patroclo mortuo.

κεῖται ἀνὰ οὐδὸν τετραμμένος
= vestibulum spectans iacet.

Cap. xxxv.

~ Cap. XXV.

* in Isaaco et Abrahamo.

* Lips. lib. I. Elect. cap. I. Scal. in Festum. Rosin. V. Antiq. Rom. cap. XXXIX, et in eum Dempster. Kirchman. lib. I. cap. X. de fun. Rom. Not in Pers. Sat. III.

b quæst. CCLXVII in Gen.
c quæst. Vet. in Genes.
d in cap. XXIX Gen.
e in Addit. ad post. hyr.
f cap. CXIV. Hist. Sch. in lib. Genes.
g in cap. XXV. Gen.

Iliad. VII.

Hic

a Epist. XII.

Hic ad hunc ritum. [quis est, inquam, iste decrepitus et meritò ad ostium admotus? Foras enim spectat.] Non me latet acutum ingenium adolescentis iuuenis argutatio, Virum tamen ad fabrè doctum non lubentius sequor; sed vtrumq; probo, probo nimirùm sensu, moreq; vel defunctos, uel decrepitos ad ianuas conlocandi: de illis quid plura? de his Lucilius intellegendus.

: ante fores autem, et triclinii limina quidam
: Perditu' Tyresia tussi grandæu' gemebat.

b Fr. Douza in Not. ad Lucil. Sat. lib. incert. fol. Cl. not. CXVII.

c Lipsium Comm. in Sen. in Troad. Senuch. Act. II. Sc. III.

Vt videre est apud Donatum: in Eunuch. Terent. act. II. Sc. III. ex consuetudine, quam Isidorus explicat. lib. X. orig. quod eadem reperiuimus Seruio ad XII. Virg. Æneid. sic intellegendi Virgil. Cicero, Cæcilius apud Nonium in deponere. Sed vide vnde decrepitus apud Papinij Statij Scholiasten Lactantium in illud Thebaid. I. Inituêre crepuscula Phœbi. Vnde et decrepiti senes dicuntur iam prope occasum salutis et initium mortis.] apud Isidorum verò quid perditus, quidue decrepitus uide; vti apud Festum decrepitus: quod nec planè discrepat à ritu medicinæ ueteris: de quo Herodotus lib. I. Strabo. III. et XVI. Ruffinus lib. I. Cap. X. Socrates lib. I. Cap. XX. Theodoretus lib. I. Cap. XXIV. Historiar. Ecclesiastic. * Maximus Tyrius in dissertationibus. hæc extra vem, quæ in illam uisa sunt, habes, Vir grauissime et humanissime, à me [cum Fabio] vbi ingenij non est locus, curæ testimonium promeruisse contento.

* in quem Vid. Dan. Heins. et Hem. Step. in not. et castigat. Kirchm. de fun. Rom. lib. I. cap. XL.

Addo ad hunc morem absq; dubio Hispanos respexisse illâ adagione Creberrimè vsurpatâ la casa acabada el Huerco a la puerta; vti in multis, quæ vt vulgaria adspernamur, sapientiâ tamen occultâ refertissima; quod de paræmijs omnibus, quas à veteribus nostrates vsurpant, æquissimo sanè iure potest concipi. Huerco ab Orco. de quo Festum, Agellium, Augustinum, Isidorum, alios vide. Non ignoro alio à nostris nec incòncinno sensu adagionem hanc vsurpari; nimirùm in vanissimos quosdam illos Petronij folles, qui uento quocunq; rapiuntur, quid ni? et mortis buccâ uel rapacissimâ, uel inflatissimâ?

lib. XVI. cap. VII. Noct. Attic. lib. VII. de Ciu. Dei

Joannis

R. P.
IOANNI MARIANA . Soc. IESV
Viro

Theosophiâ, Historiâ, Religione

Summo.

Celebrandorum natalium ritus. Sacris profanisq; inhanc rem lux. Hieronymi ac Bedæ lapsus primò detectus, fortean et leuiter tectus.

SCHED. II.

Cum illo, quisquis est, Vir SVMME,

τοὶ μὲν ἐγὼ τοι ταῦτα μαλ' ἀτρεκέως ἀγορεύσω.

non alia, nisi quæ

= SVMMA, petit Liuor

instar fulminis, quod duriora transadigit; Tua omnia SVMMA; Tu SVMMVS; quæ in multis singula, inte vno et admirari fas, et fateri necessum. quid Theologiâ Augustius? quid exoticarum linguarum peritiâ difficilius? quid Historiarum cognitione maius? prudentiâ laudabilius? philologiâ amœnius? philosophiâ amabilius? Scientiâ dignius? Sapientiâ rarius? Virtute diuinius? imò quis te his omnibus notior? uel à quo magis omnia hæc, quam à te, nosci tractariq; auent? Æternùm tibi *TOLETVM debuit nascenti, Hispania debet inlustranti, Orbis debebit docenti. sed æternùm à quo nisi a Æterno? Hic tibi, tu nobis æternùm amicus, à Patriâ, Doctrinâ, Constantiâ; Nam

= iustum et tenacem propositi virum
= non ciuium ardor praua iubentium

* * * * **

= mente quatit solidâ:

Potiùs

= duris vt ilex tonsa bipennibus
= Nigri feraci frondis in algido
= per damna, per cædes, ab ipso
= ducit opes, animumq; ferro.

Tu haud secùs. mirum Virtutis et Sapientiæ specimen! illâ

ver.

* etiamsi Elborensis seu Talabricensis fuerit: Toletum tamen Carpetanicæ, vbi Elbora, caput est.

Horat. Od. II. lib. III.

Od. IV. lib. IV.

in Philipp.
Plutarch. in Ciuit. præc.

Verbum illud, quo in sedandis discordijs ait Cicero vsam esse Athenien-
sium ciuitatem, non primoribus solùm labris, verùm imæ tui cons-
tantissimi animi (sic dicam) menti verè inscriptum infixumuè agnos-
cimus* μὴ μνησικακεῖν: Hâc *τοσοῦτον βάθος παιδείας ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~:

: quæ tam seposita est, quæ gens tam barbara, —

quæ te non vereatur, ac augustissimo nomini tuo lubens adsurgat?
insurgunt alij. fateor; sed qui illi, bone deus? cum Lucillio dicam

: Baronum et rupicum squarrosa incondita rostra;

quorum ego nescio audaciamnè mirer, an* τραυλότητα inrideam.
Tu ἀπαθὴς non pluris hos, quàm caninos latratus Luna: bene; quia
verum illud Sapientiæ ipsius pulcrum scitum;

Εἰ μὲν ἦν μαθεῖν, ἀδεὶ παθεῖν,
καὶ μὴ παθεῖν καλὸν ἦν τὸ μαθεῖν.
Εἰ δὲ δεῖ παθεῖν, ἀδ' ἦν μαθεῖν,
τί δεῖ μαθεῖν; χρὴ γὰρ παθεῖν.

: Scire si licet, quæ debes subire
: et non subire; pulcrum sit scire.
: Sed si subire oportet, quæ licet scire,
: quorsum scire? nam debes subire.

Tu harum rerum, vt omnium, satis sciens experientiâ, sapientiâ,
qui illos nosti, à quibus scias ista, nescias, fient, vt ait Sophus
noster: quiq; bonorum, et si alij illi, cotes. Verè is, qui (nec pude-
bit eamdem serram reciprocare) πανσφὸς καὶ πανάρετος:
inter vtrumq; hæc adstrue analecta paruæ rei, re tamen ipsâ
fortasse commendabilia. Sacra nimirùm; et post sacra quem nisi
illorum Mysten maximum adpellabo? Hieronymus in caussâ est,
et, vt adparet, condemnationis. Nam cum nationes omnes Thraci-
bus (in Herodoto Ierpsicore. Melâ II. Geog. Cap. II. Solin. cap. III.
Polyb. Valer. et Archiâ poëtâ); Gaditanis, Gymnosophistis, Brach-
manibus (in Philostrato lib. V. vit. Apollon.): Causianis (in
Plutarch.): Thrausis (in Herod.) exceptis, natales suos sacros,
festiuos, et geniales habuerint; vt de Persis tradit Plato in
Alcibiade; de Ægyptijs Herodotus in Euterpe; de Medis Xeno-
phon.

* non meminisse iniuriæ.
de hoc Xenop. II. ἑλληνικῶν.
Æschin. Orat. de coron.
Aristoph. in Plut.
Andoeid. Orat. de Mysterijs.
* Tam altæ doctrinæ virum

* balbutiem

Senec. epist. LXXXVIII.

* Omni sapientia et virtute præditus.

phon. 1. de Cyr. Pæd.; de Romanis Cicero, Plautus, Tibullus, Ouidius, Suetonius, Agellius, Macrobius, Censorinus, et de alijs alij. Idq; à rerum primordijs, vt sacer et primus Historiographus Moses Cap. IV. Geneseos testatur exinde, inquiens, dies tertius natalitius Pharaoni erat, de Ægyptijs: et apud Matthæum Cap. XIV. et Marcum cap. VI. de Herode inter Palæstinos idem; vbi Hieronymus, [nullum alium inuenimus obseruasse diem natalis sui, nisi Herodem et Pharaonem, vt quorum erat par impietas, esset et vna Solemnitas.] et Beda Venerabilis [soli mortalium Herodes et Pharao leguntur diem natalis sui gaudijs festiuis celebrasse.] vbi si illud inuenimus in Hieronymo; et soli in Bedâ ad scripturas sacras uelis coartare; Machabæi reclamabunt; apud quos Antiochum natalem celebrasse comperies. [Ducebantur autem (Iudæi) cum amarâ necessitate in die natalis Regis ad sacrificia, et cum Liberi sacra celebrarentur; cogebantur hederâ coronati Libero circuire.] Quin etiam et Iobus laborum incus, pereat dies, inquâ natus sum: Et Lacrumarum flumen Hieremias, maledicta dies, inquâ natus sũ. Si secundùm Origenem et alios interpretemur: vt videre est apud tuos Pererium et meum Pinedam eruditiss. et religiosiss. Quod uerò de Artaxerxe suum celebrante (vt quidam retur) natalem apud Estherem Cap. XIV; ipse falsò comminiscitur conuiuio Asueri fortassis inlectus. Sin uerò ad profanas recurras historias, innumerum celebrantium numerum obseruabis. Dicendum igitur doctissimos Hieronymum et Bedam lapsos et cum eis plurimos? haudquaquam: pietati enim Christianæ planè repugnat. Ideoq; uerba pro enucleatione subiiciam Adamantina [vt scias esse in hoc grande nescio quid] (de immunditiâ nascentium loquitur) [et tale, quod nulli sanctorum ex sententiâ uenerit; nemo ex omnibus sanctis inuenitur diem festum, uel conuiuium magnum egisse in die natalis sui, nemo inuenitur habuisse lætitiam in die natalis filij, uel filiæ suæ: soli peccatores super huiuscemodi natiuitate lætantur. inuenimus enim in veteri quidem testamento Pharaonem Regem Ægypti diem natalis sui cum festiuitate celebrantem, in nouo uerò testamento Herodem.] Hæc acumen Origenianum. Cuius inhæsisse uestigijs Hieronymum, vt eius interpretem (quidquid neget Erasm.) adfirmabo: Vti illius Bedam; Vtriusq; magnum

I. Philipp.
Capt. et Pseud.
lib. I. Eleg. VII.
Lib. III. Trist. eleg. XIII.
in Augustum. cap. LVII.
lib. XV. Noct. Attic. Cap. VII.
lib. I. cap. XIII. Sat.
De die nat.
Plin. senior XVIII. cap. VIII.
iunior epist. X.

II. Machab. VI.

III. Iob. vers. III. num. III.

Hieron. IX.

Lib. III. in Iob. in Gen. Cap. XL. tom. IV. in Iob. cap. III. vers. III. num. VII. et VIII. tom. I.

* Horcala in Genes. cap. XL.

Origen. Adam. hom. VIII. in Leuitic.

Tos

Abulens. tom. V. in Matth. cap. XIV.

in Euangel. Matth. Cap. XIV.

Tostatum; queîs sententiâ et auctoritate se adiungat I. Maldonatus acutissimus grauissimusq3 scriptor. quos à lapsu non antea, postea fortassis, animaduerso uindicaui: et vulnus detegens, et medicinam adhibens: atq3 adinstar Peliæ hastæ in Alcidæ vlcera vnâ eâdem q3 manu saucians et sanans. Tuum mihi iudicium, MARIANA Clariss. vnquam

— CELTIBERIS non tacende gentibus;
= nostraq3 Laus Hispaniæ.

quocunq3 (Deum testor) mortali sanius.

R. P. M.

THOMÆ MALVENDA è Dominicanâ fam. CL. in Sanctiori Senatu librorum censori æquiss.

Nugarum etymon aduersus Grammaticos. Sophoniæ ex Hieronymo docta interpretatio. Latinorum paræmiæ nugas nugaris, Græcorum λῆρον λήρεις ab Des. Erasmo non bene deductæ. eius in Ausonio ineptum hebesuè acumen. huius DELIRVS quid?

SCHED. III.

Verum fateor. superciliosè docto

— cane peius et angue

odi, Vt

— profanum vulgus, et arceo.

Modestè citra popelli captum sapientes subentiâ ipsâ subentior amplector. et vt varam vibia, Heliotropium Phœbum seguor. Tecum mihi, Maluenda. doctissime, et modestissime, idem euenisse non semel minor,

quod

quod Agricolam apud Tacitum requirentibus accidisse scimus, cuius ea humanitas cum doctrinâ coniuncta, [vt plerisq; quibus magnos viros per ambitionem æstimare mos est, viso adspectoq; Agricolâ, quærerent famam, pauci interpretarentur.] scriptorum tuorum (Iuppiter!) inlustrium doctrinâ captus, doctiorum admiratione adlectus te inuisi, nec uidi; conueni, sed nec inueni; rarum hoc æuo exemplum, quo ambitio eruditionem fœdat, fastus mentem deiicit, leuitas litteras deturpat. illud regnat *Ἀμουσία τὸ πλεον μέρος, λόγων τε πλήθος, Cum Cleobûlo; illis fautoribus,

= qui omnia se simulant scire, nec quidquam sciunt,

Cum poëtâ Comico. inte quàm non hæc! docet eruditio cum humanitate coniuncta, quam

— aget pennâ metuente solui

= Fama superstes:

vti et hanc (si inspicis, corrigis, probas:) scriptionem nostram, quæ tibi iure sacra. Nam Hieronymi et Erasmi mentio vtriusq; in rebus diuersis in memoriam mihi doctrinam reuocauit; illius, tanto medius fidius uiro dignam, hoc est accuratissimam; huius, Grammatico sanè congruentem, id est ineptissimam. Vtrumq; dispendam; et primo Nugæ, quid? vnde? Non enim à nihil agendo (vt imperita Grammaticorum caula autumat) nec quasi nouiga, id est nouæ et inauditæ (ceu nouo nugaciq; commento Perottus mauult), Nam mihi crede, Thoma eruditiss. his (vt cum Plauto loquar)

= ubi nugiuendis res soluta est omnibus,

non mirandum quòd in Nugis (quæ illorum est mens et mercx) tantopere nugentur. Nos autem dici Nugaces facilè patiemur tum ab istis; tum cum his sanctiss. Ecclesiæ doctore Hieronymo Stridonensi, ac eius in litteris et in sanctitate imitatore Isidoro Hispalensi, quorum primi (secundus enim eadem suo more recitat) hæc sunt verba in illa Sophoniæ Prophetes, [Nugas, qua à lege recesserunt, congregabo, quia ex te erant; vt non vltra habeas super eis opprobrium.] Hæc, inquam, sunt; [Nugas, siue vt Aquila interpretatus est, translatos, qui à te receſserunt, congregabo, quia ex te erant; hoc est hi, qui per uitia atq; peccata de tuo sinu fugerant

in eius vita.

*inscitia in plerisq; et sermonum multitudo apud Laërt.

Nebriss. et Murmell. in Pers. Henric. Farnes. in Appendic. II. de ver interp. Cornucop. ad epig. XLI. Martial.

in Aulul.

lib. XI. cap. I. litt. N. Orig.

Sophon. cap. III.

Hieronym. in Soph.

rant, et facti erant sub dæmonum potestate reintegrato omnium sanc
uenient ad te, et nequaquam vltra super perditis filijs tuis patieris
opprobria. Id quod diximus, nugas. Sciamus in Hebræo ipsum Latinum
esse sermonem נוגי et propterea à nobis, vt in Hebræo erat, positum
vt nosse possimus linguam Hebraicam omnium linguarum esse ma
tricem. Hæc ille Scripturarum Maximus Doctor. Lege si libuerit plu
apud Lyranum, Montanum, Riberam. Quod non mirum, cum idem
Hieronym. in illa Esaiæ, ecce insulæ quasi puluis exiguus, addat
multa sunt nomina, quæ ita leguntur in Græco, vt in Hebraico po
sita sunt, propter interpretandi difficultatem; et ad comparationem
linguæ Hebreæ tam Græci, quàm Latini sermonis paupertem. Nam
Hebraicam linguam primam omnium fuisse, eamq; Adamum à Deo
didicisse, et ita omnes homines locutos, donec in ædificatione Babel
diuisæ linguæ fuêre, vt Sanctes Pagninus erudite probat; Sicq; ex
ponendum illud Genes. II. et adduxit Adam, vt uideret quæ uocaret
Vnde Hieronym. in Esai. VII. ecce uirgo concipiet: omnium penè
linguarum verbis vtuntur Hebræi, vt et illud in Cantico Cant.
de Græco φορεῖον. ferculum sibi fecit Salomon; quod et in Hebræo
Legimus. verbum quoq; nugas, et mensuram Hebræi eodem modo,
et eisdem adpellant sensibus. quin et lingua quoq; Punica,
quæ de Hebræorum manare fontibus dicitur, proprie virgo alma
adpellatur. Itaq; cui stabo Grammaticis an Hieronymo?
facile iudicatu. Hinc Plauto lux in Asinariâ, vbi

= Hæc sunt non nugæ: non enim mortualia

Hoc est carmina præficarum; Nam Nugæ Hebræis Syrisq; mœro
rem sonat, vt *Nænia planctum. Vtraq;, quod canebatur in
mortuorum laudes. sed ex nugis

nescio quid cogitans nugarum, totus in illis

ad adagionem Græcis Latinisq; familiarem tandem deueni; illis
namq; quod his nugas nugaris, λῆρον λῆρες in vsu est.
ad cuius explicationem illud addit Erasmus ὑλλεῖς, id est
deliras, desipis, quod et translatum est ab aniculis, quæ poste
quàm ætatis vitio cœperint desipere quasdam nugas blatera
so

Cap. XL.

Lib. I. Institut. Hebraic. cap. I.

Sc. agedum.

* Cic. II. de leg. Varr. III. de Vit. pop. Rom. Quinct. III. cap. II. Porphyr. ad Hor. Epod. XVII. plura apud Non. Fest. Diom. et Pollux. Scal. in Coniect. Hireman. II. de Fun. cap. III. Fabr. III. semest. cap. II.

solent: quam aptè ad rem alij uideant: nos tantisper sequentibus insistemus. = Ausonius Paullo

= Phœbus iubet verum loqui
= et si Pierias patitur lirare sorores
= nunquam ipse torquet [illegible] αὔλακα.

Erasm. chil. 1. cent. IV. Adag. XCI.

Epist. X

Hæc Erasmo uidetur et obscura et inepta adlusio, quippè qui ad agricolatores illud lirare refert adlusisse: quod latinis liræ seu porcæ sint sulci; Græcis autem λῆρος nugas significat, vnde et disipiscentiam et delirationem à recto sulcorum ordine deflectentibus et delirantibus tralatam probat: at ipse mihi et obscurior et ineptior adparet, qui cum censoris officio fungi uellet, litem non pellegit: Si enim sequentem huic epistolam inspiceret, fortasse sensum purum putum (quo erat acumine) enuclearet. Prorsâ enim ad eum Ausonius, [Ergo nisi DELIRVS tuus in re tenui non tenuiter laboratus, opuscula mea, quæ promi studueras, retardasset; iam dudum ego; vt palmes audacior, inhibernas adhuc auras improbum germen egissem, periculum iudicij grauis inconsultâ festinatione subiturus.]

Epist. XI.

En DELIRVS Paulli Comœdia: ad quam respexisse in præcedenti epistolâ facile iudicabis. Quî tam subitò vituperatio hæc Erasmiano somno imputata et laudatio cohærebunt

= Paulle Camænarum celeberrime Castaliarum
= Alumne quondam, nunc pater,
= Aut auus aut *proauis antiquior, vt fuit olim
= Tartessiarum regulus:

Scalig. II. Ans. Lect. cap. VI. Elias Vin. in Ans.

*sic lego [vt Paulliq minoribus] in Iuuen. non vt in vulgatis [proauus]

Et id genus alia? ast quò mei immemor subinde rapior? deuagabar, fateor, stomachatione à tali commento nulli adhuc detecto susceptâ. Sed cuiuscunq; Grammatici res omnes nugæ. imò ipse nuga, id est inutilis, vt uetus *lexicon explicat.

* cuius aliquot uoces apud Turneb. XXVIII. Adu. cap. VI.

DN. FRANCISCO GOMEZ DE QVEVEDO

amicorum et Litterarum Principi.

Ordin. Iacobæi Equiti.

Süeuio apud Macrobium versus ex coniecturâ restituti. Macrobius ex aliorum calumnijs vindicatus. Nucum genera aliquot explanata.

SCHED. IV.

Scitè cum Metrodoro Chio et uerè tu, amicissime Francisce, sentis. NIHIL SCITVR. Probauit ille nescio quis Hispanus nomine Franciscus *Sanctius satis sciens, quia nec hoc sciebat se nihil scire; suspicabaturq; nec se, nec alios. Hunc in tuâ veterum celeberrimorumq; auctorum scriptis refertissima bibliothecâ vidimus, probauimus: magis te, qui illum extra vulgi captum sentisse adfirmas, experientiâ motus, quâ multos aliquid conari, paucos probè ignorare, omnes Nihil Scire compertum est. Rideant licèt Curiones omnes, nugarum ineptissimarum inutiles magistelli. [Omnes uidemur nobis Saperdæ, festiui belli, cum simus copreæ:] verè ait Varro. Nos miselli, si liceret, fateremur. Quis enim quî sciat, scit? Tu viam adstruis. Ego sequ sed pede nescio an firmo. vti in istis, quæ tui iudicij, ingeniorum flos, sunto. Æger adhuc apud Macrobium diuersatur Süeuius vir non vulgariter eruditus; cui, licèt non vnus Æsculapius de salute desperarit, aliquid opis fortassis adhibebo. Hæc eius membra lacera, ac penè dissoluta,

: Admisce tu Acca basilicis hæc nunc.
: partim persica: quod nomen sic deniq; fertur
: propterea: quod qui quondam cum rege Pontè
: nomine Alexandro Magno fera prælia bello
: in Persas retulêre suo: post inde reuentum
: hoc genus arboris in prælatis finibus Graijs
: disseruêre nouos fructus mortalibus dantes
: mollusca hæc nux est, ne quis fortè inscius erret.

Hæc ille Süeuius, quem alij *Succium malunt, in eidylio quod inscribitur. Moretum. queîs quid deprauatius, corruptiùs, immedicabilius poterit inueniri? Sed exhorum cum sequentibus conlatione sanitas elucescat. Hæc ille

*alter à Brocensi

Non in [Saperdæ].

lib. II. Saturn. cap. XIV.

*Scal. in Coniect. libri tamen ueteres pro [Süeuio] stant. alij uideant.

= admi

= admisce baccarum basilica heîc nuce partim,
: partim persica: quod nomen sic deniq; fertur,
: propterea quòd qui quondam cum Rege potenti
: nomine Alexandro Magno fera prælia bello
: in Persas retulêre* suo: Post inde reuentum
: hoc genus arboris in prælatis finib' Grals
: disseuêre, nouos fructus mortalib' dantes:
: Mollusca hæc nux est, ne quis fortè inscius erret.

En sanum Sueuium. rationem inspecta sanitatis;
Baccarum uel baccatâ pro tu Acca reposui; quid enim magis à sensu et ratione alienum, quàm ibi mentio de Accâ Larentiâ Romuli nutrice et vxore Faustuli? hæc, inquies, debebat admiscêre nuces, et moretum pinsare. negabit id Turnebus, qui cum de Larentiâ (male in aliquibus Laurentia vti et in Cypriano et Minutio) Accâ, et de comite illâ, quam adiunxerat Virgilius, Camillâ meminisset, id nomen Romanis vsitatum, vt ab alijs pöetis vsurpatum ait, et Sueuij argumento comprobat, ita Legens

= admisce tu A. b. h. nux partim
p. p ——

Sed inepta *lectio, cui similis illa, quam Henr. steph. pag. CDXXIIJ. fragm. poet. Veter. scripsit. et ineptior intellectio, quam ex ipsius interpunctione datur odorari. baccatam itaq; uel baccarum nucem ad pello nucem Græcam, uel Pæoniæ siliquam, illam referentem (teste cum multis Ruellio): nam hæc baccata ex baccâ uel baccis fit, et nomen sortitur. Basilica pro basilicis, veluti persica pro persicis. quod ad metrum adtinet erit pes trybachus. Heîc pro hæc id est hîc antiquorum vsus: uel, si mauis, his repone. Nuce pro nunc hoc sensu. admisce heîc in mortario uel moreto partim persica, partim basilica (nucum *genera) vnâ cum nuce baccatâ. in tertio carmine pro Ponti fuit cum profecti emendarim ductus cuiusdam exemplaris vetusti auctoritate, ubi Pronti legebatur: sed placuit magis potenti (sic fortassè excompendiosâ scriptione dubitatio nata est, Pon̄ti:) nec obstat quòd Magno inferiùs sit; Magnus enim vt proprium et substantiuum Alexandro est. disseuêre pro desseruêre Grammatica postulabat. Hæc ex ingenio, ideò non probo, sed laudanda. Nec lubet ibi notare Macrobium, qui heîc fœdè erravit (vt *nonnemo somniat), imò

ani

* Io. Isaacus Pontanus in Not. ad Macrob. aliter legit, et interpungit [in P. retulêre. suo post inde reuentu.] sed magis adridêre ait lectionem codicis Anglicani [primo inde reuentu]. meam non adspernor.

XI. Aduers. cap. I. lib. [quod idola Dij non sint.] in Octau. Æneid. XI.

lib. I. de Nat. Stirp. cap. XC. Vid. Bened. Curtium Symphorianum XXV. hortor. cap. IV.

*de ijs Plinius lib. XV. cap. XXII

*Amb. Calep. Ruellius I. de nat. stirp. XC. Perottus in Cornuc. ad Epig. IV. Martial. I. Bap. Pius Annot. post. cap. CCV.

animus est defendere, ac tantum virum, virum quidem consularem, à popularium telis eripere. Ipse enim non de Persico pomo, sed de Persicâ nuce sermonem habet, nec vtrumq; confundit, tantùm nucem perlicam, et perlicum appellat. sed hæc de nomine, non de re quæstio est, quidquid alij adlatrent. à me, si male; quid mirum? NIHIL scitur. illud mirum, si bene. quî enim scitur? Iudic, duc à quo cuncta. Vir nobilissime.

Sed quia de Suëuio mentio incidit, errorem Vineti non dissimulabo, qui Sæuium uocandum retur. decoq; illa in Suetonij Grammaticis putat intellegenda Carmina

= Sæuius Nicanor Marci libertus,
= Negabit Sæuius posthumum.
= ast idem Marcus docebit.

* Vt apud Horatium II. Serm. [tanquam habeas tria nomina].

Nam Satyram scripsit, in quâ libertinum se duplici cognomine esse per hoc indicat, ex emendatione Statianâ. Quoniam aboq; vllâ auctoritate probat. Si enim Libris veteribus standum, Seruius in duobus m. s. Statius Lusitanus reperisse se adfirmat: tum etiam in omnibus Macrobij exemplaribus aliquot locis Suëuium apertè legimus; quem virum longè doctissimum adpellat, vt lib. VI. cap. I. illum ait imitatum Virgilium

[= ergò iter incæptum peragunt rumore secundo.
Suëuius Lib. V.
— redeunt, referuntq; petita
— — rumore secundo.]

et cap. V. idem ait [Virgil. pro sagittâ
— — volatile ferrum,
ex Suëuio Lib. V.
— Volucremq; uolatile telum.]
quamuis id fortassè à Lucretio Lib. I.
— — iaciatq; uolatile telum
et. IV. — — — tela uolarent.
et ex eorum altero Ouidius de Cupidineis sagittis I. de Arte.
= Saucius ingemuit, telumq; uolatile sensit,

FRA

L. LVDOVICO TRIBALDOS DE TOLEDO RHETO-
ri olim Complutensi. V. CL.
Hispanorum Optimo

Ex Claudij apud Senecam Αποκολοκυντωσι multa, ex ceteris operibus aliquot loca corrigendi conatus.

SCHED. V.

Louanij Lipsius, Romæ Muretus, Parisijs Lambinus, Mediolani Puteanus, aliàs alij humaniorum litterarum professores (notissimos prædico, quî alij

= multi, quos fama obscura recondit?)

et audire amarunt, et ambiuerunt. quid ni? Professio hæc publica [ornat potiùs omnem, quàm destruit dignitatem;] uerè, quæ Heroës illos non totius eruditionis genere tantùm, sed generis etiam inlustri præstantiâ insignes insigniores quodammodo reddidit. Ferdinandus ille Nonius Pintianus, paucis doctis (vt Luculentum de illo Doctorum Phœbi eclogium vsurpem) in occulto laudatus; qui immeritò iacet etiam nunc ignoraturq; inter suos (heu, nostrum fatum!) Vnus apud nos illis, vel eorum testimonio, par: multis è suis maior, qui Salmantinam Academiam doctrinâ inlustrauit, inlustribus exemplo fuit; sed, vt cum Homero dicam, μαγιδίως: Vili namq; Grammaticorum nomine, qui has litterarum delicias profitentur, apud quem nostrûm non dehonestantur? nec falsò, cum Grammaticastri nescio qui, Palæmone ipso tumidiores et magistellorum nomine indigni infantibus nobis proponantur magistri. Hui, quàm ridicula didascalia! Quotus enim quisq; è nobilibus nostris Salmantini aut Complutensis Professoris in hisce litteris nomen non fastidit? aliter Seneca, cui professoriam olim linguam femella illa, merum lupanar, inter probra obiecit; cuiq; non [is solus reipublicæ prodest, qui candidatos extrahit, et tuetur reos, et de pace belloq; censet: sed qui iuuentutem exhortatur, qui, in tantâ bonorum præceptorum inopiâ, virtute instruit animos, in priuato publicum negotium agit.] Sed quorsum? inquies. adfectus ista apud te, vir doctissime, funditauit; nec apud alium æquiùs; quem, uel tui similes (pauci apud nos nunc, olim Ferdinandus de Herrera, Franciscus Pacecius, Franc. de Medina, Iacobus Giron, Ludouicus Barahona de Soto, Christophorus Mosquera de Figueroa, Io. Malara scriptis et

Lips. II. Elect. cap. VIII.

Agrippina apud Tacitum XIII. Annal.

eru

eruditione sat noti, tibiq; pari litterarum cognitione siue cognatione coniuncti, quos æquis gressibus insequuntur amici nostri amenissimi ingenij Christophorus de Mesa, M. Spinelius, Michaël Ceruantes de Saâuedra, quorum industriâ idioma nostrum in dies innumerùm cresit) quem, inquam, uellem publicè audiri, publicè prodesse: non hos litterarum uerè probra, et ueros Eunos, terræ filios, Ariciæ Manios. Vtinam, Vtinam (vt uolo, et uoueo)! sed cum voto tesserariam hanc amicitiæ tabellam, Ludouice eruditiss, cape: et hæc cense, quæ in ludo Claudij. [Nimis rusticè acquiescunt oneri pöetæ, non contenti ortus et occasus describere, vt etiam medium diem inquietent.] qui locus mendosissimus, cum nec sensus vllus idoneus ex eius verbis possit elici, nec in M.S. vt in impressis reperiatur integer. M.S. omnes pro oneri habent omnes, vt testantur Nicol. Faber, Hadrian-Junius, alij. quid vulgata sibi velint, nescio. itaq; legendum ex admonitione amici nostri doctissimi. Gasp. Scioppij [nimis rusticè, inquies, cum omnes pöetæ non contenti ortus et occasus describere, etiam medium diem inquietent.] sed ego nihil reiiciens ex [vt], [vi] facio, hoc est quasi per uim medium diem inquietant. quod non eget ad plausus tibicine, uel pluribus fulciri tibicinibus ad probationem. huic lusui etiam conueniunt aptissimè, quæ de Julio Montano alibi idem Seneca laudat

Epist. CXXII. : in hunc modum [recitabat Montan⁹ Juli⁹ carmen, tolerabilis pöeta, et amicitiâ Tiberij notus et frigore. ortus et occasus libentissime inserebat. itaq; cum indignaretur quidam illum totâ die recitasse, et negaret accedendum ad recitationes eius. Nata Pinarius ait, nunquam liberalius possum agere? Paratus sum illum audire ab ortu ad occasum. Cum hos uersus recitasset

: incipit ardentes Phœbus producere flammas,
: spargere se rubicunda dies —

: Varus eques Romanus &c exclamauit, incipit Buta dormire, dein cum subinde recitasset

: iam sua pastores stabulis armenta locarant
: iam dare sopitis nox nigra silentia rebus &c
: incipit —.

: idem Varus inquit.. quid dicis? iam nox est, ibo et Butam salutabo] longiusculè ista recitaui, vt quid Seneca reprehendat, breuius

adp

adpareat, tum vt duo mendа abstraham à tam pulcro corpore. primũ illud amicitiâ Tiberij notus et frigoce, quod Lipsius pro amore et remissione accipit. Ego aliter lego, et frigidam eam notionem existimo, [amicitiâ Tiberij notus, et frigide ortus et occasus libentissime inserebat &.] alterum —— nox nigra silentia —— lego pigra manuscripti Regij apud Sanctum Laurentium, auctoritate. Transeo ad alia in eodem Ludo

—— obscuri crescebant tempora somni;

sic ipse Epist. Cxxii. Somni tempus est: Vnde colligo non cornua pro tempora Legendum, vt alij uolunt. inferiùs

[quid femina crudelissima hominem miserum torqueri pateris, nec vnquam meritum, vt tandiu cruciaretur.] hæc vulgata lectio, v. Cod. Nic. Fabri [nec vnquam tam cruciatus esset]; Cod. S. Amandi, quo Iunius; Wissemburgensis, quo Rhenan' vsus, conueniunt. exquo Iun. [nec vnquam tandem cruciat' cesset,] Concinnat; Ego sic [nec vnquam tam meritum, vt diu cruciatus esset:] ἐγὼ νεὶ merâ. nam lectio illa seu emendatio Iunij inconcinna.

[patere mathematicos aliquid uerum dicere.] patiar mavult Rhenan. quia uerba putat Clothus, sed toto cælo errat, nam τὸ patere illi correspondet [quid f. c.h. miserum torqueri pateris. &] patere mathem. &c uerba autem Clothus postea subiunguntur. [sed Clotho. ego mehercule, inquit &c] [et imposuerat Herculi homini minimè vafro.] sic in edit. Plantin. Lipsij ex-correctione bonâ Iunij, quia inuenerat fabro, fortè non male, hoc est architecto Verborum et dolorum vt est in Plauti Prolog. Amphitr. sed fortasse non mala antiquior, [et imposuerat Herculi minimo diserimine fabulam.] exquo fibulam Alciatus in Parerg. emendauit et interpretatus est de astrigmento Veneris, quod ἁγνιστῆρα Græci uocant; si bene sic Legas [et imposuerat Herculi minimo discrimine fabula,] quanam illa? responsio Claudij.

Ἰλιάδην μὲ φέρουσ' ἄνεμος κυκόωντι θαλάσσῃ

ex Odyss. ix. vbi Vlysses Alcinoo iter suum narrat: hæc uera fabula, quàm Febris extricat, qua eius natiuitatem, genus, gesta narrat; ni fabula proloquellâ hoc vsurpetur, vt solet; hoc est cum adfectaret se esse Græcum Claudius, imposuit panè Herculi Græcè locutus.

[Venisti huc, vbi mures ferrum rodunt,] ait ad Claudium Hercules; et statim [quia Romæ, inquit, mures molas lingunt:] existimo ludum ex hac diuersa lingendi et rodendi significatione captari: illud uerius,

mag-

hoc et animad. uers. in Paterc. lib. II. exemplis confirmat.

[adpulsum ad Ciconas me uentus ab Ilio adegit.] quo uersu etiam Virgilius Dissert. Epistat. et ex Varrone Heraclides Ponticus apud Agell. I. Cap. II.

magnam huius Ludi partem, mutilam, et nondum intellectam esse, quam cum Rhenan. et Junius in partem conati sunt supplere, nugas egerunt, nec hilum profecerunt: itaq; aliquot loca hiatuûm signis deberent subnotari, ne legentium incautos oculos præterfugerent, à dimidiâ præsertim operis parte.

DN. SEBASTIANO OROZCO DE COvarruuias V.N. Archidiacono Conchensi gentili meo.

Origenes etymologiæuè aliquot Hispanæ ex Græcâ latinaq; linguâ. Phrases Communes ex ijsdem. obseruationes indugationis curiosæ non paucæ

SCHED. VI.

Celebre illud Domitij Pisonis scitum, [Auctores non oportere libros, sed thesauros componere,] non ex ijs quos in stultorum ac improborum *Plautus [istum thesaurum stultis in linguâ situm] [ut quæstui habeant male loqui melioribus.] Sed in sapientum ac Bonorum linguis recondit *Hesiodus. Γλῶσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος φειδώλ [Lingua certè thesaurus inter homines optimus parca —] Tu, nobilissime, ac eruditiss. Sebastiane, verè sapiens ac Bonus, qui non doctrinâ tantum sed et operâ HISPANIAM ditas; ac THESAVRVM non in posteros admiraturos solùm condis, at in nostram fruituram ætatem prodigâ rerum admirandarum sapientiâ profundis. Hispanicæ ling THESAVRVM exornas, an et iam emittis? sic audio; et cum nescio quo Antiquorum ex animo exclamo [Exorere ô clare Sol;] Verè tu is, qui in obductis Nostratium idiomatis elegantissimi (sic dicam) venis

* in Pœnul.

* ἔργ. καὶ ἡμέρ. β. ad fin.

dis

dispersum aurum putum putum tuæ eruditionis radijs conflas, et in THESAVRVM omnium vsui mirâ liberalitate producis; quamobrē Hæc inter legendum cursim obseruabam, tuis iudicio submitto, auctoritati L. m. d. c. Multa nobiscum Hispanis Latinos communia habuisse dicendi genera non vnus, sed *vnus eruditissimè obseruauit: Ego aliquot in Petronio; in ridiculis aniculæ insidijs [Ecce in ipso aditu occurrit mihi æquè lapsus ac moriens Ascyltos, putares ab eâdem aniculâ esse deductum.] vbi emendo [lassus] et noto modum loquendi nostratem [vinose muriendo de puro cansado] ni lapsus aliter interpreter, hoc est [despeado]. Cum de Circe loquitur Chrysis ancilla cum Polieno hæc subdit [verum enim fatendum est ex quâ horâ iniuriam accepit, apud se non est] [no està en si;] nos dicimos, aut [fuera de si] aut [no sabe de si] de illo qui aliquo ad fectu uel caussâ grauis uel sibi ipsi est. sic et apud Terent. in Adelph. de iracundo

= Vix sum apud me, ita ardeo iracundiâ.

Quin et Polienos Circi [quæso, inquam, Regina noli suggillare miserias] modo quo nos vulgari vocabulo [mis reinas] adpellamus eiuscemodi femellas. in eodem, vti in alijs [ex cursu fatigatus] probatiori castigatione notaui, nos [cansado del camino] in Vulgatâ [fatigatus ex itinere], in Cicerone [fessus de viâ]. In Virgilio. Æn. V.

= vna omnes fecêre pedem ——

pro vela facere, vt pedes nauales pro remigibus in Plaut. pedem pro velum apud Catull. nos dicimus [hacer pie], ex quo ad manus; nam [haber a las manos] aut [tener en las manos] frequenter. Virg.

= in manibus Mars ipse ——

Cæsar [in manibus nostris hostes] quid plura? cum idem Italicæ linguæ accidisse testetur et bene probet eruditiss. Petrus Victorius è Græcâ nimirum, cuius non solùm voces et verba, sed et modi etiam loquendi hodie retinentur. de vocibus nonnulla adiiciam, sed obiter cum à te V. CL. omnia notata nequaquam dubitem: fortasse et hæc. [Causon] uel [cafson] Hispani dicimus febrem ardentem, Græcis καῦσος, febris ardens, καῦσαλις combustio; Græcis πηγὴ fons est, hinc Hispani pudendum hominis eodem modo vocitarunt, quasi fontem corporis, et Valentinis proprio idiomate [pigar] mingere: quin et eò recurrit

* D. Aldrete cap. VIII. lib. II. et cap. I. lib. III. de Orig. L. R.

in Menæchm.
in Phasel. laud. et dedic.

II. Comm. var. abs. se gest
plura in lips. III. Var. Lect. cap. III
Varian. Lect. IX. cap. IV.

πυγη. nates: ουρειν, mingere, vnde vrina. πλατυς latus, hinc [plato, placa] quia lata. ἀπελθειν ire, hinc [apeldar]. βάλανος glans, nobis pleniùs [auellano]: μεθυσος ebrius, hinc ebrietati ametistum lapidem aduersari aiunt, quasi ille sit sine ebrietate. λαμπτήρ [lanterna]; quid? et in vulgari græco ζαμβρα quod in litterato θαλαμος, in latio thalamus; quæ uox cùm festiuitati semper iniuncta sit, vt pote nuptijs propria, Maurorum nomen fecit lætitiæ maximæ, quam [Zambra] vocant: [pulir] polio verbum istud deductum absq; dubio ἀπὸ τῆς λεπίδος, λεπις autem ἀπὸ τοῦς λεπτ

Vid. Stoic. Erithræi.

Quod latini iecur, Græci ἐπαρ nos [higado] quasi [figado] vt vocant Itali, hoc est ficatum, quippe de aprugno aut suillo iecore, quod uetustas maximè mirata est, sine ficu pasta, quod Græci, vt scribit Ætius, συκωτὸν, adpellant, quasi ficatum dixeris. id apud nos Iudaica natio ex ansere, quam plurimum altilem habere solet, sæpius trilibre ostendit. sed creber apud nostrates sermo de his, qui malivoli aut subdoli habentur, sic inoleuit [es hombre de malos higados, tiene malos higados] Non absq; ratione, nam sedes amoris à Physicis constituitur: uel sumptâ metaphorâ ab homine desidioso, et originem ab Hebræâ voce trahente [higado] כֶּבֶד enim à כָּבַד, est fortis, ponderosus, et ab eâdem radice כָּבוֹד honor, nam qui absq; fortitudine, onere, et honore, quasi vanus et vacuus, hinc כֶּבֶד etiam iecur: ille nanq; quibus hæc absunt, à nobis meritò veluti adfecto iecore habentur, dicunturq; [hombres de malos higados]. [llaue] immutatione solitâ clauis, quod ex Græco prouenire docet hisce verbis Pompeius Festus

Lib. III.

[claudere et clauis ex Græco κλείω καὶ κλεὶς descendit.] [Noche] nox latinis, vt Græcis: inde Homerus ὀρωρεῖ δὲ οὐ ρανοδι νυξ ruit cælo nox, hoc est subtrahitur oculis humanis lux diei, nam ibi non de nocte naturali intellegendum. [sal] transmutatis elementis ἅλς, quod et mare, nam salem et salum, à quo insula [isla], vt id obiter notem, pro ijsdem vsurpamus, et apud Virgilium et alios passim. [Golfo] cum deductione latinâ careat, græcam retinet, quasi κολπος. [Tapetes] Hispanè et

Vid. Gomec. Comm. de Sale, et Cap. XVII. lib. I. Polyg. et Steg. nostræ.

Latinè

Latinè, quos ταπητος Græci. [Barca] βαλκα in Glossario Græco-barbaro Meursij, vnde emendandus Aldhelmi Locus lib. de Virginit. [rimosa namq; ingenij fragilis barcâ] (non labarca, nam et barca Isidoro, quæ σκάφος siue scapha, quæq; eodem ferè modo Germanis, Belgis, Gallis, Italis, Hispanis sonat [esquife]) diræ tempestatis turbine quassata, folio. DLX. Bibl. sanctor. Patr. [Voluerse carmesi] pro rubore suffundi elegan-ter apud nos; sic verecundi apud Græcos eleganti voce φοινικιάζειν appellantur propter colorem, vt in Diogene Laert. lib. VII. in Ze-none videre est. Plura possem è Græcis, si pluries vellem ineptire; è latinis aliquot non planè vulgo vulgata: sed illud primò occur-rit, quod in Fl. Vegetio adnotaui; is enim lib. I. de re milit. cap. xx. vbi de armorum genere, quo vsi sunt antiqui, tractat, hæc ad calcem addit, [Barbari autem scutati pedites his præcipuè vtun-tur, quas bebras vocant, et binas etiam ac ternas in prælijs portant.] vbi bebræ, quod teli genus sit ego cum diligentiss. ac doctiss. Go-descalco Stevechio ingenuè fateor me ignorare. sed scripturarum discrimen nescio quid videtur subinnuere; nam in fragmento Guil-helm. Masnuy Namurcensis Bebyas; in m.s. D. Melch. Hittor-pij brebras, in IV. m.s. Jac. Susij V.V. d.d. brebas adpellari indicat Godescalcus.; sed cum Hispani rotundiores ficus [brebas] vulgò vocent, non potui me continere, quin opinationem meam, vidiculam tamen, propalarem. Nam Barbarorum vox abiq; dubio fuit, et eâ fortasse formâ modò longiusculâ, quâ apud nos fici, qui apud nos [brebas]. sed hoc inutiliter diuinare in re planè incertâ. aliorum iudicio, quidquid sit, esto; similiter diuino in officij nomine apud Sardiniæ, et Cataloniæ regna, in quibus vestigia Romanorum non pauca vel hodie visuntur; illud in primis quod [Veguer] vocant, et pro magistratu apud nos [Alcaide] accipiunt; quid si idem quod Virgobretus apud Æduos? de quo passim Cæsar, alij, quod vero simile videtur; nam sub ali-tione Gallorum multorum annorum spatio fuisse tradunt Auctores. idem in magistratu arbitrario, quo [Prohombres] [sic vocant] funguntur, vt proconsules, prætores et ceteri hac compositione apud

* Virg. lib. X. Stat. I. Theb. alij, de quorum in-flexione Charisius lib. I. Inst. Gramm. tom. III. Meurs. cap. V. Manij.

fol. LIII. Comm.

* Marian. lib. XIII. Hist. Hisp. Alcaide lib. II. cap. III. de L.C.

* D. August. de Gramm. Prisian. lib. II. P. Manut. in epist. Cicer. famil.

Josep. Castal. fol. XXX. Var. Lect. Ludou. Non. cap. IV. Hispan.

apud Antiquos noti, vt ex consule, ex quæstore. &c. addo et in Hispaniâ olim Procos. vt ex Tacito Annal. IV. de Vibio Sereno constat; à Tiberij ætate, vti in ipso videre est, ad Gratiani tempora in Vlteriori Hispaniâ hos fuisse colligo ex Sulpitio Seuero lib. II. hist. Sac. Quorum vltimus Voluentius. Apud eosdem [Nochero] idem qui in lib 6. antiqui Hispanorum idiomatis, quos [del Fuero juzgo] et [Partidas] vocamus; nec non in historijs Regis Alphonsi, et Principis Emanuelis [nochero] latinus nauclerus ex Græco ναύκληρος vulgò [marinero]. Quin et [introniçare, maneria, Alcaide] et id genus non pauca tantis per corrupta vocabula in Alboaçen Haly F. Abenzoar libris de præcog. Astrolog. ab Yhuda quodam, et Ægidio Parmensi latinitate donatis penè hispanicà reperi. sed ad nostra nunc. Canterij Vitruuio tigna tecti sunt oblonga; nos communi voce [perchas] Galli, Italiq; Latinis accedunt propius [Chantiers, canthieri] sed nescio an [canteros, canteria] nobis hinc fluxerit. [cipres] dicimus, rudiores [acipres] arborem Græcis Latinisq; Cyparissum uel cupressum; sed cum [cipresso] Italis purioribus vocitetur, et [ancipresso] etiam, vt apud nos [acipres] vulgò increbuit; ab atrâ pro-

Nic. Erithr. in Stoic.

prio huic arbori epitheto quidam retur, nec male; ego melius fortasse vitio vulgi: [Targa et targeta] ad pellamus, ab scuto nimirùm, et huius similitudine nummum quendam, vel campum, sic vocitamus, papyraceo aut æreum aliûsue materiei lineis hinc inde distinctum; quid si à tergo? quod Latinis scutum; Virgil.

IX. Eneid.

— et toto connixus corpore ferrum
: Coniicit, hasta volans noctis diuerberat vmbras,
: et venit aduersi in TERGVM Sulmonis, ibiq;
: frangitur, ac fixo transit præcordia ligno.

[Gomia] pro gulone, manducoue apud nos, vt et [gloton]: sic et Latinis apud Nonium Gumiæ, gulosi; sæpius apud Lucillium lib. xxx. Satyr.

illo quid fiat Lamia Pytho oximedontes,
: quo veniunt illæ gumiæ, vetulæ, improbæ, ineptæ.

et

— compellans gumias ex ordine nostros;

Vtrumq; nomen explicat Festus [in gluuies à gulâ dicta, hinc et ingluuiosus, et gluto, et gulo et gumia, et guttus:] vt in Glossis

Veteri-

veteribus Glutto, Νιμβος, Βρώτης edax, gulosus. et gumiâ, a
graeco nimirum γόμος quod significat πλήρωμα τῆς νεώς apud
Saburram Latini vocant; [vasto] nobis crassum, vile, incomptum, Scal. ad Varron.
sine arte, fortasse à magnitudine; nam vastum Latinis ingens est;
et in Nauarrorum tractu [vasto] pro clitellâ magnâ altâq; ; quid
[vasto et vastare], uel [guasto et guastare] Italis sit, nemo est
qui ignoret: [soldado, soldada, sueldo] à solido numo dicta sunt; quia X. Solidus: in
solidis stipendia soluerentur, vt adparet ex II. Feudor. lib. tit. x. et Lib. feudal. ex
probat Hottomanus; [soldar] a solido verbo, in Virgil. I. Georg. notat. CL. Aldret.

= area — — —
— — — Cretâ solidanda tenaci.

Salarium antiquitus, vt notat Muretus, quod dabatur pro victu, in quo XIII. Var. cap. V.
principem locum tribuebant Sali; vt cerarium in Ciceron. Act. II. in Verr.
linguarium in Senec. lib. IV. Cap. XXXVI. de Benef. honorarium in Plin. II.
epist. lib. epit. XI. sed nobis pro quocunq; stipendio vel menstruo vel annuo.
[Longanica] hodie dicimus genus farciminis, antiquis lucanica, Martial. XIII. Xen.

: filia Picenæ venio Lucanica porcæ;

Statius IV. Silvar.
in visu Saturn. ad Plot.
= non Lucanica, non graues falisci.

cuius exstat confectio apud C. Apicium, et meminit Varro lib. IV. de L.L.
lucanicam dicunt, quod milites à lucaneis didicerunt, qui è Falerijs Fa-
liscum. et mox tertium fartum est longabo, quod longius quam duo: Ar-
nobius vocat longauo; Aurelianus longao et longano, quod magè Gram-
maticis probatur; nobis fortasse quasi longanica; [luuentario] vel ipsa
vox Latinitatem profert, quod et reportorium; Vtrumq; vide in Justin. C.
tit. de Curat. fur. et prod. Vlpian. L. Tutor. de susp. tut. et Curat:
Impp. Arcad. et Honor. in rescript. ad Eut. Praefect. praetor. in C. Justinia-
næo. [Atropar] et [arropar] Hispanis est adplicare corpori pannum, vel
quid aliud frigoris pellendi: quo quidem vocabulo vsus est Arnobius (sincalius est)
~~etcillius catchilde differentibus reparare et deuotissimi~~ Scriptor Latinè loquens,
sed vulgariter tunc apud Afros in Comment. in Psalmos, in quorum præ- epist. ad Adrian.
fatione Roterodami decus sic obseruat atropare dixit alicubi, voce nimi- VI. P.M.
rùm id temporis volgatâ, magis quam probâ, pro eo quod erat per tro-
pologiam adplicare. [Asa, mesa, tesus] quæ postea migrarunt in ansa,
mensa, tensus, Latinitatis antiquæ formam retinent apud nos, qui [asa, mesa,

tieso]

tieso] quod et [tendido, estendido] à tendo, dicimus; Cascos illos auctores sic esse locutos eorum fragmenta indicio sunt: scio et sic adpellata prius, vt cetera in Carmin. Saliari apud Varron. de L. L. lib. VI. [Rastrillo] Hispanæ lanificæ uel [rastillo] instrumentum, quo lanæ linaue carminantur, vocant; à similitudine nimirùm rastrorum, uel rastellorum, de quibus Varro, rastelli (si bene legas) Vt irpites Serræ læues; ita quia homo in pratis per fænisicia festucas abradit, ab eo rasu, rastelli dicti. [Merienda] vocitamus vulgò vespertinum ferculum, quam vocem à Latinis acceptam index illud Calpurnianum Hemestichium

IV. de L. L.

— Seræ cum venerit hora merendæ,

Scal. ad Varron. fol CCLXVIII.

Nam merenda erat, quæ ijs, qui merebant ære, hoc est mercenarijs dabatur à domino seu conductore, ante quàm labore mitterentur. Non quod medio die capitur, vt ait Festus: potiùs cibus qui post meridiem sumitur, vt interpretatur Nonius, ἀπέρισμα: hanc etiam vocem Io. Boccatius primus in Italiam inuexit; vt ego existimo; [tassar] pro precium imponere, sic in Plinio [maxime tamen insignis est in hac memoriâ Clodij Æsopi Tragici histrionis patina sexcentis sestertijs taxata]. subiiciam aliqua ex dicendi modis. [Tener l'alma entre los dientes], aut [en los labios] de ijs Hispani dicimus, qui in confinio mortis, tractum à Latinis. Seneca Epist. XXX. [non dubitare autem se, quin senilis anima in primis labris esset, nec magnâ ui abstraheretur à corpore.] D. Cyprian. Serm. de Cœnâ [sed in eodem articulo temporis, cum iam anima festinet ad exitum, et egrediens ad labia expirantis emerserit:] Tragicus Antigonem cum Hercule loquentem sic inducit

lib. X. cap. LI.
idem de Æsop. lib. XXXV. cap. XII.
Tertull. de Pallio
Val. Max. lib. IX. cap. I.

plura apud Kirem. de Tuner. Rom. cap. V. lib. I. fol. XL.

— hanc animam leuem

in Hercul. Furent. v. 1310.

= fessamq; senio, nec minus quassam malis
= in ore primo teneo ——.

Ex ritu veteri Deos adorandi uel aliquibus gratias agendi, uocem nostram et ritum elicio: [assir] apud nos est tenere, quod puto hinc ductum et dictum: adoraturi aras tenebant, patet ex Virgil. Æneid. III.

= talibus orantem dictis, arasq; tenentem
= audijt omnipotens ——

in Apuleio lib. VI. Met. [tunc genus nixa et manibus aram tenentem amplexa, deterſis antea lacrimis, ſic adprecatur.] Arnob. lib. IV. [ita enim non uidetis ſpirantia hæc ſigna, quorum plantas et genua contingitis et contrectatis orantes] Huc fortaſſe trahendus, et ſi aliò etiam poſſit commodè, vt contrectarent ultenerent aras; vnde patet quam ob cauſſam à Varrone et Macrob. anſas à veteribus dictas traditum: quæ et etiam aſæ, vt ſuperiùs probabam. Hoc de voce; de ritu iſta. Omnibus nunc ferè nationibus in vſu est exosculandi manus in gratiarum actionem. hoc mirè ab Ouidio expreſſum

— Cum veniat ſperata voluptas
= oscula dat manibus —

[agradeZeselo, beſale las manos] hiſpanè dicerem. Sic in Apul. lib. II. de Aſ. huius diu manus exoſculatus, et ipſa genua coniungens, miſerere, ait, ſacerdos, [auiendole echo muchos cumplimientos, i beſadole las manos] et lib. IV. tali ſermone puella deterrita, manuq; eius exoſculata, parce, inquit, mi parens. Et quæ his vrbanitatis verba ſolemus adiicere [para ſeruiros, a vuestro ſeruicio &c] nescio an illa exprimant apud Horatium

— et cupio omnia, quæ vis; Sat. IX. lib. I. V.

in Plaut.

: debetis velle quæ velimus —

Amph. prolog. et Moſtel. Scen. melius anno hoc.

Fiunt etiam hæc vel ſeruitutis vel officiorum (ſic dicam) munia manu ori admotâ: vnde adorandi verbum. ſic interpretor locum Iobi cap. XXXI. [ſi vidi ſolem cum fulgeret, et lunam incedentem clarè, et lætatum est in abſcondito cor meum, et osculatus ſum manum meam ore meo, quæ est iniquitas maxima, et negatio contra deum altiſſimum:] quæ [illa] Franc. Sanctius Brocenſis in Quinquagena parte

Cap. XXXI.

~~a Benedictino editore in aliud tempus reſeruatâ, et deinceps in lucem rarius~~
~~prodeuntibus, vtpote~~ ~~Priuinquas~~ ~~forte alia~~ ~~Litteratus~~ ~~adhibitendi~~ ~~adorandi~~ ~~ori~~
~~admoti~~ ~~ad~~ ~~ore~~ ~~tantum~~ ~~adhibendi~~ ~~manibus~~ ~~osculandi~~ ~~ritus~~ ~~nunc~~ ~~tantum~~ ~~apud~~ ~~nos~~ ~~vigere~~
~~perstat~~ ~~adorandi~~ ~~verbum~~ ~~manibus~~ ~~osculandis~~ ~~dabo~~ videre soleo

Leg. Beroal. in Comm. ad Apul. lib. IV. pag. CCCLXIX. edit Lugd.

quotiens inter fores pulſantem et intus habitantem conloquia audio vulgò vsitata. [quien está ai?] aut [quien es?] rogat iste; respondet

illa

a Benedictino editore in aliud tempus reſeruatâ, quidq; integra apud nos est, quidnam vt verum auctorem aliquando probet, optime probat.

illa [si està] aut [si es]. sed ridere desij cum à latinis acceptum et hoc uiderim. in Petronio lego, ostium non satis audaci strepitu impulsum exsonuit. cum et ipsi ergo pallidi rogaremus, quis esset? aperi, inquit, iam scies. ipsissimæ hæ nostri moris voces; sic in Plauti Milite Pleusides

— fores

Act. IV. sc. VII. : pultabo. Heus ecquis hic est? P. adolescens quid est?

: quid tu ais? quid pultas? ——

Adiiciam aliqua ex eodem Plauto. Nos dicimus [ten buen animo] aliquem consolantes, sic et latini. Periplecto Plautinus Plausidi et

Act. III. sc. I. Palæstrioni in Milit. —— habe animum bonum.

Act. IV. sc. II. Palæstrio Milphidippæ

eod. Act. sc. IV. — bonum habe animum, ne formida.

Milphidipp. Acroceleutio

: non faciet. bonum animum modò habeto ——

et sexcentis locis. Et in loquutionibus simillimis, alibi

Act. IV. sc. vlt. : te volt, quærit: teq; expectans deperit,

ait Pyrgopolinici Puer; vnde [querer] pro amare nobis absq; dubio quisquis fatebitur; quod et velle et quærere. sic in Petronianis Conloquijs inter circen et Polienum, quem sic tu amas, quemadmodum ego te volo? Cum alicui negotio operam damus communi loquendi et è re natâ formulâ vtimur [entremanos]; Vtrumq; in Milit. Plaut.

Act. IV. sc. IV. — Negotium omne iam accidit sub manus;

et alibi, quod nunc non ad manum seu mentem. illud non item, cum [venir alas manos] pro congredi, uel Conlato pede præliari, aut conferre pedem. manum, gradum, signa, vt Liuius et Cicero dicunt, Thucydidi esse εἰς χεῖρας ἰέναι, Herodoto εἰς χειρῶν νόμον ἀφικέσθαι. Xenophonti συμμίξαι εἰς χεῖρας πολεμίοις; Polibio σαύαπτειν εἰς τὰς χεῖρας: quæ eodem recidunt: Progredior in Plauto. bona, sic dicam, uerba ad inauspicatas diras solemus detorquere. sic [lindo] apud nos pro cultulo, pro malo. Plautus

Act. II. sc. IV. —— peribis pulcrè ——

quod nobis esset [lindamente] aut [hermosamente as de perecer] à Plauto ad Persium; quem, similes flosculos conlecturus, percurram

V. XLI. in 1. Satyr.

—— digito monstrari ——

frequen

frequenter apud nos eodem sensu [señalar con el dedo]. [cree que es alguien] = Seq̃ aliquem credens ——

CXLIII.

[por mi sea blanco onegro]

—— perme equidem sint omnia protinus alba

CXXIV.

in II.

: Hunc optent generum Rex et Regina ——

XXXVII.

et eiusce modi amentias vsurpant passim nostrates nutriculæ, quod obiter notem, acceptum à Persio ex illis Hectoris Astyanactæ filio apud Homerum precationibus.

in. III.

: stertimus indomitum quod despumare falernum

III.

: sufficiat ——

Vt nos [dormir el vino, o la Zorra]: quid sit vitrea bilis, in illo.

*Sched. X. Decad. I.

—— turgescit vitrea bilis,

*alibi Latè discussimus; nunc addo, ex more apud nos crebro posse etiam capi, dicimus [es vn vidro, luego se enoja, inchasse &c] de istius generis homuntionibus, qui heîc in Persio quamq̃ obreculam irati. Pappas mammas, lala pueris propria en ibidem, vt et ex alijs notum

Leg. Scalig. F. Cap. XIX. lib. I. et Cap. XI. lib. II. Anf. lect.

—— pappare minutim

XVIII.

: poscis et iratus mamma lallare recusas.

inferiùs —— ne sis mihi tutor

XCVI.

frequenter exprimimus sic [quien le hace. o le mete a ser mi tutor, ocurador?]. sic [mete la mano en el pecho] germanissimo sensu

CVII.

Paullò ante —— pone in pectore dextram.

—— Crassis̃ lutatus amomis

CIV.

de funere res est; nos ad illud [Luto, enlutado] vocamur pullam vestem et pullator siue atrator in funere. quæ etiam vox in Hieronymo Apolog. I. in Ruffin. et lib. II. in Iouin. Lampridio in Alegab. Marc. Catone Cap. XCII. de re rusticâ, vt contra delutare Cap. CXXIIX. lutulare in Rudent. Plaut. quid in IV?

—— feciſſe silentia ——

VII.

[hacer silencio] optimè dicimus. nec male [buen probecho]

= hoc

XXX. — hoc bene sit —.

XXXIV. [dar del codo] eleganter et ad rem

— cubito qui tangat —

Sed nec è .V. aliquid aberit Hispanum redolens

— peragant auidos sudare deuncas;

[hacer sudar] notum nobis: et alia id genus, quæ ad ipsum Persium nos Latiùs. Percurro eodem gradu Apuleij Milesias; sed tolutim, et saltuatim illa, quæ exlectione proximâ memoriæ subrida obiter adnoto. lib. I. rogans comes ille è uiâ Apuleium [Tu autem inquit, vir, vt habitus et habitudo demonstrant, ornatus accedis huic fabulæ?] Hinc apud nos [hombre honrado] et si propius ab honorandi uerbo, vt Prætor antiquus Romanorum apud Nasonem

— verbaq; honoratus Libera Prætor habet;

et illius ius dictum honorarium: in Roman. rerum scriptoribus passim. lib. II. de Magâ illâ Milonis vxore [nam cumquem conspexerit speciosæ formæ iuuenem uenustate eius sumitur. &c] eidem normæ subseruit modus ille loquendi apud nos [tomarse de luino] et id genus loquutiones multis rebus aptæ. propè finem, de Custode illo defuncti inhonesto vulnere à lamijs detruncato; [imò, inquam domina; de Famulis tuis vnum putato:] nos dicimus [tengame por su criado, por vno de sus criados]: quæ propiùs nostratem phrasin innuit, quam illa apud eumdem tuumq; mancipium &c pignora; quod in Plauto et alijs frequentissimum. lib. III. Lucius dese iam asino [nec vllum miseræ reformationis uideo solatium, nisi quod mihi iam nequeunti tenere Fotidem natura crescebat:] sic detestandus Lucius siue Asinus [liber non tantùm naturâ, uerùm etiam caput.] (lib. VI) hoc naturæ nomine insignimus vulgi partem illam, quâ mares feminæue sunt, et animantibus præcipuè accommodamus: post paucula occisa sum misera clamauit Fotis insperatâ illâ perterrita metamorphosi; nos dicimus [muerto soi] etiam cum non simus, in rebus desperditis vel pereuntibus. lib. IV. [medium è re natâ validum &c commiscimus.] [dimos vn medio, tomamos medio]. [speciosus adu-

Lesce

lescens inter suos principalis] sic vocamus viros nobiles [principales]: Non possum non meminisse narratiunculæ illius lepidissimæ; quâ illa busti cadauer extremum, et uitæ dedecus primum, et orci fastidium solum, Anus Charitem Virgunculam lamentantem acerbè, iucundè deliniuit; quæ quidem quasi gnome et norma fabellarum, quas aniculæ similes puellulorum ciulatibus sistendis aptas percondiunt apud nos: anne initia propè eadem [erant in quâdam ciuitate Rex et Regina, hi tres numero filias, formâ conspicuas habuêre] &c? [Erase vn Rei i vna Reina, i tenian tres hijas &c] quod sanè et si notatione non planè dignum, cuiuscunq; certè plausu et tuo cachinno quî non iudicem? cetera quàm sint illi congruentia exordio, et consuetudini delirarum anuum propria, ipsa clamant; lib. V. [nec sum mulier, nec omnino spiro, nisi eam pessum de tantis opibus deiecero:] nostras comminatio quam eadem! [no seré io muger, no seré hombre, si no me uengàre]. &c. lib. VII. non de nihilo *veteris priscæq; doctrinæ viros finxisse &c. nos [por algo fingieron]. de medijs vngulis ipsius esset erepta [Sacar de en medio de las vñas] frequenter. Sed de Apuleio verbum non amplius addam. ex cuius asino (si verus hic titulus, quod non adhuc mihi persuasi) aureo ad alium; huiuscemodi namq; adpellatione dehonestantur qui inepti audiunt, vt apud nos, sic apud Latinos. Terentius Sc. v. Act. III. Eunuc. et signatè Scen. Viij. act. v. Adelph. quid? tu Asine huic auscultas? Cicero lib. IV. Epist. v. ad Attic. scio te voluisse: et me asinum (si bene cum Mureto legas) germanum fuisse. Notum ex locis alijs e stupidâ stolidâq; Asini naturâ petitis: vnde Cumanus Asinus, Marrucinus, albi, in prouerbium. [acurrucarse] Hispani dicimus, nec dubito quinà curucâ aue sumptum, in cuius nido parit cuculus, vnde Iuuenalis pro Machâ Sat. VI.

: tu tibi tunc curruca places ——

inde verbum quod Latini debent Stevechio Locum deprauatissimum in Consuetudinibus feudorum, titul. quibus modis feudum amittatur, Sic legenti item si seruus currucauerit dominum, id est cum vxore eius concubuerit; pro cucurbitauerit nullo sensu. [sanda rabiando por todo parte] diceremus Hispani, Latinà etiam. Horat. lib. I. Carm. od. XV.

—— ecce fuerit te reperire atrox
Tydides ——

Græci eodem modo. Euripid. in Phœnissis act. IV.

Εχων δ' ἁμιλλᾶσθ', ὡς τάχ' ἂν ἄλλος ἄλλον
Μαχῶνται ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰσχὺν δόρυ

Leg. veteres.

lib XIX. Var. lec. cap. IX.

in Quæst. ad Apul. II. Apul.

: steterunt coruſci, vultu eodem quo prius,
: haſtas furentes mittere alter in alterum.

Eteocles et Polynices. de illis qui inconſultè ineptèq; aliquid peragunt, et increpanti reſpondit frigido illo ſchemate, putaui non id euenturum; prouerbialiter dicimus [penſeq;] ſic apud Senecam Cap. xxxi. lib. ii. de irâ [turpiſſimum aiebat F. imperator excuſationem eſſe, non putaui.] Valerius Maximus Cap. ii. lib. vii. Scipioni adtribuit, [Scipio uerò Africanus turpe eſſe aiebat in re militari dicere, non putaram.]. [verde] nobis quodcunq; recens, molle; apud Latinos Columel. lib. vii. Cap. viij. [ij porrò ſi teneri liquore conficitur (caſeus) quàm celerrimè uendendus eſt, dum adhuc uiridis ſuccum retinet: ſi pingui et optimo longiorem patitur cuſtodiam.] Hiſpani de cibis ſapide ſciteq; conditis adagionis uice frequenter vsurpamus, [comorse las manos tras ello], vt mirificam ſalſiſſimi ac ſapidiſſimi ſaporis uim, gulaq; gratiſſimam orexim eleuemus; id etiam Græcis Latinisq; vſitatum. Alexidis Comici coquus celebris.

Θαυμαστὸν ἑρπὸν εὕρημα πάντ', ὦ δολὶν δ' ἐγὼ
Ἐὰν παραδῶσί τι, προσκατέδηξ' ἅπαξ
Σαυτὰς γε χαίρων ——

Plauti alter coquus

Pſeud. Scen. ſorum coquinum.

: Nam ego ita conuiuis cœnam conditam dabo
: hodie, atq; ita ſuauitatem condiam
: Vt quiſq; quidq; conditum guſtauerit
: ipſos ſibi faciam vt digitos prærodas ſuos.

Sunt apud nos clauiculi ferrei, quos Hiſpani uocant [deala de moſca], eoſdem apud Vitruuium inuenio eâdem inſignitos appellatione. Cap. iii. lib. vij. de Architect. [Cum paries totus luto inquinatus fuerit, tunc in eo opere canna clauis muſcarijs perpetuæ figantur &c.] en muſcarios clauos. [Tornar] nobis reuerti eſt, antiquis etiam vſitatum. Leges in hiſtoriâ miſcellâ de rebus ſub Mauricio imperatore geſtis quæ ad hanc rem; in hæc verba, [in exercitu cùm animans cecidiſſet, clamante quodam Torna, Torna frater, vniuerſas copias in fugam uerſas ambiguo illo vocis.] [Pú,] aut [Phu] magis ore exprimimus; quàm uoce cum odore tetro infectum quid nare ſagace perſentimus; Latinis idem in vſu ex Chariſio conleges; eius hæc verba de interjectione

Coquen

loquentis, Fafæ (repone Fu, Fu, cum putoris &c. cum magno hiatu vel in his paruis) [vt cùm putoris aliquid perhorrescimus, quæ nox nunquid Ægyptium pathos ducit.] sic Pseudolo, cùm ei in os inructasset, Plautinus senex, Phu, in malam crucem. hinc Ausonio lua in cimmerio illo aduersus Liguritorem Eunum scripto,

: cui ipse linguam cùm dedit suam, Λst.
: ueramq; in illis esse Φ notam sentit.

Clariùs namq; et communiùs Græcis. [Casaca] vestis militaris genus est, idem Ægyptij in usu ex ijs Agatharcidæ verbis σόλας τινὰς πιλητὰς, τοῦτο χρυσοῦν χιτῶνα, [vestes quasdam cõactiles uocant casas.] [Garson] puer nobis ac alijs est; eodem modo in Cedreno, cum τὸ μεσαίτατον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, τὸ λεγόμενον γαρσο-νασσάσιον, [mediam aulam templi magni, quæ Garsonastasium dicitur.] Scholium marginale libri scripti explicat, γαρσονασσάσιον, ἤγουν δοκεῖ παιδοστάσιον. [garsonastasium mihi uidetur esse Puerorũ statio.] Nam vt addit, γαστρίον γὰρ παρὰ λατίνοις τὸ παιδίον, Garsounium enim latinis est Puer. sic in Luitprando Ticinensi, [obtuli mancipia quatuor Carsamatia, imperatori nominatis omnibus gratiosiora. Carsamatium autem Græci uocant, amputatis uirilibus et virgâ purum Eunuchum.] annè Litterarum Ϛ et Ϭ adfinitate hoc scriptum et ad Garsonastasij, siue Garsounij normâ emendandum? sed quando hæc vocum variarum mistio obtigit, mistio etiam ordinis obtingat necesse est. itaq; nullum obseruaturus ad Hebræos redeo, [Ama] nutricem adpellamus, sed ab illis desumimus: אמן Aman in Kal nutrire, et educare est; sic in Jeremiæ Lamentationibus cap. IV. vers. V. qui nutribantur in croceis idem inuenire est. Dixi phrasin nobis ac Græcis communem [voluerse carmesi], nunc addam [carmesi] ab Hebræis ductum: nam כרמז *Karmen non pro alio vsurpatur, etsi R. Kimchi cum vermiculo confundat, sed RR Jonà et Sahadiam aliter ac bene accipiunt. sed quando de coloribus mentio facta est, de cocco etiam faciam. Plinius lib. XVI. Cap. VIIJ. de illo hæc, [Omnes tamen has eius dotes ilex solo prouocat cocco, granum

hoc

De Deor. gen. LL. cap. XII.

*proprius ac propriùs carmin nostrum

Del-Rio in Thren. cap. IV.

Loguna lib. IV. cap. XLIX. in Dioſc.

hoc primoq; ceu ſcapus paruæ aquifoliæ ilicis, cuſculium vocant; pensionem alteram tributi pauperibus Hiſpaniæ donat.] quid mirum ſi inde nobis emanarit vox illa [Coſcoſo]; nec audio Dalecampium Quisquilium emendantem. quisquiliæ, ſeu φρυγάνων ἀκάτων reiectamenta caducorum foliorum ſunt, ſiue, vt Feſtus ait, quidquid ex arboribus minutis foliorum, uel ſurculorum cadit. ſcio. verùm cuſculia a cocco prouenire quid impediat, neſcio.

Ex maculis vnguium ſolemus vulgò mendacia iocosè ac feſtiuè diuinare, et tot habenti mendacia obiicere, quot maculas uiderimus albescere. tractum à Græcis, apud quos narium puſtulæ indices erant mendaciorum; vt de Siculis ait Scholiaſtes Theocriti in illud

τεύδεα μινὸς ὑπ῾ρθεν ἀραῖας οὐκ ἀναφυσῶ

: non mihi naſcentur nares mendacia ſupra.

ψευδήματα puſtulas illas Græci uocant, ſiue ψευδάκιδες aut ἰόνθυς. Vnde prouerbium natum eſt [Pſeudacria,] de mendacibus. [eſtar ala puerta] de re ualdè inſtanti, uel quæ iam eſt, et quaſi exſpectat, dicimus allegoriâ prouerbiali. Sic IV Geneſ. Hieronymus legit [ſtatim in foribus peccatum tuum aderit], bene, quia Hebræi habent, לַפֶּתַח חַטָּאת רֹבֵץ. [in foribus peccatum tuum erit accubans], Vtaliſ noſter Latiùs. Sic Plutarchus Πυρετῷ κατὰ θύρας ὄντος [cum febris in foribus adeſt.]

*Sched. IV. Decad. II.

[garnacha] apud nos veſtis genus eſt Conſiliarijs Regijs tantùm in vſu; qui, vt reor, II. Philippi noſtri Prudentis conſtitutione firmatus eſt. Nonnulli putant à verbo antiquo [guarnir] noſtris, Latinis [ornare] deriuatam hanc vocem; ſed abſq; dubio falsò. Potiùs crediderim Syram eſſe, et ab imperatoris Conſtantinopolitani veſte noſtratium ſiue vſum ſiue vocem emanaſſe. Codinus clarè:

D. Sebaſtian. de Couar. in Theſaur. L. C.

ἔτι καὶ ἀπὸ τῆς ἀσσυρίων βασιλείας κατῆλθε ὁ φόρεμα, μέχρι καὶ τῶν νῦν βασιλέων χρυσότζακκιον, ὃ τῶς καὶ φορεῖ ὁ βασιλεὺς σταυρωτήν, [Ab Aſſyrijs fluxit geſtamen quoddam, ad noſtros vſq; imperatores dictum granatza, quod imperator fert ſine Zona,]

Iul. Cæſ. Buleng. lib. II. de Imp. Rom. Cap. IV.

Vulgò dicitur fumum pulueriſem tobiæ clamus perſequi, id dicit Græcis. Ariſtophan apud Athen. VI. δεῖπνοσοφ. in Medico τοὺς κολοὺς πείθων κάπνος [ſi tentandi formoſi fumus] dicebat ſe eſſe ſa

Vict. III. Var. XIII.

AND

R. P.
ANDREÆ SCHOTTO S.I.
Belgæ eruditissimo.

Qvid in orbe medium? Hierosolyma, Parnassus, Arin. Vmbilicus. multi explicati, nonnulli reiecti. Femur in Scripturâ. s. aliquot ex eâ loci elucidati.

SCHED. VII.

Omentem uerè candidam, et nostro æuo non raram, sed inauditam! alios notos facere, se ignotum velle? Patriæ famâ nobilem, exteris sine æmulatione inlustratione necessarium, orbi vniuerso doctrinâ proficuum; latere tamen et velle et conari? ô virum famâ maximâ maiorem; merito cui doctior orbis

= submissis defert fascibus imperium;

tam eruditione modestâ, quam modestiâ eruditâ; Vtraq; me tibi, Schotte doctissime, fateor conciliauit. amorem namq; uel gentilitiâ hæreditate debebam. Expertus es à *meis dum TOLETI degeres; à me experieris vbiuis gentium TOLETVM inlustraueris. Scio tibi hanc curam uel in votis præcipuis esse. Scito tu, Patria; et euge Vrbs Vrbium, orbis ocelle, Hesperiæ corculum tali tibicine, tali destinâ. Nos tecum, quos tu V.CL. amicitiâ beas; illius pignus hæc cape. Multa in orbe media ab auctoribus dicta conspicio, illa et illos explico, breui, id est, nostro more. In pœta antiqui carmine obscæno haud ineleganti Parnassum illum Phocidis montem Musis, Apollini, et Baccho sacrum, ac pœtarum omnium carminibus decantatum Mundi medium adpellatum lego. Hæc illius verba, quæ in studiosorum gratiam, vt emendem obiter, integra referam,

: Dodone tibi, Iuppiter, sacrata est;
: Iunoni Samos, et Mycænæ Diti;
: Vndæ Tanaros, æquoriq; Regi;
: Pallas Cecropias tuetur arceis;
: Delphos Pythius orbis vmbilicum;
: Cretem Delia, Cynthios q; colleis;
: Faunus Mænalon, Arcadumq; siluas;
: Est tutela Rhodos beata Solis;
: Gades Herculis, tumidum q; Pybur;
: Cyllenæ celeri Deo niuosa;
: Tardo gratior æstuosa Lesbos;
: Athenæ Cererem nurus frequentant;

* ab D. Ant. Covarruuia à Stirpe, à fratre, à se uerè inlustri (vt Lipsij uerbis vtar epist. XLV. Cent. I) Tolet. Eccles. ac Scholæ (sic vocant) Magistro.

rapta

: raptam Cizicos ostreosa diuam;
: formosam Venerem Gnidos, Paphosq̃.

[a] nullam Sami mentionem Iuno facit cum Ioue altercans apud Hom. Iliad. Raps. δ. aliter Virgil. 1. Æneid. [b] fortè Mycæna, vt constet carmen. [c] Plaut. in Menech. pro medio vmbilicum accipit. [d] humidum lego metri caussâ. [e] Sic etiam uocat Parnassum Senec. in Oed. sic Sophocl. dionys. Afer. et Panyasis, niualem; En orbis vmbilicum Delphos; eodem modo apud Tullium Manilius exclamat.

II. de diuin.

: ô Sancte Apollo, qui Vmbilicum terrarum obsides,
: vnde superstitiosa primùm sæua euasit vox fera.

Sic in m. s. Vrsinian.

IV. de L. L.

pleniùs quàm Varro, qui tantisper diuersè citat, nimirùm obtines pro obsides sed ô primum tollendum, vt versus primus trochaico secundo respondeat ex Turnebi animaduersione, ex meâ scæua pro sæua legendum absq̃ dubio; quid nam illud sæua, fera bis repetitum? nihil emolumenti, vbi non est opus *δὶς ταὐτὸ εἰπεῖν? In quam etiam sententiam Pausanias in Phocicis et Sophocles in Oedipo Tyranno μεσομωαλα μαντεῖα vocauit: sic et Naso

in Comm. ad Varron.

*bis idem dicere.

X. Metam.

: Te meus ante omneis genitor dilexit, et orbe
: in medio positi caruerunt præside Delphi.

I. Thebaid.

et Surculus Papinius apertiùs

: audijt et medius cæli Parnassus; et asper
: Eurotas —

Luctatius in Papin.

Bene medius (inquit vetus Scholiastes) quia vmbilicum terræ Parnassus dicitur. Sed his omnibus Lucem Strabo præfert hisce uerbis de Delphico templo tractans; [etiam quippiam ipse loci situs addidit, in medio namq̃ quodammodo Græciæ, et intra et extra Isthmum, imò et totius orbis consistere uidebatur; vnde et telluris Vmbilicum adpellant; fabulam addentes, quam refert Pindarus confingens ab Ioue dimissas Aquilas in hoc coiisse loco, vnam ab ortu, alteram ab occassu; quidam autem dixêre *coruos; Ceterùm quisquam in templo monstratur vmbilicus pendentibus ornatus vittis; cui duæ, quæ fabulæ argumento incumbunt, imagines aquilarum:] Huc vsq̃ ille, Placidus Lactantius, siue Luctatius sit, non infimæ notæ Grammaticus, clariùs hæc; [dum Iuppiter mundi medium locum uellet agnoscere ex ortu atq̃ occassu duas aquilas dimisisse fertur, quæ volatu lassæ in Parnassi uertice consederunt; uel quòd cataclysmi tempore terræ fuerit discrimen et astris, vt Lucanus

IX. Geograp.

III. Pythior.

*ab alijs cygni apud Plutarchum lib. de Orac. quæ defecerunt; Vid. Claudian. et Pier. Valer. lib. XIX. Hierog. in Aquila.

: hoc solùm fluctu terras mergente cacumen
: *emicuit, pontoq̃ fuit discrimen et astris]

*an eminuit?

nec mirum cum eadem sententia Platonis IV. de Rep. Plutarch. περὶ τῶν ἐκλελοιπότων

Phornutus aliam rationem adfert, ait q̃ sic dici non quod medius fuisset, sed à uoce diuinâ, quæ sciscitantibus reddebatur; ὀμφαλὸν enim adpellabant. eius hæc verba ex Iod. Valarei interpretatione [= est etiam hic locus dictus terræ

(de nat. Deor. de Apoll. et Dian. in ijs Rhodig. lib. XV. cap. XX. Lect. Ant. multus, et lib. VIII. cap. XX de vmbilici notione variâ.

vmbili

= Vmbilicus, non quòd dimidium sit eius, sed à reddito in eâ vaticinio, quod omphe græcè dicitur] Huc fortasse trahenda elegantissima illa Callimachi Cyrenæi uerba hym. I. in Iouem.

Εὖτε θεὰς ἀπέλεσσεν, ἀπὶ Κνωσσοῖο φέρβοα,
Ζεὺς πάτηρ, ἡ νυμφι οἱ (θεαὶ δ' ἔσαν ἔγγυθι Κνωσσοῦ)
τρὶς τόσσα δρόμον ἀπ' ὀμφαλὸς, εὐθυτάτεινε
ὀμφάλιον μετέπιπτε τοῦδον καλέσσαι Κύδωνες.

quæ Bonau. Vulcanius eleganter transtulit

—— Mox dum, Pater optime, Gnossum
= Nympha Thenis abiens te defert, (proxima namq;
= ista Thenis urbs est) vmbilicus decidit; inde
= Omphalium potiùs campum dixêre Cydones.

Præter Parnassum Hierosolyma medium fuisse orbis non ab vno asseritur: sic Heröes illi Hieronymus: Bernardus lib. de imag. mundi; Beda de locis sanctis cap. III. Iosephus lib. III. de bell. Iudaic. cap. II. Cassiodor. Lyra, Genebrard. et quisquis ille in Psalmos incognitus, imò et Glossa, quam ordinariam vocant, aliquatenus fauet in illud Dauidicum פּוֹעֵל יְשׁוּעוֹת בְּקֶרֶב הָאָרֶץ operatus est salutem in medio terræ; ubi בְּקֶרֶב inter, in, in medio denotat: vnde Victorinus Pictauiensis, non Cyprianus, vt alijs placet,

= est locus ex omni medium quem cernimus orbe,
= Golgotha Iudæi patrio cognomine dicunt;

nec non Sep. Flor. Tertullianus

= Hic medius terræ est, hîc est victoria ——

De eodem agens Loco, sed hæc cum alijs de medio terræ habitabili, uel saltem Palestinæ, ubi erant Solyma, censeo intellegenda, et Danthen Alighierum Florentinum, cuius apud doctiores doctior æstimatio, interpretandû init. Cant. II. de Purgatorio, his uerbis

= Già era'l sole all'orizonte giunto
= Il cu meridian cerchio couerchia
= Ierusalem col suo più alto punto.

Alij Paradisum terrestrem esse medium orbis conantur probare, sed illos Præses noster Abulensis refutat, probatq; Arin ciuitatem, quæ est sub æquinoctiali nonaginta gradibus ab vtroq; polo distans, Mundi esse medium. Quæ eruditè expendet amicus noster doctiss. Maluenda in suis de Paradiso Voluptatis Commentarijs. Iis uerò, quæ ad vmbilici appellationem pertinent, reclamat Varro vmbilicum, inquiens, [dictum aiunt ab vmbilico nostro, quod is medius locus sit terrarum, vt vmbilicus in nobis: quod vtrumq; est falsum; neq; hic

Locus

Ὀμφαλὸν, unde ὀμφαλὸς, sive umbilicum ejus regionis non ingredienter vocari a nonnullis testatur Joseph. 3 Ant. Jud. cap. 4.

Psalm. LXXIII.
Ezech. V.

II. Cont. Marcion.

Thom. Bozius de sig. Eccl.
Bar. Cardin. tom. 1. fol. CLXXVI. edit. IV. Rom.
F. Fr. Gonzaga p. 1. de origine Ser. Relig. f. CIX.
Vid. Christ. Land. in Danth.
p. 1. in Matth. cap. II. fol. CVII. lit. I.
Vid. Cocirum Vrcum Lexm. XII. fol. 23
IV. de sig. Lat.

: locus est terrarum medius] (de Parnasso agit) [neq; noster vmbilicus est homi:
: nis medius. itaq; pingitur qui uocatur ἰχθὸν à Pythagorâ, vt media cœli ac
: terræ linea ducatur infra vmbilicum, per id quod discernitur homo mas an fe:
: mina sit; ubi ortus humanus similis, vt in mundo: ubi enim omnia nascuntur
: in medio, quod terræ mundi media. Præterea si quod medium, id est vmbili:
: cus, vt pila terræ: non Delphis medium, et terræ medium non hoc; sed quod
: vocant Delphi μεσομφαλίαν in æde foramen est alatum] (ex certâ coniecturâ
: quoddam tensarij specie, quod Græci ὀμφάλιον dixerunt.] Varroni con:
tradicunt Galenus et Vitruuius ad serentes centrum corporis medium esse
naturaliter vmbilicum: Ast ego illos vmbilicum cum Vesalio Bruxellensi
Medico insigni elatissimam pubis ossium regionem adpello; quod cum verum
citra dubium (vt ipse Latiùs probat) sit, Parnassum in Orbis medio ne:
quaquam exsistere patet, cum similitudine humani vmbilici, vmbilici
Orbis adpellationem sibi adaptet. Sed hanc alij quercum excutiant, no:
bis sat est apiculas, difficultates, inquam, et quæstiunculas motitare, alijsq;
ad eas vberiùs enodandas et iter præuium et locum relinquere; Tibi, Vir
humanissime, uel lapsantem conrigere, uel non errantem confirmare.

Scalig. F. ad Latus. Turneb. ad latum Vertran.

II. de plac. Hipp. et Platon. et V. de vsu partium

III. de Architect. cap. I. et in eum Philand.

lib. V. cap. III. et lib. VI. cap. X. de hum. corp. fabric.

Addo, vt sententiam meam arctiùs roborem, et in Scripturâ Sacrâ vm:
bilicum honestatis et pudoris gratiâ genitalia muliebria significare:
Iob. XL. [fortitudo eius in lumbis eius, et virtus illius in vmbilico uen:
tris eius.] quibus nominibus uerecundè virilia ac muliebria membra
nominata docent D.D. Gregor. et Hieronym. vti et adpellatione Femoris
cuius nomine vtitur aliquando Scriptura (vt reor) vt honestè et pudicè
partes illas, queîs viri sumus, nominet. Genes. XLIX. [non auferetur sceptrũ
de tribu Iudà, nec dux de femore eius:] et cap. XLVI. [animæ, quæ egressæ
sunt de femore illius.] Eccles. XLVII. [et inclinasti femora tua mulieribus.]
et ibid. [et in flato ventre computrescet femur, eritq; mulier in male:
dictionem] (idest. non pariet) [et in exemplum omni populo: quòd si
polluta non fuerit, erit innoxia et faciet liberos.] Iudith. IX. [qui
uiolatores exstiterunt in coinquinatione suâ, et denudauerunt femur
virginis in confusionem:] Hinc Hebræi iurabant manu sub femore
positâ, quasi per posteritatem, uel quòd ibi esset signum fœderis,
hoc est circumcisio. ~~[illegible]~~ sed
hæc extra rem.

Hom. XIII. in Euang. in Epist. ad Eustoch. de Virgin.

Vt ait Rab. Schelom.

Doctori

DOCTORI DN. BERNARDO D'Alderet Cordubensi Canonico, V. CL. et de Hispanorum linguâ opt. merito.

De Parnasso præcipua. etymon. origo. quid ipse Cataclysmi tempore? vbi arca Noachi, uel cymba Deucalionis constiterit. Varij variè explanati, uel nouè adducti. ritè nonnulli eiecti.

SCHED. VIII.ª

Nullum (quod præfiscinè dixerim) Hispanus sermo eruditiorem, vtiliorem, se teq; tuo digniorem librum habuit vnquam; sed nec habebit. Viam scriptioni politissimæ primus præmunijsti, Bernarde eruditissime; pauci haud æquis gressibus terent. Suidam Græcus, latinus Varronem, Goropium Germanus suum, Erythæum Venetus, Ruscellum Italus, Anglus Iunium, alius alium inlustratorem sermo iactitet. Te noster cum his non componat, sed præponat licet: hoc te nomine amaui, æquiori iure cum te legi; nam idem mihi, fateor, contingit [quod plerisq; contra solet,] vt ait Tullius in laude Catonis, [vt maiora omnia re, quam famâ viderentur. id quod non sæpe euenit, vt expectatio cognitione, aures ab oculis uincerentur.] hoc, inquam, nomine; ast non quo, (qui pote est?) sed quia te amaui; Tu me. Tuum vna iudicium. Cuius in ijs, vt meis semper omnibus, nunc opus.

Peculiaria quædam de Parnasso monte lubet adtexere ex illius mentione in mentem reuocata. Eccilla. Parnassus Phocidis (quidquid alij effutiant) mons sic adpellatus, ex opinione Hellanici, à Parnasso Heroe, uel à Parnasso quodam, qui omnium primus oraculum adijt Delphicum, uel ab altero (si is ab altero diuersus) Neptuni filio, cuius caussâ à Larnasso (cui Larnaces Deucalionis filius nomen fecit, vt ait Andronius, vel vt alijs placet arca Deucalionis illuc aduecta, et Larnaces indigetata.) Parnassus: de quibus vide scholiasten Apollonij, qui Hellanicum laudat; et Stephanum duplo sigmate Parnassum scribentem: sed veteres ibi non, sed ipse nugatur Casaubonus, qui nullâ auctoritate ab eâ origine huic aut monti nomen פרנס Parnes, Syris est νεμειν (quod Phocidis nonnulla loca à Caduno Phœnicibus aut

Syris

apud Macrob. lib. IV. cap. II. Laudatur frugmentum inscriptum [Laus Catonis] vti aliud apud Agellium lib. III. cap. XVIII.

Rhodig. VIII. Lect. Ant. cap. XVI.

F. d'Herrera in Comm. ad Gars. L. son. XXIV. fol. CLXXXVI.

Syris fuerint condita), et פרנסין Parnasin pastores: inde Parnassus
ou νομαι, vnde mons, vbi greges pascerentur, similiter à פרנק Parnax
siue Pharnax; sed hoc inutiliter diuinare, imò toto cælo errare vt aliquid
noui deducamus. Eodem enim modo Præceptor meus M. Antonius del-Rio
omnium scientiarum genus adprime doctus, cuius pluris æstimo didas-
caliam, quàm quidquid Natura mihi elargita est, Nam is ille fuit,

— quo minor est quisquis maximus est hominum;

Nec non M. Corrêa Salmantinæ Academiæ in Græcis et Hebraicis lu-
men nitidum, nitidius radio, hoc est discipulo Doctore Io. Adelphonso
de Valuerde Sacrar. Litterar. in eâdem Academiâ digniss. professore,
quiq; vti illi, me monuerunt sexcentis posse modis ex ipso etymologias con-
flare, Vt multitudinem deductionum dignoscerem; nec satis aptè ab illis
emanare originibus, si intus et in cute idiomatis Hebraici, Syriuè proprie-
tatem inspicias: sic à λοφ iuxtà et νήσος insula, alijsq; somniorum
interpretamentis, uitreisuè fractis, quæ nucem cassam non merentur
tam in Hebræâ, quam Græcâ origine. similiter etiam nugæ, Helicon
ab הלך Halac, quod eò conueniant, et Cithæron à קתר Kathar,
rupes. sed ad Parnassum Musæ. illi Herodotus Tithoræum et Hyam-
pæum uertices adscribit; alterum (vt creditur) ab Hyampoli Del-
phos uersus ciuitate, vt ait Strabo. alterum à nescio quo, ignotum
adhuc. vnde falsum adparet. Seruius Honoratus in illud

— uocat ingenti clamore Cithæron,

Heliconem et Cithæronem iugà dicit Parnassia; sed perperam ex *alijs
liquet. Nam Cyrrham et Nyssam Ciuitates illas fuisse possem facile
comprobare; alteram Phocidis sub Cirphim rupem ad mare locatam
teste Strabone, alijs. alteram Nysan uel Nissam nomine, vt decem apud
Stephanum vrbes Baccho Sacras. I. in Helicone (pagum uocat Perottus,
quod magis placet, montem Boccatius, quibus Calepinum errasse com-
peritur). II. in Thraciâ; III. in Cariâ; IV. in Arabiâ; V. in Ægypto; VI.
in Naxo; VII. in Indiâ (de hac Nysâ sine addito intellegenda. Lege Ho-
merum Iliad. ξ. Pindarum in Bacchis; Strabonem, Arrian. Curt. Lucian.
alios): VIIJ. ad Caucasum; IX. in Lybiâ: X. in Euboeâ. Hinc Parnassum
uel biuerticem, uel bicipitem adpellari facile conleges: ab Ouid. lib. IV.

in Vraniâ.
IX. Geograp. et Plin. IV. cap. VII.
III. Georg. et Isidor. XXV. cap. VIII. Orig.
*Amb. Calep. et Del-Rio in Hercul. Fur. Senec.
IX. Geog.
Plin. IV. cap. III.
Mela II. cap. III.
XIV. et XV. Geog.
VIII. de Gest. Alex.
Dial. Iou. et Iun: Nept. et Mercur.
Plin. lib. VI. cap. XXI.
Mel. lib. III. cap. VII.
Vid. Her. Barb. in Plin. cap. X. lib. IV. et XXIX. lib. V.

Metan

Metam. Senec. in Oedip. init. Act. II. Statio lib. I. Theb. Pers. I. Sat. Vt Virgilio in Culice cornua, eclog. X. iuga; à Lucano lib. III. vtrumq; iugum; à Nonno XIII Dionysiac. δίκρηνον, Apollonio II. Argonautic. δειράσι geminum; Bicorne à Papinio. I. Theb. sic intellegendus Sophocles in Antigone υτερ' δίλοφυ πέτραι ad cristas adludens siue vertices. Sic nostras et nostratium tam nobilium, quàm pöetarum Homerus Garsias Lassus de la Vega de Dn. Ferdinando Albanæ nobilitatis parte maximâ

: baxaban dél hablando de dos cumbres
: aquellas nueue lumbres de la uida;
: con ligera corrida iba con ellas,
: qual luna con estrellas, el mancebo
: intonso i rubio Phebo ——

Vterq; namq; eius vertex Deo sacer est; alter Apollini, alter Baccho; nam Dionysius qui et liber et Bromius est, et sol aut Phœbus ijdem sunt, vnusq; Deus, Aristotele teste: idem ex sententiâ Granij, Flacci, Euripidis, Varronis, Æschyli, Orphei, Arati, Neuij, Corn. Labeonis, nec non Virgilij Georg. I. probat Macrobius: ad cuius sententiæ amussim dirigendus Flaccus in his

—— non adytis quatit
: mentem sacerdotum incola Pythius
= non liber æquè ——

In hoc et quieuisse Deucalionis nauem (arca nauis specie λαρνα est) cataclysmi tempore indicant Ouidius, Lucanus, alij: sed de verâ huiusce fabellæ narratione, diluvio, et rei mythologiâ, ceterisq; eluuionibus multus Aristoteles lib. I. Metap. cap. I. multi. Fab. Pictor de orig. v. R. Pausan. in Atticis. Diod. Sicul. lib. VI. Solin. in Polyh. Philo lib. de Abrah. Lucret. lib. V. D. D. Augustin. de Ciuit. lib. XVIIJ. cap. VIIJ. et X. Damas. I. lib. de Fid. orth. cap. VIIJ. Ambros. lib. de Nöe et arcâ. Isidor. lib. XIV. Orig. cap. XXII. ~~Eugubin. in suis recognit.~~ Arnobius lib. V. Cont. Gent. Lactantius lib. II. cap. XI. diuin. Inst. Eugubinus in suis recognitionibus; quid plures?

Nöemi uero arca, cuius similitudine commentum hoc fuit fictum

à

I. Satur. cap. XVIII.

I. Car. Od. XVI.

I. Metam.
I. Pharsal.
Strab. IX. Geograp.
Apollod. I. Bibliot.
Lucian. dial. Rhet. præc.
Hygin. cap. CLIII.
Senec. Philos. ad fin. lib. I. Nat. quæst.
Poeta in Troad.
Genes. VIII.

De loc. hebraic.

1. Antiq. Iudaic.

à poëtis, vbi constiterit disce à Beroso Chaldæo adserente in Gordici montis vertice stetisse, et vt ait Hieronymus ex eodem Beroso [dicitur huius nauis in Armeniâ proptèr montem Carduenorum] (Curtius Carduos, Iosephus Καρδύκος adpellant; Chaldaica editio) Cardù) pars aliqua permanere; sed et ipse Hieronym. ibid. et lib. xi. Comm. in Cap. xxxviij. Esaiæ in Ararath (quæ et Armeniâ, licet contiguam illi terram, quàm hanc malim) generaliter, sed ad Tauri montis Ararath campis imminentes dicit fuisse delatam; de Ararath montibus confirmat Cyrillus Alexandrinus tom. 1. lib. in Genes. Cap. III. *Nicolaus Damascenus in Armeniâ super Miniadem in monte Beari; Orosius lib. 1. de Orchestâ mundi, et Abulensis nostrates Quæst. III. in viij. Cap. Genes. de Tauro et Caucaso intellegunt. Homerus idem adserit docens pro Ararath intellexisse Mosen Araxem fluuium è monte Tauro effusum. Stephanus (cui Pererius vir doctiss. adnuit) Tarsum olim Tersum à uerbo ταρσειεω, idest arefacio nominatum; quòd Ciliciæ, à quâ Taurus mons minorem Armeniam dirimit, loca primo adparuissent aquis exsiccata; inde credibile est in eâ stetisse Tauri parte, quæ Ciliciæ incubat; neq; enim altissima omnium orbis necessariò esse cacumina debuerunt: satis, si in his locis, per quæ arca tunc ferebatur, mons altissimus reperiretur (vt ille scitè adnotat). Quod diluuium an potuerit per astronomiam cognosci multi disputant; Petrus Aliacus in Quæst. sup. Genes. in illud è. VII. Cataractæ cæli apertæ sunt: cataractas esse constellationes intellegit inundationum effectrices, quod et confirmat lib. de Sectis et Legibus: et lib. de Astronom. et Theolog. concordantiâ; et ante eum Guilhelm. Parisiensis 1. part. sui operis de Vniuers. hunc eumdem locum edisserens; idem dixit potuisse cognosci diluuium ex astris Henricus Meclinius Alberti M. discipulus in Commen. super magnas Albumasaris coniunctiones; et idem memoriâ patrum defendit Tiberius Calaber Philosophus; quam sententiam libro edito refutauit, et damnauit Hæresios Hieronymus

*eadem Philostorgius ex sententia Theophili apud Nicephorum lib. IX. hist. Eccl. Cap. XIX.

Vid. Honcal. in Genes.

lib. XIII. disp. in Genes.

Armeni

Armellinus dominicanus; sed aliter ac illi putant, cataractæ accipiendæ, quæ metaphoricòs dicuntur אֲרֻבּוֹת fenestræ; quasi per eas aquæ ex cælo exeant; Esaiæ Lx et quasi columbæ ad fenestras suas, ab אָרַב insidior; quòd fenestræ aptæ sint ad insidiandum: sed, ne hoc celem, non vnus Noachus apud Æthnicos, qui nobis scripturas sacras legentibus est vnus; nec diluuium vnum; sed plures Noachi, pluria diluvia. M. Portius Cato (verus an fictus non disputo) in frag. Origin. de Italiæ origine hæc tradidit; [cæpit aureo seculo sub principibus Dijs Iano, Camese, Saturno, gente Phænice et Sagâ: quæ post inundationem terrarum per orbem prima] (fortè primam) [colonias misit; et de mundi quidem origine auctores non paria sentiunt; Nam Chaldæi sibi sempiternitatem persuadent: Phænicibus uerò ac Sagis magis placet origo: inter vtrosq; conuenit ante Ninum circiter annis L. et cc. quibus durauit aureum seculum, terras fuisse inundatas, et in Scythiâ Saga renatum mortale genus]: et paullò post, [siue, vt fertur, ante aureum seculum terras subrutas inundatio possederit, et exsiccatâ humo adparuerint homines.] Archilocus (quisquis sit) in libello de temporibus ita incipit, [Mneseas Phænix Damascenus Lib. xcvii. Historiarum adserit, ante Ninum fermè ccL annis fuisse inundationem terrarum, et quemdam, cui testimonium perhibet Moseas, antiquiss. historicus, liberatum circa fluuium Araxin ad montes Caspios, tumq; recenti cælo et rudi humano genere vixisse auream vitam, eiusdem et quidem latiùs meminit Berosus Babylon. lib. i. Antiq.] Joseph. lib. i. Antiq. Cap. iii.] [huius diluuij et arcæ meminerunt omnes barbaricæ historiæ scriptores:] et præter Berosum laudat Hieronym. Ægyptium, qui Antiquitates Phænicum scripsit, et Mnaseam, et Nicolaum Damascenum, qui lib. xcvi. ita inquit [est super regionem Myniarum magnus mons in Armeniâ nomine Baris, in quo multos profugos diluuij tempore seruatos ferunt, et quemdam arcâ vectum in huius vertice hæsisse, ac reliquias lignorũ

eius

eius longo tempore durauisse, qui fortassis is fuit, de quo etiam Moses scribit Iudæorum Legislator.] ad quod adlusisse credidérim Aristotelem, cum II Politic. cap. VI. ait [est autem probabile primos homines siue fuerint ex terrâ geniti, siue ex aliqua internecione seruati, similes fuisse vulgaribus.] Cum uerò Virgilius, Ouidius, Iuuenalis, alij tempore Deucalionis et Pyrrhæ accidisse dicunt, cum Græcis errant temporum rationis, et nominum hominum ignorantibus; Nam quæ tempore Deucalionæo fuit inundatio, generalis haud quaquam fuit. Hinc Solonem initio Timæi reprehendit sacerdos Ægyptius, quòd, cum multa præcesissent, vnius tantùm huius inundationis meminisset: de hac et Aristoteles I. Meteor. cap. vlt. [Hæc labes per Græciam potissimùm peruasit: atq; adeò per uterem illam Græciam, quæ ad Dodonem et Acheloum est.] quod et probat Lactantius lib. II. diuin. instit. Cap. XI. Hinc apud Phenices, Ægyptios, Græcos, et Romanos diluvij frequentissima mentio. Cum enim Gygantes (vt ait Heurnius lib. I. Barbaricæ Philosophiæ Antiquitat.) et illusores impij Noachum arcam moliri cernerent, omniumq; animalium interitum prædicere, nisi resipiscerent, audirent; Prometheum ironicòs nominarunt; atq; etiam cauillati sunt vulturem in uisceribus cor depascentem alere, atq; hunc ipsi à Ioue datum tortorem, eò quod diceret totum mundum vndis obruendum, quasi omnem ignei elementi uim Ioui surrepturus esset; huiusq; furti non patrati quidem, sed cogitati pœnas pendere. Caucaso uerò adligatum dicebant, quòd ad Caucasi radices arcam fabricaretur, operi iugiter incumbens, eiq; adamantinis uelut curarum clauis adfixus, adhærescens. Quos sarcasmos cum post diluuium posteri Noachi diuulgassent, Promethææ fabulæ occasionem dedêre; Quæ postea à pœtis veræ historiæ ignaris poludædalis errorum flexibus implicita est. Prometheum enim Iapeti filium finxêre, cum is illius fuerit.

I. Georg.
I. Nictam.
I. Satir.

item

item Prometheum à Deucalione separarunt, cum Prometheus et Deucalion idem fuerit, posterius nomen sortitus à nimiâ humoris copiâ, Pyrrhamq; ei coniugem iunxêre, quòd tum homines demùm captos generari dicerent, cum terra igni elementi ui siccata esset. Quasi homines perinde ex humore et calore fierent, vt lapides ex argillâ in fornace decoctâ. Vnde etiam Prometheum ex luto et igne de cælo furtim subrepto homines finxisse finxerunt. Noachus uerò ogyges adpellatus est, quòd generis humani ianuam adperuerit. Latini Cimbricâ uoce Saturnum vocarunt, tamquam magnum et potens semen. Dictus et eâdem ratione Hercules, eâ enim uoce Scythæ testiculum communem significarunt; Sic etiam Saturnus Xysuthro (Alexand. et Abyden. auctoribus apud Cyrillum) diluvium prædixit, arcamq; vt sibi construeret, præcepit: Cuius monumenta Hiepoli Ægypti in sepulturis quibusdam conseruata erant. Noachus à nonnullis Deucalio vocitatus est, vt ait Theophilus Alexandrinus Episcopus. Ceterùm veritas penes auctores sit. Nobis notum sanè pactum à Deo prastitum Noacho his verbis, [Statuam pactum meum uobiscum, et nequaquam vltra interficietur omnis caro aquis diluuij, neq; erit deinceps diluuium dissipans omnem terram.] Quibus necessariò standum. Sed nos in his multi necessariò multis; aliquibus (sat hoc) fortassè non fastidiosi, quibus vel placida diuersarum rerum varietas, uel non inconcinna nouarum amænitas fastidio non siet. Tibi præsertim omnium Litterarum genere ad fabrè instructo, Bernarde eruditissime.

R. P. M.

ADELPHONSO DE LOARTE È CAR

melitanâ familia Theologo;

DOCTORI EVGENIO DE ANDRADA

Iuris apud Toletanos primario publico

antecessori prolytæq;

VV. CLariss.

C. Plinl locus in controuersiam à multis vocatus, denuò à me tentatus. Movbar est aliquis per sapientiam mori.

SCHED. IX.

Nescio an præcipuo communis patriæ an ingenij genio inter nostrûm suâpte naturâ animorum coâluit similitudo, vt et à uestris, si quando accidant, iucundissimis inuitus auellar adlu quijs, et ipsâ lubentiâ lubentior illis semper inhiam ingurgita eruditionem multisciam, quâ vterq; uelut Theosophiæ, ac L. L. sacrarum oraculum consulitur, colitur: miram rerum omnium cognitionem, quâ vt apud Tullium Cato librorum Helluo vnusquisq; uestrûm creditur; religionem, quâ cetera omnia mir decoratis; nec uerbo libabo; ne quasi in propriam messem uide luxuriari, et quæ mihi coniunctissimâ statuo, vt imea, prodig in rem alienam exornare ambitione. Incredibili tantùm comitati quam quotquot uos norunt, nunquam satis mirantur, lubens me ritòq; adhæreo, vt saltem apud eam, si non apud doctrinam, aditu patefiat audaciæ meæ, quæ adfectus erga uos mei testandi apud po teros studio hæc qualiacunq; in Plinium controuersa ad vtrum quasi ad vnum (quæ vestri amicitia est) in Hispaniâ crudito rum Prætorem discutienda defero; Audite. Pliniana uerba mem bratim post expendenda meo et aliorum commodo integra propo niam ex lib. VII. Cap. L. Cui titulus in morbis varia exempla

pro

propè medium =[incertum ac fragile nimirùm est hoc munus naturæ
=quodquod datur nobis: malignum verò et breue etiam in ijs, quibus
=largissimè contingit, vniuersum vtiq; æui tempus intuentibus. Quid
=quod æstimatione nocturnæ quietis dimidio quisq; spatio uitæ suæ
=viuit? pars æqua morti similis exigitur, aut pœnæ, nisi contingit quies.
=Nec reputantur infantiæ anni, qui sensu carent, non senectæ in pœnam
=uiuacis. Tot periculorum genera, tot modi, tot metus, tot curæ, totiens
=inuocata *morte, vt nullum frequentius sit votum, Natura uerò nihil
=Hominibus breuitate vitæ præstitit mortalibus. Hebescunt sensus,
=membra torpent, præmoritur uisus, auditus, incessus, dentes etiam
=et ciborum instrumenta; et tamen vitæ hoc tempus adnumeratur. ergò
=pro miraculo et id solitarium reperitur exemplum Xenophilum Mu=
=sicum. C. et. v. annis vixisse sine vllo corporis incommodo=]

Agebat Plinius non tam de varijs in morbis exemplis (vt solùm
voluit ille, qui in capita sectiones uè Pliniana opera diuisit) quàm
de morborum uel ægritudinum discriminibus: quod planè plenè q3
illa caloris, rigoris quartanæ tertianæq; febrium inculcat enumeratio:
quæ quidem doloris magis sociæ, quàm Fati sunt; vel vt vulgari idio=
mate adagionis vicem vsurpem[*por terciana oquartana nunca se toca
campana]. etsi exemplis pauculis præierit, vt potè P. Cornelij Rufi,
uel Rufini (vt *alijs placet) cum M. Curio Cos. qui visum in somnis,
se cæcum somnians, amisit: è diuerso Phalerei, qui cum à Medicis de=
ploratus vomicæ morbo cum mortem in acie quæreret; vulnerato pectore
medicinam inuenit in hoste. C. Fabij M. apud fl. Isaram prælio Com=
misso aduersus Allobrogum Aruernorumq; gentes ad vi. idus August.
cxxx M. perduellium cæsis febri quartanâ in acie liberati: Quibus
subdit tot controuersiarum semina, verba hæc,

=[At Hercule reliquis omnibus per singulas membrorum partes qua=
=liter nullis alijs animalibus certis pestifer calor remeat horis, aut
=rigor; neq; horis modò, sed et diebus noctibusq; triniis, quadrinisue,
=etiam anno toto. atq; etiam morbus est aliquis per sapi=
=entiam mori.]

Hoc opus, hic labor est; Hæ tot hominum curæ, vt non solùm
optimæ notæ uiri, sed de mediâ plebis fæce homunciones quidquid
uel ingenio, uel uiribus adsequi possint, experiri conati sint.

*in alig. m.s. mors meo iudicio, melius.

*rationem uide apud Galen. l. de Art. ad Glaucon. Auicen. IV. fen. 1. tract. II. cap. 1. Bernard. Realin. cap. IV. Annotat.

*Val. Max. Floro, Eutrop. Liuij epit. Agellio.

Penelopen Homericam uidere in Regiâ mihi uideor procorum agmini circumductam, Vlyssen apud Circen porcorum grunnitibus haud obsecundantem: cum illos docto veritatis studio, hos audacis ignorantiæ pruritu hanc sibi Spartam adsumsisse, hanc quercum excusisse uideo. Sed bene cecidisset, si aliquo iurgiorum Auerrunco præeunte his sacris esset litatum. Nam uerè apud illos Thusca, quod dicunt, iurgia: Arbitrum me moderatoremq; nunc ingero, illorum breuiter rationibus in studiosorum gratiam, ac nostræ sententiæ fulcrum recensitis. Baptista Pius in adnotationibus primis cap. I. Andreas Alciatus lib. II. παρεργ. cap. XVI. Hieronymus Mercurialis lib. III. Variar. Cap. XV. præter alios, viri undequaq; doctissimi uel ad hunc locum obiter quasi digitum intenderunt, uel aliquid in eum conati fuerunt. Pius cumde morbo ageret, qui inter lethargi genera adnumeratur, hoc est, μώρωσις. Alciatus emendare ausus est ex aliquis per Compendio litterarum notato aliquantisper Sapientiam mori. Mercurialis huic loco medicinæ non initiatis multum difficultatis pronuntiat inesse. bene. Sed addo, non Medicis solum, sed omnium ferè litterarum ac facultatum (sic adpellamus) professoribus. Quod facile animaduertet qui Theosophos, Iuris prudentes, Medicos, litteratos, Litteriones huic rei viderit incubuisse, et nec hilum hactenus profecisse. Sic se res habet. Anno ∞ IↃ CV. prodijt Hispali Apologia, uel responsum Doctori Francisco Guillen in confirmationem propria sententiæ datum a R. Ioanne de Pineda è Soc. IESV Theologo doctiss.mo ac de litteris omnibus optimè merito, qui certũ aliquem morbum constituto anni tempore prouenientem heîc è Plinianâ mente conligit, nam sic exigit, vt ait, cohærentia sententiarum, sic ratio et caussa ab ipso Plinio subiecta, morbis etiam quoq; quasdas leges, nimirùm certi et constituti temporis, quo uel emergant et inferant humanam valetudinem, uel non permittantur à Naturâ hunc temporis oriri, neq; adoriri hominem, Natura posuit. Quippè sic Naturæ Auctor edixit morbis, pro certis horis, diebus, noctibus, quadrimo circuitu, brumâ, hibernis mensibus &c. Vnde coniicit τὸ mori non posse uerbum esse, quòd aliò pertineret limitatio illa temporis apud Plinium, nec cohæreret cum illius sententiâ, et quòd ineptus esset ille loquendi modus, morbus est mori; Ego procul dubio talpa, qui nihil heîc uideo. Itaq; ad Sapientiam mori sapientissimæ

arboris,

arboris, quæ μορέα, recurrendum, uel in μωρωσεος ægritudine standũ. Quàm aptè probauit doctor Io. de Luna Vega diligentissimus Hispalensis ciuitatis Archiater anti-pologiâ aduersus Vtrumq̃, et mori uerbum uolens, et ex Galeno 1. de differ. feb. habere phrenesin circuitum et periodum: cuius opinionem F. Didacus de Auila in epistolio ad eumdem pro compertâ ac indubitatâ censet. Eduardus Fernandæus Hispalensis etiam aduocatus per sapientiam, propter, uel caussatiuè retur intellegendum. Ia. Dalecampij in hanc rem uerba sunt, per sapientiam. disipientem φρενητιζοντα, malè hoc Plinius. Hermolaus Barbarus, Io. Leonicenus, S. Gelenius, noster Ferdinandus Pintianus, qui egregiam in Pliniana opera operam nauarunt, de hoc loco nec γρύ. Non tamen tot Hydræ capita, vt aliæ ex alijs pullulantes sententiæ. sed adhuc capitulum in hac Hydrâ. Anser inter olores se immiscet, et epistolâ, cui augustum Medicorum Apollinis Christophori de Medrano editoris munus obeuntis nomen præfixum est, in eruditiss. Pinedam inuehit: et postquam mori sapientiam, hoc est, vt ipse putat, intellectum, vt in maniacis vult, audacissimo conrigendi cacohetes sic (si DIS placet) emendat, atq̃ etiam morbus est sapientiam præmori: quia eodem verbo paucis interiectis Plinius vsus esset, multâq̃ addit de propositione per: in quibus viros alios doctos immoratos non parum ratione iniquâ non satis admiror. Ast hæc uerè ac seriò dicam, quia λῆρον ληρεῖς, gerræ gerræ, meræ nugæ, nugas agis,

sunt apinæ, tricæq̃ et si quid uilius istis;

quid ergo? interpretationis nostræ obliuiscimur? et alios imitati aliorum opera (ô animum verè candidum, et cui φιλομουσοι omnes obnoxij sient!) uelim propalare? haudquaquam: pede me metior meo, mecum habito, sciens

quam sit mihi curta supellex;

R. etiam Io. Ludouicus de la Cerda in Virgil. Georg. IV. vers. CCLX. n. VII. veterem hanc scripturam putat: sed nescio an ipse in M.s. antiquiori aliquo uiderit, cum in nullo reperiatur. explicationem uerò quàm firma (ita retur) vt firmius nihil esse queat, ego infirmam, vt potè, ~~Ramires~~ præcedenti similem, pronuntio. F. Penna Castellanus in schediolo ad D. Io. à Sale Episc. Hippon. de diuinatione interpretatur; sed nec multum curanda hæc interpretatio, cuius nec vola nec vestigium ad Plinij sensum. R.

And.

And. Scotthus Cap. x. lib. v. obser. human. Variè de hoc loco ex aliorum sententia, suam celans, quod nollem, cum ab ipso tantùm hæc difficillimus nodus posset enodari, disputat. Scalig. F. notis ad Euseb. fol. 27. conuitijs lacerat Mercurialem quod de phrenesi acceperit; qui Plinium in varias linguas propagarunt, de morte accipiunt, vt Hieronymus de Huerta, qui aliquot libros Plinij Hispanos fecit [tambien ai alguna enfermedad, que se sabe morir della sin remedio] ineptissimè. Ex ijs tamen ista repono ad Plinianum mundum. Plinius, vt ajebam, de morbis agens et de illorum repentino, fortuito, uel ineuitabili casibus; quibus hominum breuis ac misera uita totiens obnoxia est; in admirationem tot infortuniorum acmiseriarum raptus, non tam de morbis sermonis exorsum subtemen percurrit, quàm casuum in uitâ variorum uicissitudines pronuntiat, itaq; cum nihil hominibus à Naturâ breuitate vitæ melius præstitum dixisset, quèis Nullum frequentius sit votum, et totiens mors ipsa inuocetur. Commemoratione ægritudinum hominibus propriarum, materiei colophonem hisce uerbis uidetur addidisse. atq; Etiam morbus est aliquis per sapientiam mori: hoc est, præter cetera morborum genera à nobis enumerata, aliud ingruit malum sub specie boni. Contemplatur quis mentis oculis, uel ipsius met corporis experientiâ metitur quot periculorum agmina, quot morbi, quot metus, quot curæ miseris corpusculis insidere soleant, uel imminere, illicò illi nihil antiquius et in votis est, quàm mori, cum satius sibi uideatur imò et sapientius vitam finire miserrimam, quàm incommodis cruciari sæuissimis; quod quidem adeò frequens est, vt morbis omnibus superingeratur, et adnumeretur. Nec obstat particularum illarum atq; etiam [varius vsus, cum pro tamen], vel vt nos dicimus [i con todo eso] passim vsurpentur. Quæ quidem præclarè cum antecedentibus cohærebunt hoc sensu; etsi tot sint morborum ac miseriarum turbæ; alia non minus molesta illis ingruit; [atq; etiam morbus est aliquis per sapientiam mori.] Unusquisq; illis se liberare compedibus necessariò debet adpetere; adpetentiam tamen istam inter morborum etiam genera adnumerare fas est: nam vt ille, quisquis sit, ait

: Lux grauis in luctu, rebus *mœstissima lætis,
: quodq; omni est peius funere, VELLE MORI.

Tandem eruditiss. L. Biscola ex doctiss. (sic uocat.) Societ. Viro Annibale Codreto XVIII. Horar. Subs. cap. XXII. horum uerborum putat esse sensum, atq; etiam hoc ipsum, quod per sapientiam atq; industriam naturæ moriamur, genus quoddam morbi est, quam sapientiam certis illis atq; ordinatis febrium periodis natura demonstrat. argutè.

Nec aliter qui Italicè aut Gallicè loquentem faciunt, Lud. Dominicus et Ant. Pinet.

Maximian. falsò Cornel. Gal. Eleg. 1.

V. L. *gratissimo

Fortasse

Fortassis, quia

Rebus in aduersis facile est contemnere vitam;
Fortiter ille facit qui miser esse potest,

Mart. XI. epig. LVII.

præsertim ex sententiâ Aristotelis, apud quem τὸ δ' ἀποθνήσκειν, φεύγοντα πενίαν, ἢ ἔρωτα, ἢ τὶ λυπηρόν, οὐκ ἀνδρείου, ἀλλὰ μᾶλλον δειλοῦ μαλακία γὰρ τὸ φεύγειν τὰ ἐπίπονα. καὶ οὐχόντι καλλόν, ὑπομένει, ἀλλὰ φεύγων κακόν. [mori autem quemquam vt fugiat paupertatem, aut amoris vim, aut molestiam, non fortis est uiri, sed potiùs ignaui. Mollitia enim animi est res laboriosas subterfugere. Neque uerò, quia id honestum est, ideo perfert; sed Vt fugiat malum.] quod expressum in Euripidæo Hercule, probatum à Senecâ, disputatum ab Augustino, cui ignaui Cato, Lucretia, alij, quia nullam posse esse credidit sapienti ac probo ἐξαγωγὴν εὔλογον, [migrationem è uitâ rationi consentaneam.] hæc in exemplum latiùs, ad rem pressiùs. cui consequentia nequaquam repugnabunt, morbis etiam quasdam leges natura posuit. Quæ continuatio est non uerborum sed materiei præcedentis aptissima. Clausulam finierat illo quasi morborum omnium culmine, et ineuitabili aut fatali miseriæ humanæ morbo: reuertitur tandem ad materiem institutam hoc modo; [morbis etiam quasdam leges natura posuit, quadrini circuitus febrem nunquam bruma, nunquam hibernis mensibus incipere &c.] queîs præclarè respondent intermittens febris seu πυρετὸς διαλείπων, ἀμφημερινὸς quotidiana, τριταῖος tertiana, τεταρταῖος quartana, seu Saturni filiâ olim, vt ait Octauius Erotianus, aliæq; valetudinis aduersæ ac morborum compellationes, quas singillatim Plinius enumerat; quîs adpositè succedit morbus ille verè sonticus, quem Alcæus νοσηματαλαντιαῖον quasi magni momenti dixit; præcipitem seu celerem Scribonius Largus, et Aurelianus, ancipitem Plinius, idem alibi quasi magnum adpellauêre; certè omnium maximus ex miseriarum contemplatione sapientiùs ducere ipsum mori, quàm uiuere.

Νικομαχείων. δ'

Act. V. Her. Tur. I. de Ciuit. de hacre uidendi Latiùs ac eruditiùs differentes Lipsium in Physiolog. Stoica. Sciop. in Elem. doc. Stoic. Muret. IV. Variar. Cap. II.

Addo etiam hanc materiam quasi communem locum, uel θέσιν (Vt vocant Rhetores) omnibus Philosophis exstitisse obuiam. Nam post philosophicam miseriarum nostrarum deplorationem hanc ad vsq; fatalis horæ metam institutam orationem protrahebant;

nam

*Initio lib. VII.

nam (vt ait ipse Plinius, *Vbi multus in hanc rem, vt potè initio eiusdem libri septimi) [multi exstitere, qui non nasci optimum censuerunt, aut quàm ocyssimè aboleri.]. Plura leges apud Tullium II. de Finib. et Tuscul. quæst. lib. I. et *alios. Verùm enim uerò, vt ad Plinium redeam, initio capitis sequentis. LI. cui de lignis mortis præfixa est epigraphe, hæc sunt verba. [Cum signa Lethalia in furiosis morbo risum, sapientiæ uerò ægritudinem, fimbriarum curam, et stragulæ uestis plicaturas à somno mouentium, neglectum præfandi humoris è corpore effluuius &] [quæq; alia Hippocrati principi Medicinæ obseruata sunt.] in quibus Sapientiæ ægritudinem videre est, an et hæc cum præcedenti vna eademq;? Nequaquam. Nam si hoc interpretibus daremus, ipsi nobis ex Hippocrate Vtrumq; dare non solùm deberent, sed et possent. Ibi enim sapientiæ morbum vocat, non quo ægri sapiunt, aut mente constant, sed in quo læditur et offenditur eorum sapientia, in quo desipiũt. Φρενῆτιν. Cels. cap. VI. lib. II. Hippocrat. lib. Progn. Ceterùm quis vnquam sapientiam intellectum dixit, uel sapientiam demortuam in amentibus, vt illi interpretantur? alioqui omnes sapientiæ decoro haud indigni, etiã suapte naturâ stolones, marrucini, rupicones, aliquando exstitissent, cum Bacchici, Ceriti, aut lunatici audirent: interquos adnumerari meritò hac ratione deberent illi, quos insipientia, insania, mentis inualitudo, alienatio, seu impotentia, error, παραφρονία, delirium, ἀῤῥωστεία τοῦ λογιστικοῦ, μωρία, stoliditas, fatuitas, ἄνοια ἀφροσύνη, furor, mania, rabies, ἔκστασις, intemperia, amentia, μελαγχολία, παραπληξία, perculsio, stupor, ἀφονία, lycanthropia, et aliæ, Medicorum filijs sat nota nomina, miseris mentibus insanitates, vt vocat Tullius, aliquando pertingunt: ne me in re notâ agentem pluribus, taceo. Itaq; hæc habui, quæ, aliorum sententijs obiter lectis, notatu digna uiderentur. Vos W. CL. si illa adprobatis, gloriabor aliquid profecisse; sin uerò emendatis, vestram sententiam elicuisse maior erit gloria, et apud seram posteritatem non ingrata memoria: quisq; uestrum aduersus hanc Hydram Vnus Hercules; quisq; nostræ cuiuscumq; sententiæ vnus Socrates, ex quo dixit mihi magis quàm folia ex oraculo Sybillina sexcenta. Vos huic Damoni alter et alter ex animo ex uoto Pithias. Æternùm siet, æternùm valeat vterq; Æternum adprecor.

*Eurip. in Creon. Theogn. in Angel. Plutarch. de Fortun. Pallad. in Antholog. nos etiam plura e pluribus in Comm. ad II. Pers. sat. Et Sched. dec Hor. subsequar.

III. Tuscul. Quæst.

Joanni

IOANNI BARFOTO, THOMÆ BLANchardo Dorsettensibus, meis

Bilium genera. Vitrea apud Persium quid? Celso lux. Galeno intellectus. alijs decor. Persiani enarratores planè reiecti.

SCHED. X.

Amor in vos meus, et eruditio uestra æquissimo sanè iure sibi uendicant, ne tu, mi Barfote, mihi fores indictus, tecum Blanchardus uerè, quia tuus, meus; quem humanitatis et doctrinæ inlustria decora iamdiu impensè mihi conciliarunt; illum hocce qualicunq; nugarum mearum testimonio testatum, hanc acutissimo vtriusq; iudicio cunctis perspectum et uolo et Voueo. promite in his.

Totius Litteraturæ adprimè doctos ueteres omneis scriptores quis tam caudex qui ignoret? hoc vel ex vno Persio facile deprehenditur, quippè qui nil intactum, nil intentatum in omnium scientiarum Encyclopediâ satellis pauculis dereliquit: ad quarum interpretationem quisquis adcingitur, cunctis illarum supellectilibus pransus (militari et antiquo et ritu et uoce) paratusq; debet accedere; in hoc eius hemistichio

—— turgescit uitrea vilis,

haud obscurè patet: vbi vitream prosplendidâ uel tralucente, quia irati nihil celent, omnes eius interpretantur Scholiastæ. Ego aliter ex ipsius bilis proprietate, colore, et effectu. Nam cum à bili biliosus, quòd semper sit tristis, ab humore (vt* Hispalitanus ait Isidorus) nigro, qui bilis uocatur: et si Plinio et Aureliano (χελὴ ξανθη, ἠκρωκοῖς, γλυκύ) quasi dulce, cum amarissimum fel, quod Celso bilis; aliter tamen, cum de humore, etymologia deducenda; ad eius itaq; naturam necesse est omnes recurrant proprietates: bilis uerò genera quot sunt Medici et Philologi anxiè percontantur. Auicenna quinq; enumerat, rubram id est naturalem; vitellinam, et citrinam maioris, vt vocat, famæ; æruginosam et prassinam, vt interpretatur Manardus: qui si de Galeno sentit, falsò; si de Auicennâ, dubiè: cum denarium numerum apud Galenum, non apud Auicennam absoluere intendat; sed cum quinq; sint, Zinariam eamdem cum æruginosâ debemus interpretari: concordatq; Galenica enumeratio bilis à colore nimirùm desumptâ, pallida namq;, flaua, æruginosa, glastea, cærulea; sed in speciebus ab Auicennâ differt, cum cærulea illius nulli huius respondeat; Ast alibi legitur pallida, flaua, rubra, æruginosa et prassina; sed rubra non eadem, quæ cærulea: alibi septem adparent genera, rubra naturæ sanguinis proxima, flaua, pallida, vitellina, flauæ siccitate confecta, cærulea, ærugi-

nosa

Sat. III. Vs. VIII.

Acro ad III. Sat. lib. II. Horat.

IX. Orig. cap. VI.

* sic eandem uocat D. Gregor. M.

quid apud Persium Sat. V. vers. CXLIV sit [mascula bilis] dixi in Comment.

fen. I. Dec. IV. cap. I.

Manard. ex notat. Cardani lib. II. tract. III. Cont. XII.

cap. de felle,

X. de simp. medic.

I. de Nat. hum. Com. XXI

Cap. 11. lib. de atra bil. Comm. XVI. X. de Simp. Med.

nosa, de prassina; quod bene, meo iudicio, Cardanus tutatur. Nam cum 1. de Naturâ humanâ Species bilis, et eas præcipuè, quæ ex putredine fiunt, innumeras esse professus fuisset; cum paucas enumerasset, alias intelligendas non negauit. Ast lib. de atrâ bili recenset omneis, sicut alibi famosiores proponit. Quid plura in re ab instituto alienâ?

— quod Medicorum est
= pertractent Medici —

XI. Lib. IX. II. de Loc. Cap. V. H. Cardan. Cont. XIII. lib. II. tract. III. A. Lusitan. Cur. Med. cent. I. Cur. XX. et cent. IV. cur XLII. F. Vallesius cap. XVI. XVII. XVIII. lib. I. cont. Medic. et philosoph. F. Valleriola lib. I. Sotor. Comm. Cap. XI. * quomodo accipienda dico Sched. Decad.

Celsus in primis, cuius ex uerbis Persij elucidationem perspiciemus, bilis [supra (inquit ille de Cholerâ tractans) [infrà] erumpit, primum aquæ similis, deinde vt in ea recens caro lota uideatur, interdum alba, nonnunquam nigra et varia.] Cecilla aquæ similis, vitrea nimirùm, vti et pituitæ genus quoddam, quod uitro liquato simile vitreum humorem Praxagoras adpellauit; de quâ et Galenus â se experimento nota, et alij. Horatius eodem modo exponendus Sat. III. Lib. II. de Oreste Pyladem vocante

— iussit quod splendida bilis:

quasi vitrea; vitreum namq; pro aqueo et vitrum pro aqua passim apud pœtas: vt undæ vitreæ, et si uitreus color idem qui Virgilio, Homero ὑγρὸς, et Theophrasto ὑγρώδης, uel vt in Virg. ὑάλινον ὑαλῶδες, sed non tam à claritate quam à vitreâ viriditate. Huc et recidit comparatio illa maris cum speculo auctoribus sat crebra. Lucian. dial: in Alcyone ὅταν δὲ γαλήνιον ἅπαν τὸ πέλαγος ὅμοιον ἐς ἔπος εἰπεῖν καὶ ὁποῖον [quietum et tranquillum mare vniuersum ac simile, vt ita dicam, speculo.] Nemesian. Ec. II.

= quin etiam fontis speculo me mane notaui:

quod et adrisit Hieronymo in oratione pede liberâ: sic undæ speculi loco apud Theocritum Eidyl. VI. Virgil. Ec. II. Ouid. XIII. Metamorph. alios; sic compellationes ceteræ à vitro captæ per translationem: vt togæ vitreæ apud Varronem, cuius duplicem adducit locum Nonius in [Tunicâ] quam istorum, quorum vitreæ togæ ostentant tunicæ clauos:] in Vitreum hoc est, pertenue, et lucidum ex [Modio] quam istorum uitrea ætate os tendat vnice clauos:] corruptissimè, ex eo fortè primo adiicienda vox [ætate], quâ vitreis togis solemus vti. Sic in Xiphilin. Claud. ὥστε καὶ τὸ λοιπὸν δῆλον ὅτι καὶ ὑάλινα σκεύη συντριμματα τινὰς πολίτας ἔχοι, vt in Petronij Satyrico [vitream fractam, et somniorum interpretamenta;] vt in Martial. [sulphurata fractis permutat uitreis] in Publij mimis,

Stat. VI. Thebaid. Calpurn. II. Eclog. Lucian. dial. Dor. et Gal. Garsias Lassus Ecl. II. Jul. Camillus in proem. ex Platon. in Soph. Aristot. Prob. sect. XXXIII. Senec. VI. lib. nat. Quæst. de quib. vid. Rhodigin. lib. XXVI. Cap. X. Lect. Ant.

= Fortuna uitrea est, quæ cum splendet, frangitur:

et id genus sexcenta. alios [omnes] respuite inanes Logos Vulcano dignos magis, quam Apolline.

49

DECAS SECVNDA

HORARVM SVBSECIVARVM

AD

AMICOS, DOCTOS, NOBILES.

in Lb. Rehef.

SCHEDIASMA I. R. Francisco Suarezio Soc. IESV.

II. Inlustriss. D. Ludouico de Tena Episcop. Dertusano.

III. R. Frontoni Ducæo S. I.

IV. R. Basilio Poncio legionensi Augustiniano.

V. R. Carolo Scribanio S. I.

VI. D. Aluaro Pizaño de Palacios Canon. Cordubensi.

VII. R. Io. Marquez Augustiniano.

IIX. R. Petro de Palencia Dominicano.

IX. R. Io. Lorino S. I.

X. D. Aluaro de Villegas Canonico Toletano. VINCENTIO NOELERA V. CL.

R. P. D.

FRANCISCO SVAREZIO

è Societ. IESV.

Theologorum omnium nostri seculi Principi.

Insigniora sacri Geneseòs libri loca animaduersa: plurima nouè explicata vel inlustrata: præcipuæ S.S. Patrum aut interpretum in aliquot opinationes. Hebraica, Græca, Latina lectio indicata. Auctorum aliquot uel exerrationes vel deliria in hanc rem notata: alijs lux inspersa.

SCHED. I.

Ad te, Celeberrime SVAREZI, vt ad Theologiæ cognitione nulli, quot fuerunt, secundum; omnium, quot sunt, primum dignissimumq; censorem quæ in primum è Sacris librum profero, defero: vt et emendationem accipiant et splendorem à Doctrinâ, à Famâ. sed quid post illius parentes, huius alumnos B. Pererium, M. Del-Rio, alios VV. Clar.? nescio. hoc scio, è idiomatum ipsorum adytis, et Patrum scrinijs hæc non conlegisse, sed legisse: quid enim opus in hoc subitariæ scripturæ cursu anxiùs sistere? Commentariorum hoc opus, hic labor; non Notarum. quas en,

Continet gesta annorum ∞∞ CCCVIII.

GENES. Cap. 1.

[In principio creauit Deus cælum et terram] rectè heîc admonet Hieronym. in Tradit. in Genes. [in principio] non haberi apud Hebræos in Filio, vt scriptum ait in disputatione Iasonis et Papisci, et apud Hilarium in exposit. cuiusdam Psalm. et apud Tertullian. libro contra Praxeam; neq; enim est בְּבֵן, sed בְּרֵ אשית beresith at רֵאשִׁית. quia uenit à רֵאשׁ, quod est caput, significat initium cuiusuis rei. Genes. x. [fuit autem principium regni eius Babylon:] Deuteron. xi. [à principio anni vsq; ad finem eius:] Hinc Lxx ἐν ἀρχῇ, et Symmachus et Theodotio. Aquila ad etymologiam adludens ἐν κεφαλαιῷ; ait enim Hieronym. rectè heîc de Filio intellegi, vt Ioan. 1. [omnia per ipsum facta sunt;] et Heb. 1. [per quem fecit et secula:] atq; ita illud Psalm. xxxix. [in capite libri scriptum est de me,]

hoc

hoc est, in principio Geneseos: sic capitulum pro summâ apud Paullum Hebr. viij. capitulum autem eorum, id est summa eorum, quæ dicuntur, hæc est,

II.

August. xi. Conf. cap. v. Greg. ad xiv. et loco lib. xii. de doctr. Christ. lib. i. cap. v. vi. D. Thom. i. q. q. xlvi. art. iii. Driedo iii. de Eccl. dog. tract. iii. cap. i. a fol. cxlvi. Sixt. Sen. v. Biblior. annot. i.

[creauit Deus] Caietanus ibi probari negat Diuinarum Personarum Triadem, quoniam cum אֱלֹהִים [Elohim] careat numero singulari, in illo est positum, idq; cum tres personæ nequeant dici Dij. P. Lombardus aliter et uerius sentit 3 Sent. i. Brugens. Gen. i. quin et Catharinus lib. iv. Cont. Caietan. hanc sententiam damnat, vt recentiorum nanijs addictam maximè, à Patrum q; sanctorum scitis abhorrentem: quod non solùm ex verbis, sed ex litteris etiam probatur à Jo. Reuclino iii. de verb. mirific. cap. iv. et à Jo. Pico in Heptaplo. D. Epiphanius contra Amonæos, aduersus antiquiores Sententiæ Caietanicæ adstructores argutè et strenuè disputat. nam illis, qui ex veteri testamento personarum in Deo pluralitatem probari negant, Esaiæ vaticinium illud obstat. Cap. xvi. נטחי ביהוה צור עולמים. quæ sic Origenes in Hexaplis apud Epiphanium Græcè uertit Βεβοήθηκα βοηθὸν νίκης ἀθανασίαν, χειροτονίαν ἀδιαφθορίας σωτηρίαν, et explicat πεποίθατε ἐπὶ τὸν κύριον εἰς τοὺς αἰῶνας, ὅτι ἐν τῷ κυρίῳ κύριος ὁ θεὸς τοὺς αἰῶνας, [confidite domino vsq; in seculum, quoniam in domino est dominus] (in La est Iouâ) qui stabiliuit secula. Cui nullus Hebræorum refragabitur teste Caninio;

Cap. II. Locor. Nou. Testam. III.

[Terra autem erat inanis et vacua] quod Hebræi תֹהוּ וָבֹהוּ Lxx dicunt ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, nec immeritò; significant namq; tunc terram fuisse corpus quoddam inornatum, obscurum, et inuisibile, quasi nihil esset: בֹּהוּ enim idemferè ac nihil. Hieremi. iv. [aspexi terram et ecce vacua erat et nihil;] id est, בֹּהוּ וְתֹהוּ et Esai. xxxiv. [et extendetur super eam mensura, vt redigatur ad nihilum, et perpendiculum in desolatione.] Heb. [extendetur super eam mensura תֹּהוּ, et Lapides] בֹּהוּ. Hebræorum nonnulli aiunt rem omni formâ carentem, vt materiam primam, appellari תֹּהוּ, illam verò aptitudinem seu desiderium formam habendi בֹּהוּ. Ast תֹּהוּ, seu תֹּהוּ est inane, ac ferè nihil: Job. xxvi. [qui extendit Aquilonem super vacuum.] Esai. xli. [Ventus et inane

Si mutila

simulacra eorum.] Hinc et desertum, quod hominibus vacuum; frugibus, et arboribus: quod Hieronym. uertit Deut. xxxii. [in loco horroris et uastæ solitudinis.] eodem modo uidetur interpretari Ioseph. 1. Ant. Cap. 1. [hæc cum in conspectum non ueniret altâ caligine tecta] &c. [Et tenebræ erant super faciem abyssi] תהום, idest ἀβυσσον uocat profunditatem aquarum, vt Exod. xv. de mari obruente Ægyptios [abyssi operuerunt eos:] nec non [congregatæ sunt abyssi:] Psal. Cv. [et deduxit eos in abyssis, sicut in deserto:]. Abyssus immensæ altitudinis fundoq; carens aqua Ambrosio et Augustino est, siue cuius finis incomprehensibilis hominibus, vt ait Damascenus: sic et Basilius ὑδωρ πολύλυτος φιλον ἑχον ἑαυτοῦ συμφορᾶσιτὸ κάτω, quæ eòdem ferè recidunt.

Basil. hom. 11. in Hexam.

lib. 11. de fid. orth. cap. IX. hom. 11. Hexam.

[*Et spiritus Domini ferebatur super aquas] Sunt qui hoc de uento interpretentur. Ioseph. 1. Ant. Cap. 1. [quasi uentus ille aquam exsiccaret et terra adpareret.] quò et inclinasse uidetur Philo. lib. de Mund. opific. fol. 111. sic *Rabbi Moyses, et Augustin. lib. de Gen. ad litt. imperfect. Cap. IV. de Spiritu Sancto exponit, et etiam de aëre. idem ait Diodorus Episcop. Tarsensis Chrysostomi Doctor, et Theodoretus in quæst. Gen. q. viij. tradit Mosem magis de aëre loqui, quam de S. S. et Origen. 1. περιαρχ. Allegoricè de S.S. non historicè intellegendum retur. At Hieronym. de S.S. nam רחף significat incubare, siue confouere, eo, quo auis modo oua fouet, et calore animat suo; Vnde Spiritus diuinitatem probat Hieronym. heic. Quod nescio an satis probare possit, cum Lxx ἐπεφέρετο uerterint; uerbum autem Hebraicum tantum est uolitare et commoueri. Deut. xxxii. et super eos volitans; et Hierem. xxiij. [contremuerunt omnia ossa mea:] in quibus tantùm hoc verbum inuenitur. Similiter intellegunt Basil. hom. 11. hexam. qui hoc uerius quàm si de uento acciperetur, probari ait; Ambros. 1. in hexam. Cap. vii. Augustin. et Sancti ferè omnes; Sed et Ecclesia in festo Pentecost. canit

: tu super aquas
: foturus eas
: ferebaris.

* bene Locum hunc enucleat D. Io. Alba Carthus. cap. 1. Sacror. Semioseon.

* quem Laudat D. Thom. 1. p. q. LX. XIV. art. vlt. ad. IV.

Thom. 1. p. q. LXVI. art. 1. ad vlt. Cather. lib. IV. cont. Caiet. grauiter in eum inuehitur, quòd de Spiritu creato, non sancto id acceperit

[Factumq; est vespere et mane dies vnus] Philo lib. 1. Allegor. leg. ait his diebus conditum mundum putare, esse rusticanæ simplicitatis; quia cum tempus ex cæli motu fiat, mundo posterius est, sed

nus

numerari sex dies propter perfectionem vniuersi, quæ per senarium perfectum numerum significatur. Augustin. hos sex dies retulit non ad temporis successionem, sed ad naturalem ordinem operum, uel ad ordinem reuelationis sex operum. Procop. in Genes. etiam retulit ad ordinem operum: sed veros dies fuisse docent Basil. Chrysostom. Gregor. Nyssen. Ambros.

VI. [Et fecit Deus firmamentum, diuisitq; aquas, quæ erant sub firmamento ab ijs, quæ erant super firmamentum] Crebra in Scripturis mentio de aquis, quæ super firmamentum. Psal. CXLVIII. [et aquæ, quæ super cælos sunt; Laudent nomen domini.] Dan. III. [benedicite aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Domino.] Psalm. CIII. [extendens cælum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius.] Joseph. 4. Ant. cap. 1. ideò dictum putat quòd cælum sit glacie circumpactum, et humidâ ac pluuiâ naturâ propter terram inroratione iuuandam aptè temperatum. Ambros. II. hex. Cap. III. et IV. apertè docet super firmamentum aquas esse veras à Deo positas, vt maximum stellarum ac cæli calorem mitigarent, nec eas in motu cæli effundi, ob terminos vnicuiq; rei à Deo constitutos; alioqui calorem cælestem inferiora uastaturum: quæ sumpsit abq; dubio à Basilio (vt pleraq; Hexameri in Hexamerum) hom. III. hex. quem et sequitur Damascen. apertissimè II. de Fid. Cap. VI. et IX. quomodo etiam uidetur intellegere Chrysostom. hom. IV. in Genes. Ambrosius quoq; in calce cap. IV. nonnullos de Angelis intellexisse tradit, sed se de ueris aquis. Hieronym. Dan. III. nihil explicat, Psalm. uerò CIII. et CXLVIIJ. clarè de Angelis. Sic Augustin. XIII. Confes. cap. XV. in imperfecto de Genesi Cap. VIIJ. improbat opinionem de ueris aquis, et licèt ipse nihil omnino certi statuat, nomine tamen aquæ hîc uidetur accipere Mundi materiem, quæ per firmamentum diuisa est, et ita illud explicat [Spiritus domini ferebatur super aquas:] lib. etiam II. in Genes. à Cap. I. vsq; ad. VI. latè de hoc opiniones diuersas referens, Ambrosianam illam docet non esse impossibilem, sed cum nec ibi ipse aliquid certi adfirmet, propendere tamen uidetur in opinionem Ambros. et apertiùs in Psalm. CIII. vbi ait has bene ad litteram intellegi; esseq; remotas ab adspectibus, sed fidei commendatas, et ex ijs, quæ subiicit, subindicat illam suam expositionem ex. XIIJ. Confes. non esse litteralem, sed mysticam. sic etiam Capiendus Gre-

gorius

gorius est hom. IX. in Ezech. vbi exponens [qui tegis aquis superiora eius:] per cælum, intelligit scripturam, vt August. XIII. Conf. et Psalm. CIII. per aquas, choros Angelorum; quia superiora arcana scriptura, quæ nos nequimus adsequi, nedum penetrare, ab Angelis intelleguntur: idem repetit hom. XVII. in Ezech. Ambrosium sequitur Magister Sent. in II. Dist. XIV. Thom. I. p. q. LXVIJ. ast. I. non esse spiritales sed corporeas, sed nec deffinit an sint ueræ aqua elementares, nec ne: multas refert sententias, nullam refutat: Scholastici omnes in hanc sententiam inclinant. Tu illorũ Princeps, R. FRANC. SVARECI, eruditissimè doces. aquas nimirũm metaphoricòs dici posse propter cælum Chrystallinum; D. Thom. subobscurè dicit, clarè Durandus in II. dist. XIV. q. I. et omnes ferè; tamen et si Altissiodor. lib. II. tract. VII. propè finem agens de operibus secundi diei secutus, vt ipsi sibi videtur, Augustinum, tradat aquas istas esse cælum aqueum formatum ex aquis elementaribus vehementissimè adtenuatis et repurgatis. Origen. hom. I. in Ianuã bonos et malos Angelos aquas diuisas per firmamentum intelligit, illos superiores, hos inferiores, vt refert Hieronym. in epist. ad Pammach. et Epiphan. in epist. ad Io. Hierosolymit. sed licèt eam sententiam refellat Basilius hom. III. hexam. Ego existimo Origenem semper in mysticâ intellegentiâ uersari. Glossa interlinearis (cuius auctor Anselmus Lucens. vt putat Petr. Galisardus in Chronographiâ, uel Laudunens. vt existimat Sixtus) ait superiorem partem aquarum in modum chrystalli lapidis congelatam esse, recipit etiam expositionem Damasceni; Tyranus de cælo chrystallino interpretatur; Augustinus Eugubinus lib. VII. de peren. philosoph. cap. IX. Latè ex Mosis et Trismegisti sententiâ probat cælos factos ex aquis, vnde facile colligitur sententia Basilij et Ambrosij: quod sanè confirmat Clemens R. P. M. ep. IV. vbi adducens Mosis uerba, et de creatione mundanâ loquens confirmat omnia ex aquis gigni. quod q3 ex Petri II. cap. III. conijci subodoror, [Vbi et promissio aut aduentus eius? ex quo enim patres dormierunt omnia sic perseuerant ab initio creaturæ: latet enim eos hoc uolentes

I. p. q. LXVIII. art. X
Gabriel. q. unic. ar.
Alex. II. f. q. I. m.
I. et V.
Thom. etiam in II. D.
XIV. q. unic. art. I.
Bonau. ibid. q. I. e.
Albert. ibid. art. I.

Lib. IV. b. b. verb.
Ansel. Laud.

Hieronym. ab Oleastr. Lusitan. in Genes. Cap. 1.

quod cæli erant prius et terra, de aquâ et per aquam consistens, Dei uerbo: per quæ ille tunc mundus aquâ inundatus periit.] idem affirmant Theodor. et Gennadius in Genes. Iunilius lib. de oper. sex dies. Hippolytus Rom. Episc. et Beda de Nat. rer. lib. 1. et Rupert. sup. Genes.

VII. [Et factum est vespere et mane dies secundus] cui non benedixit, quia non est bonus binarius, qui ab vnione diuidit et præfigurat fœdera nuptiarum, vnde animalia omnia, quæ erant bina in arcâ Noachiâ, erant immunda. Hieronym. in Aggæ. Cap. 1. et lib. 1. cont. Iouin. Raban. in Genes. 1. ibid. et Burgensis Cyranum hanc sententiam reprehendentem refellens:

VIII. [Fecit q3 Deus duo luminaria magna, luminare maius, vt præesset diei, et luminare minus, vt præesset nocti] id est, vt potestatem suam exerceret in die, uel nocte, luminisq3 sui splendorem ostenderet et potestatem. Quod Hebraicè הַגָּדֹל לְמֶמְשֶׁלֶת הַיּוֹם, à uerbo מָשַׁל dominor: sic rectè Lxx. εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, sic in Psalm. Solem in potestatem diei, Lunam et stellas in potestatem noctis esse dictum est.

X. [Producant aquæ reptile animæ uiuentis, et uolatile super terram sub firmamento cæli] ita etiam legunt Lxx, licèt Hebræi habeãt [sub faciem firmamenti cæli] עַל־פְּנֵי רְקִיעַ. sed ideò dictum uidetur, quòd licèt respectu nostri uolitent aues sub cælo, respectu cæli uolitant super faciem cæli.

XI. [Producat terra animam uiuentem in genere suo, iumenta et reptilia et bestias terræ secundum species suas] τετράποδα, καὶ ἑρπετὰ, καὶ θηρία τῆς γῆς. חַיַּת הָאָרֶץ apud Hebræos, ad omnia quadrupedia uidetur pertinere, vt et Lxx uerterunt. Complectitur itaq3 feras, iumenta, et pecora. vt Prou. xxx. [Leo fortissimus bestiarum] exod. xix. [Siue iumentum fuerit, siue homo.] Num. iii. [ab homine vsq3 ad pecus mei sunt.] Nec minus Latiùs videtur patere חַיָּה pro quo Lxx θηρία; vt Genes. vii. [ipsi et omne animal secundùm genus suum.] constat autem fuisse feras, et iumenta,

et

et pecora: deniq; omnia uiuentia habent hoc nomen, ueluti ipsa indicat etymologia. ast quantum ego arbitror, hoc in loco dicuntur בְּהֵמָה quæ homini seruiunt, vt bobes, equi &c. חַיָּה uerò fera, quæ sunt extra hominis potestatem.

[Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. XII.
et præsit piscibus maris et uolatilibus cæli, et bestijs, uniuersæq; terræ omniq; reptili, quod mouetur in terrâ.] præsint. est enim de mare et feminâ. וְיִרְדּוּ, et LXX ἀρχέτωσαν.

[Benedixitq; illis Deus, et ait. Crescite et multiplicamini, et replete XIII.
terram, et subijcite eam,] multiplicationem horum in naturâ integrâ futuram sine concubitu Guido in lib. cont. Hæres. enumerat inter profana dogmata Armenorum; sed manifestè adseritur à Gregorio Nisseno lib. de creat. hom. cap. xxviij. à Damascen. lib. iv. cap. xxv. à Chrysostom. hom. xviij. à Procop. in iv. Genes. ab Euthymio Psalm. L. ab Augustin. lib. i. de Genes. ad litt. cap. xix. et lib. i. de serm. Dom. in illa [quicunq; dimiserit uxorem] sed retractauit. xiv. de ciuit. Cap. xxi. xxii. xxiij. et lib. viij. de Genes. ad litt. cap. x. et apertiùs i. retract. cap. x. et xix. confirmat D. Thomas i. p. q. xcviii. ar. ii.

Heîc prima cursus nostri quasi meta. Sisto, ne in publica commoda peccare videar,

= cum tot sustineas et tanta negotia SOLVS.

Verè solus, cui nemo par: qui non minus, quàm Adelphonsus à Madrigal Tostatus Abulensis inlustriss. Præsul tot editis ingentibus eruditissimis Voluminibus HISPANIAM beas: et beatam vtinam VIR vndequaq; Magne, et omnium bonorum voce et uotis dicam, adprecabor. Tib. i. eleg. vi.

= viue diu, — proprios ego tecum
= sit modò fas, annos contribuisse uebim;

Nam quod de Basilio Magno Gregorius Nazianzenus dixit
*ὠφελεῖναι τι τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς ἕκαστος ἐκείνου ἐπιδοίη τοσοῦτο-
bupros lus: Dete ego, de Bonis omnibus, qui vt
= moribus antiquis vel stet Romana, Virisq;

*[addere aliquam mihi huic partem unusquisq; illi, si modo id fieri posset, paratus esset]

Volunt, ac Tibi similibus, si qui sint, [partem annorum suorum
Senec. lib. de brev. vitæ. dare] parati Lubentes q3 sunt.

INLVSTRISSIMO. D. LVDOVICO DE Tena episcopo Dertusano.

Pari filo Secundi Geneseos Capitis difficiliora insignioraq; Loca perlustro. Angeli Signate apud Mosen. Militia siue exercitus Cælestis de illis ne an de Stellis? Iter à Hieronymo dissentio. Homerum explico. Multis ex vniuersâ S.S. locis obscurioribus nouam Lucem do, passim:

SCHED. II.

Incultam hanc rerum diuersarum congeriem cultiori iudicio cultam, qui cultissimos in B. Paulli epistolam ad Hebræos Commentarios in

Cœli iucundum lumen et auras

dedisti, Præsul eruditissime redde: et hæc censе in

GENES. Cap. II.

EX quo saltuatim et raptim nonnulla prælibo. ipso inaditu.
1. [igitur perfecti sunt cæli et terra et omnis ornatus eorum] ita etiam legunt Lxx. καὶ πᾶς ὁ κόσμος αὐτῶν, Hebræi uerò, [et omnis exercitus eorum] צְבָאָם, quam interpretationem sequitur etiam Chaldaica translatio, nec immeritò: hoc enim nomen צָבָא semper in Scrip. exercitum seu militiam exprimit,

auertit

à verbo צָבָא pugno: Psalm. VI. [Sanctus SS. dominus Deus Sabaoth] Exod. XII. [egressus est omnis exercitus Domini de terrâ Ægypti.] et Psalm. XXIV. Dominus virtutum (id est exercituum) ipse est rex gloriæ: qui locus insignis, meo iudicio, est adprobandum, quod fermè omnes negant, inueniri apud Mosen conditionem Angelorum, vt exponit Eucherius; recenset enim nunc summatim omnia, quæ à Deo condita sunt, et exercitum terræ uocat animalia, de quibus dudum loquebatur; exercitum autem cæli uocat Angelos, qui hoc exercitus nomine in Scrip. semper insigniuntur. Luc. II. [facta est cum eo multitudo militiæ cælestis exercitus.] Quòd si quis obiiciat illud Esai. XXIV. [in die illâ uisitabit Dominus super militiam cæli in excelso:] ubi militia cæli dicitur de stellis, nam ibi Hieronym. [super militiam, siue super ornatum cæli. quis sit autem ornatus cæli, siue militia, Mose scribente, discamus; caue ne suspiciens cælum et uidens solem et lunam et stellas, et omnem ornatum cæli, decipiaris et adores ea:] quamuis nos aliter cum Vulgato legamus [ne fortè eleuatis oculis ad cælum, uideas solem et lunam et omnia astra cæli, et errore deceptus adores ea et colas:] et deut. XVII. [vt uadant et seruiant diis alienis, et adorent eos, solem, et lunam, et omnem militiam cæli.] et similia uerba sunt Cap. XXI. et II. Psalm. XXXIIII. et Hierem. XIX. ac alijs locis? respondeo, hæc posse intellegi de Angelis, quos vt Deos colebant, aut certè non negabimus stellas uocari aliquando militiam cæli: sed nec negari potest idem nomen adtribui etiam Angelis, vt ex locis laudatis iam patet: et III. Reg. XXII. [vidi dominum sedentem super solium suum, et omnem exercitum cæli assistentem ei à dextris et à sinistris:] quod et II. Paral. XVIII. inuenitur: sed illud obseruatione dignum, de malis etiam Angelis, vt ibi constat; quod Adami opinioni adstipulatur: quin et II. Ephes. IX. [solus tu fecisti cælum, et cælum cælorum, et omnem exercitum eorum &c.] et [exercitus cæli te adorat. Apoc. XIX. [exercitus qui sunt in cælo sequebantur eum in equis albis. et Ecclesia Rom. [cum quo omni militiâ cælestis exercitus.] [compleuit q; Deus die sextâ opus suum quod fecerat, et requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat] Hieronym. hèic notat apud Hebræos legi die septimâ. בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי, tametsi. LXX.

Deut. IV.

* Adam. in Genes. docet Hieronymo loqui secundùm errorem Origen. sed intelligendum secundùm omnes, de exercitu Dæmonum existentium in aëre caliginoso.

legant ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑκτῇ; censet itaq; Hieronym. conuinci ex hoc loco Iudæos, qui de otio Sabbati gloriantur; quandoquidem aliquid eo quoq; die Dominus patrarit: sed ei ego non adsentior, quandoquidem statim addit [et requieuit die septimo ab omni opere quod patrarat] et initio huius Capitis [perfecti sunt cæli et terra, et omnis ornatus eorum:] illud uerò [compleuitq; Deus die septimo opus suum] interpretor, cùm dies septimus inluxit, habuit Deus omne opus suum completum. Chaldæi legunt [et delectatus est Deus opere suo in die septimo.]

III. [et benedixit diei septimo, et sanctificauit illum, quia in ipso cessauerat ab omni opere suo, quod creauit Deus, vt faceret] id est, ab omni opere, quod fecerat, est pleonasmos Hebræorum. Lxx. ὧν ἤρξατο ὁ θεὸς ποιεῖν. vt creauit בָּרָא sit fundare, et incipere fundamenta rei, quæ fit: et ita illud intellegatur [in principio creauit Deus cælum et terram:] uel potiùs [creauit vt faceret] id est, vt perficeret, et ad vltimum suum finem deduceret.

IV. [Formauit igitur dominus Deus hominem de limo terræ, et spirauit in faciem eius spiraculum uitæ, et factus est homo in animam uiuentem] Philastrius lib. Cont. Hæres. cap. xcix inter hæreses numerat hoc spiraculum esse animam rationalem, ait q; esse gratiam spiritus infusam animæ Adami, et ita accipit spiraculum Cyrillus hunc locum exponens; et idem ferè Franc. Georgius tom. 1. problem. prob. xxvii. sed Philastrius (vt ait Augustin. in prolog. lib. de hæres.) multa inter hęreses numerauit, quæ hæreses non sunt; quamobrem sentiendum est, esse ipsam animam rationalem, vt ait Chrysost. hom. xii. in Genes. August. xv. de Ciuit. Cap. xxiv. Thom. lib. Cont. Græcor. error. cap. xxvii. et apertè hoc innuit Paullus 1. Cor. xv. [factus est primus homo Adam in animam viuentem, nouissimus &c.] sed non prius quod spirituale est, sed quod animale:] Vnde Cyrilli expositionem non litteralem, sed allegoricam autumo. Verùm Franc. Georg. tom. 1. prob. prob. xxvi. xxvii. et clix. putat hominem, id est animam creatam fuisse in cælo, et postea puluere, id est corpore indutum in terrâ: Sed hæc sententia pugnat absq; dubio cum

Conci

Concilio Viennensi in Clem. de Summa Trinitate.
[Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio in quo posuit hominem, quem formauerat] Allegoricòs omnia intelleg. Philo in fine op. sex dier. et 1. Alleg. leg. orig. in Genes. vt refert Method. in dial. Aglaophon. Epiphan. in Anchor. et in epist. ad Io. Hierosol. etsi Origen. hom. xxxi. in Num. uideatur aliter sentire: vt non fuerit in aridâ, sed in terrâ, cui adstipulatur Ambros. lib. de Parad. et apertiùs ep. ad Sabin. hoc ipsum inanibus argumentis (quæ soluit Sixtus lib. v. bib. an. xxxiv.) probat Franc. Georg. tom. 1. Prob. à prob. 1. ad xl viij. sed Ambros. uidetur ponere Paradisum terrenum 1. Cor. vi. sed vt ad rem redeam. Lxx. καὶ ἐφύτευσε ὁ θεὸς παράδεισον ἐν ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς, quemadmodum statim, vbi nos habemus [et fluuius egrediebatur de loco voluptatis,] ipsi habent ποταμὸς ἐκπορεύεται ἐξ ἐδέμ; Causa huius diuersitatis est, apud Hebræos duo uerba, quibus hîc vtitur Moses, non nihil habere ambiguitatis. עֵדֶן enim idem quod voluptas, vt hîc Hieronym. obseruat, et deliciæ: Ezech. xxxi. [et æmulata sunt eum omnia ligna voluptatis:] II. Reg. 1. [qui uestiebat uos coccineis in delicijs:] et uenit à uerbo עָדַן deliciis adfluere: vnde sensum elicio hunc; plantauit Paradisum in Eden, idest in voluptate, seu paradisum plenum voluptatis. Symmachus transtulit paradisum florentem; quòd statim succedit קֶדֶם; significat aliquando regionem orientis, Num. 11. [ab oriente Iudas figet tentoria:] et Iob. xxiij. [si ad orientem abiero, non apprehendam eum:] et hoc secuti Lxx. uerterunt κατὰ ἀνατολας, contra orientem: significat etiam olim, in initio, à diebus antiquis: psalm. cxviij. [initio cognoui de testimonijs tuis:] psalm. Lxxvi. [cogitaui dies antiquos,] et Prouerb. viii. [ex antiquis antequam terra fieret;] quamobrem Aquila vertit ἀπὸ ἀρχῆς: Symmachus ἐκ πρώτης, et Theodotio ἐν πρώτοις atq; ideo existimo, Ceterum quod hinc infert Hieronym. ex quo manifestissimè comprobatur à Deo, antequam cælum et terram faceret, Paradisum esse conditu

* Sixt. lib. v. bib. an. xxxvii. ait non potuisse Hieronym. hoc existimare, cum ipse Dan. x. apertè reprehendat eos, qui Paradisum allegoricè exponunt. Sed Albinus Quæst. in Genes. ita intellexit Hieronym. verba, ut sonant: et eumdem Hieronym. sequitur Eucherius Gen. II.

ditum, sicut et legitur in Hebræo: id ego aliter accipio; Nam [in principio creauit Deus cælum et terram:] et ex omnium sententiâ Paradisus locus est in terrâ positus, quare ante terram creari nequit. Nihil autem aliud significauit Moses, quàm Paradisum creatum esse in principio: cum nimirùm Deus creauit cælum et terram, nam ante illud non fuerat tempus, et creatum fuisse antequam homo crearetur; ita vt anteuorterit creatio paradisi creationem hominis, quod et dictionis etymologia satis indicat; est enim à uerbo קָדַם anteuorto et præuenio. Psalm. xx. [quoniam præueniſti eum in benedictionibus:] Psalm. Lxvii [præuenerunt principes coniuncti psallentibus:]. Verùm illud de Eden uerum esse, inde etiam constat, quod ubi legimus statim [tulit ergo Dominus Deus hominem, et posuit eum in paradiso voluptatis,] Hebræis (vt solet) est גַּן עֵדֶן Symmachus uerò uertit ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς ἄλσεως, amœnitatis et deliciarum: Lxx. ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς quod idem est. Deniq; Chaldaica translatio ita habet [et plantauit Dominus Deus ortum in loco voluptatis à principio.] et cap. III. [et collocauit ante paradisum voluptatis Cherubin.] Hebræi habent וַיַּשְׁכֵּן מִקֶּדֶם לְגַן עֵדֶן אֶת הַכְּרֻבִים. Lxx uerò κατῴκισεν ἐν ἀυλῶν ἀπέναντι τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς; euersum esse post peccatum Adæ nec esse iam dixit Eugubin. Adnot. in Pent. sed perperam et contra Fidem et Patres, et ecclesiasticam Scripturam [Enoch placuit Deo, et translatus est in Paradisum.] esse sedem animarum Sanctor. donec ueniat resurrectio generalis apertè docet Niceph. I. cap. xxxi. et Petrus lib. I. recog. Clement. fol. xxii. sed aut hoc interpositum ab Hæreticis, aut Clemens tunc Fidei rerum rudis, nec satis percepit Petri dicta. huc inclinant Niceph. II. Cap. xx. cum animam Virginis Deiparæ in paradisum, vbi uitæ arbor consita est, translatam ait: vt Clem. III. Rec. fol. Lii. et idem Niceph. II. cap. xLII. cum de Ioanne idem tradit: et Clem. IX. Recog. init. et Abdias lib VII. Cum Matthæum Apost. hoc confirmantem inducit. His supersedere lubentem cogunt locupletissimi R. Thomæ Maluenda amici nostri eruditiss. ac religio-

giosiss. Commentarij de Paradiso Voluptatis. quos adi. ego reliqua addam.

et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita. nomen vni Phison. ipse est qui circumit omnem terram Euilath., vbi nascitur aurum et aurum terræ illius optimum est] Lxx etiam Phison vocant. Hieronym. heîc ait [hunc esse Gangem fluuium Indiæ putant:]. Secundus etiam ab illis dicitur Gehon. III. Tigris. IV Euphrates. Damascen. III. de Fid. Cap. IX tradit fluuium, qui procedit de Paradiso esse Oceanum, qui vt fluuius quidam totum terrarum orbem circumit. Phison esse Gangem, Gehon Nilum, III. Tigrim. IV Euphratem: sed et Nilum obseruaui in Homero Odyss. δ. à Ioue fluentem

πρίν γ' ὅτ' ἂν Αἰγύπτοιο δηπετέος ποταμοῖο
αὖτις ὕδως ἔλθῃς,

[Priusquàm Ægyptij à Ioue fluentis fluuij rursus ad aquas redieris:] indenè? fortassis. an et huc referenda illa Senecæ de Nilo IV. Quæst. Nat. [in hac orâ stipem sacerdotes, et aurea dona Præfecti, cum solemne uenit sacrum, iaciebant.] en cultum, et si alijs etiam* fluminibus communem: sed hoc tantùm coniectari. pergo ad ueriora

[ibiq; inuenitur bdellium et lapis onychinus.] Lxx ὁ ἄνθραξ, καὶ ὁ λίθος ὁ πρασινος; vt bdellium sit carbunculus, vt etiam legit Hieronym. et Num. II. [erat autem man, quasi semen coriandri, coloris bdellij:] Hebraicè בְּדֹלַח; lapis uerò, qui à Lxx dictus est πρασινος, ab Hebræis אֶבֶן שֹׁהַם est lapis concolor vngui, vnde onychinus dictus: Exod. xxv. [lapides onychinos et gemmas:] de carbunculis Plin. lib. xxxvii. cap. vii. ubi ita dici tradit à similitudine ignium, quamuis ipsi non sentiant ignes, et ob id à quibusdam ἀπύρωτος carbunculus dictus, vt et ἀνθρακίτης et lib. eod. cap. xxxviii. meminit prasij gemmæ uiridis, cuius duo sunt genera, alterum sanguineis punctulis obhorrens, alterum virgulis tribus distinctum est candidum. et cap. vi. de Onycho loquitur, et in illâ ait esse candorem vnguis humani similitudine.

[in quocunq; die comederis ex eo (ligno scientiæ boni et mali) morte morieris] Philo II. Allegor. legis in fin. exponit de morte animæ non corporis uerba hæc, cui adsentitur Eucher. I. Com. in Genes. quos refellit Augustin. xiij. de Ciu. Cap. xii. de vtrâq; intellegi docens: Ioseph. I. Ant. Eugubin.

* de Clitumno Plinius epist. VIII.

in

in adnotat. Genes. senserunt mortem corporis non uenisse ob peccatum; quos etiam sententia Augustiniana refutat XIII. de Ciu. Cap. XV. et Hereseos damnat Concil. African. Cap. LXXVI. et Trident. Sess. V.

IX. [Dixit quoq; Dominus Deus. non est bonum hominem esse solum; faciamus ei adiutorium simile sibi] LXX, κατ' ἀντικρὺ Hebr: כְּנֶגְדּוֹ, [quasi Coram eo] et exponunt Rabbini [quod stet coram eo, uel sit semper in conspectu eius ad obsequendum ei.] Nam נֶגֶד est coram, ante. Genes. XXXI. [negatur coram fratribus nostris:]. 1. Reg. XIX. [Num coram domino est Christus eius?] Hinc semper admonet Paullus, vt [mulieres sint omnino subditæ uiris suis]. Franciscus Georgius tom. 1. probl. XXIX. dicit Adam creatum esse Androgynum, in quo scilicet duo corpora Maris et feminæ circa dorsum iungerētur. quod etiam sentit Plato in Sympos. Sed hanc insaniam refellit Augustin. III. de Genes. Cap. XXII. et Strabus in Gloss. enumerat inter damnatas Iudæorum fabulas. quas et si recensere superfluum, admonere non inconcinnum...

R.P. FRONTONI DVCÆO S.I.

Theolog. celeberrim.

Dissensus lectionum in Scripturâ variarum concilio. loca aliquot nouè interpretor, vel animaduerto è III. Genes. cap. antiphraseos aduersus Grammatistas defensio. benedicere, maledicere quid?

SCHED. III.

Percurro leuiter et breuiter

GENES. Cap. III.

I. [sed et serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat

dominus

dominus Deus] Lxx φρονημωτατος, Aquila et Theodotio πανουργότατος, עָרוּם, quod et callidum et nudum, vt vel ex ipso capite constat; et *alibi latiùs probo nouatores nequaquam ferens, qui nodos in scirpo quaerunt, quorum messis tota non συνεμπλωματος sed κλοπαι.

* in Stricturis in Πεντε. Brocens. stipendijs Ram. conductum.

[et cum audissent uocem domini dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem abscondit se Adam et vxor eius à facie domini Dei in medio ligni paradisi] לְרוּחַ הַיּוֹם; ad litteram uertit Aquila ἐν τῷ ἀνέμῳ τῆς ἡμέρας; Symmachus δια πνεύματος ἡμέρας; est autem sensus, eâ diei parte quâ ventus esse solet, nempè ad uesperam: vnde rectè Lxx, τὸ δειλινὸν, et Theodot. adhuc apertiùs, ἐν τῷ πνεύματι πρὸς κατάψυξιν τ' ἡμέρας.

[inimicitias ponam inter te et mulierem et Semen tuum et semen illius; ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo eius] serpenti Dixit D. Deus: הוּ ex hoc pronomine constat hoc non ad mulierem, sed ad semen eius pertinere, quod indicat et Chaldaica translatio; et ita legit heîc Hieronym. et Leo P. M. in serm. de Annuntiat. et Eucherius in Genes. et Lxx etiam uerterunt αὐτος. Porrò ibi nobis est conteret, et tu insidiaberis: apud Lxx idem est verbum τηρεῖν; et Hebraeis vtrobiq; est שׁוּף, quod est conterere; siue conquassare. Job. ix. [in turbine enim conteret me:] vnde Lxx. aliter acceperunt uim uocis Hebraicae; Hieronym. praefert lectionem Hebraicam et interpretatur, quod et nostri gressus praepedientur à colubro, et Dominus conteret Satanam sub pedibus nostris uelociter.

[Multiplicabo aerumnas tuas et conceptus tuos. in dolore paries filios, et sub uiri potestate eris, et ipse dominabitur tui] Lxx καὶ πρὸς ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου. Aquila uertit societatem, Symmachus impetum: וְאֶל אִישֵׁךְ תְּשׁוּקָתֵךְ; à verbo שׁוּק, desidero siue adpeto: quo et nomine etiam vtitur cap. iv. [sub te erit adpetitus eius:] hoc autem significat, vt opinor: iam nunc talis eris vt uiro sociari cupias, et sine eo viuere nequeas, et tamen ipse tibi imperabit et dominabitur.

[Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex eâ cunctis diebus uitae tuae] Hieronym. ait nomine operis heîc peccatum

Adam

Adami intellegi, nam et Aquila dixit [maledicta humus propter te:] et Theodotio [maledicta Adama in transgressione tuâ:] Ego certè existimo Dominum comminari, terram deinceps colendam esse, et ne eam quidem feracitatem ac vbertatem habituram: quemadmodum Cap. IV. [dixit Cain, maledictus eris super terram &c. cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus:] sic Deuter. xxviij. [maledictum horreum tuum:] vnde et maledictio paupertatem significat Malac. II. [mittam in uos egestatem] מְאֵרָה maledictionem, sic [et maledicam benedictionibus vestris:] apud eundem; Nam è contrario benedicere est multiplicare, et largiri. Genes. xlix [Deus patris nostri erit adiutor tuus et omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum et vuluæ] et Cap. xxvii [sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus:] xxx. [experimento didici quod benedixerit mihi Deus. Cap. xxv. [benedixit Deus Isaac:] Psalm. cxlv. [imples omne animal benedictione:] II. cor. ix. [qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus et metet:] Sed et illud addam in nostri aui Grammatistas, qui se bellos iactât, cum sint (vt ait Varro) copreæ: et antiphrasin de medio iugulant; sed Augustino (qui etiam de Grammaticâ aliquando voluit ludibundus scribere, quæ isti inclusi, vt est in Persio, et seriò haud quaquam imitandi gnari) Augustino inquam, magis credo, qui per ἀντίφρασιν lib. cont. mendac. ad Cosentium cap. x. benedicere pro maledicere, vt lucus, quòd non luceat, Parca, quòd non parcant, dictum adnotat: vti et Ambros. obiter lib. de Nabuthe Izraelitâ Cap. xi. Gregorius I. Moral. Cap. xxiii. et xxvii. Hieronym. in illud Galat. III. [maledictus omnis, qui pendet in ligno.] Cyrillus in Cap. xix Ioan. init. cuius rei rationem hanc reddit; quia cum Scriptura de Deo loquitur, solet vti melioribus uerbis, vt scilicet lenitas uocabuli tristitiam rei mitiget, vt ait Hieronym. Cyprian. lib. III. aduers. Iudæos Cap. xiv. ita illud Iobi legit Cap. II. [dic aliquod uerbum in Deum et morere:] quod nos [benedic Deo et morere:] Sic I.

D. Thom. II. II. q. LXXVI. art. II.

Hieronym. obiter in illud Galat. IV. [Abraham duos filios habuit]

eius de

eiusdem Iobi [ne forte peccauerint filij mei, et benedixerint Deum in cordibus suis:] et paullò post [nisi in faciem benedixerit tibi:] et II. [tunc uidebis quod in faciem benedicat tibi,] dicebat Diabolus Deo: III. Reg. XXI. [dixerunt contra eum testimonium coram multitudine, benedixit Naboth Deum et regem.] Institutum iter calco iterum.

Martin. Martinius VIII. Hypotyp. Theolog. cap. VI. colum. DCXXIX. antiphon. sin recipit.

[Fecit quoq; Dominus Deus Adæ et vxori eius tunicas pelliceas, et induit eos] Origen. in Genes. dixit esse mortalia corpora post peccatum, vt refert Methodius dialog. Aglaophon; et Epiphanius in lib. Anchorat. quamuis Origen. hom. VI. in Leuit. apertè fateatur esse pelles ex animalibus. Francisc. Georgius Minorita tom. I. Prob. LIX putat allegoricòs tantùm accipiendum, vt sint tunicæ factæ ex pelle illius agni, qui abstulit peccata mundi, quod ueteri Origenistarum argumento probat, quod Deus non esset Lanius, vt animalia excoriaret; cum è singulis speciebus bina creasset; quas si occideret, statim alia deberet creare; huic sophismati responderunt Theodorus Episc. Heracleæ, et Gennadius Episc. Constantiensis non fuisse pelles sed cortices arborum, quasi pelles; sed his etiam respondet Theodoret. q. XXXIX. in Genes. creatori omnium non defuisse vnde pelles haberet. Procopius in Genes. potuisse uel ex conuersione præexsistentis materiæ, uel nouâ creatione: erat enim tunc dies Sextus, quo nondum creare desierat Deus. Vter meliùs facile iudicatu.

[Eiecitq; Adam et collocauit ante Paradisum uoluptatis Cherubim, et flammeum gladium, atq; uersatilem ad custodiendam uiam ligni uitæ] ita quoq; apud Hebræos in numero multitudinis Cherubim, et apud LXX τὰ χερουβίμ; vnde palàm est fuisse multos.

R.

R. BASILIO PONTIO. LEGIO-
nensi Augustiniano Theolog. CL. et primario apud
Salmanticenses S. Theol. antecessori.

Pergo, et in primum S. Mosis librum notas breues ab ipso primæui idiomatis vsu petitas, vel ad Græcæ Latiæue translationis gnomen adcuratè compactas do.

SCHED. IV.

obiter. adnoto

GENES. Cap. IV.

Et digitum uelut intendo ad fontes ubi uel adcuratiùs uel meliùs riuuli isti nostri promanant; lectionum dico varietatem, ex hac et illis sensus acutiores: Patrum sententias, uel auctorum oscitantias: nothing politissimum tuum iudicium, quod intuis Variarum disputationum uoluminibus non semel sum admiratus, obsecro, vir doctissime, uel animadversione moneat, uel emendatione tollat. En

I. [Adam uerò cognouit uxorem suam Euam, quæ concepit et peperit Cain, dicens Possedi hominem per Deum] seu per dominum אֶת יְהוָה Domino, siue coram domino, Lxx διὰ τοῦ θεοῦ.

II. [Factum est autem post multos dies vt offeret Cain de fructibus terræ munera Domino: Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis sui, et de adipibus eorum. Et respexit dominus ad Abel, et ad munera eius] Thedotio uertit [inflammauit Deus super Abel,] quam interpretationem Hieronym. hîc ueram esse ait, sed meliùs Lxx. ἐπέβλεψεν: שָׁעָה enim, vt in Hebræo est, non inflammare, sed respicere est, Esai. xli. et [loquamur et uideamus simul:] Hieronym. autem significat uerum quidem esse quod illâ interpretatione indicatur, hoc est sacrificium Abelis cælesti absumptum igne, vt in constructione templi Salomonis II. Par. vi. et in altari ab Eliâ constructo III. Reg. xviij. non tamen illam esse propriam ac germanam uerbi Hebraici significationem:

III. [Ad Cain autem et munera illius non respexit] quia iam mente conceperat parricidium, vt ait Cyprian. Serm. iv. de

mort.

mortalit. Isidorus initio chronicorum putat Cainum auaritiâ ductû obtulisse Domino spicas adtritas et conrosas, ad quas Dominus ideò non respexit, nec immisit in illius oblationem, vt in Abelis fratris, ignem; signum uerò super illum à Domino impositum, tremorem capitis fuisse autumat; at Græci expositores, quia Lxx uerterint, ubi nos habemus vagus et profugus eris, ἑτέμων, καὶ τρέμων gemens et tremens, credunt eum lacrumis, gemitibus, et tremore capitis nunquam vacasse.

V. [iratusq̃ est Cain uehementer et concidit vultus eius, dixitq̃ Dominus ad eum. Quare iratus es, et cur concidit facies tua?] חֲרֹה ב ex od. xxxii. [cur, domine, irascitur furor tuus contra populum tuum?] et Psal. cxxiii. [cum irascetur furor eorum in nos.] ~~quare non recte~~ Lxx ἵνα τι περιλύπος ἐγένου. Considera.

VI. [Nonnè si bene egeris, recipies? sin autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit] heîc Lxx longùm distant ab Hebræis legentes οὐκ ἀνόρθως προσενέγκης, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλης ἥμαρτες; ἡσύχασον, πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ αὐτοῦ ἄρξεισι. quæ uerba obscurissima sunt et difficile possunt in aptum sensum trahi. Si quem tamen *Ambrosio tribue et cum illo interpretare. Huius diuersitatis inter Hebræos et Lxx admonet Hieronym. et ita secundùm Hebræos legit [Nonnè si bene egeris dimittetur tibi, et si non bene egeris, ante fores peccatum tuum sedebit? et ad te societas eius, sed tu dominaberis eius.] quæ sic exponenda; Nonnè si bene egeris, dimittetur tibi omne delictum, siue (vt Theodotio ait) acceptabile erit; id est, munus tuum suscipiam, vt suscepi munus fratris tui? quòd si male egeris, illicò peccatum ante uestibulum tuum sedebit, et talis ianitor te comitabitur: Verùm quia liberi arbitrij es, moneo, vt non tibi peccatum, sed tu peccato domineris: sed tamen nostra editio propiùs etiam ad Hebraicam accedit veritatem. Nam ubi Hieronym. legit dimittetur tibi, et nos legimus recipies; Hebraicè est שְׂאֵת, qui est infinitiuus uerbi נָשָׂא, tollere; siue leuare frequentissimè. vt Genes. xviii. cumq̃ eleuasset oculos; Num. xvi. [cur eleuamini

*lib. II. de Voc. gent. cap. IV. et lib. II. de Cain et Abel cap. VI. et VII.

su

super populum domini?] Secundùm hanc notionem transtulit interpres, [nonnè si benè egeris, tollere, id est, recipies mercedem;] et in eadē fermè significatione Theodotio intellexit, sed tollere retulit ad Deum, quoniam infinitiuus non magis uidetur respicere hanc, quàm illam personam: vt sit sensus, nonne si bene egeris, tollere; id est tollam ego et suscipiam, munus scilicet tuum; nam eadem ratione significat sumere, et accipere. Psalm. xxiii. [hic accipiet benedictionem à domino:] Psalm. Lxxx. [sumite Psalmum; et date tympanum:] significat etiam dimittere peccatum, Iob. vii. [cur non tollis peccatum meum?] et Psalm. xxxi. [beati, quorum remissæ sunt iniquitates.] Genes. xviii [dimittam omni loco propter eos:] quare optimè huic loco ista sensuûm triga et argutè congruit: ast ubi legitur à Hieronymo ante fores peccatum tuum sedebit, nos habemus [in foribus peccatum aderit;] Hebræi לַפֶּתַח חַטָּאת רֹבֵץ, [in foribus peccatum tuum erit accubans:] id enim est רֹבֵץ siue sedere: Genes. xlix [requiescens accubuisti vt leo:] et [Isachar fortis accubans inter terminos:] Cant. i. [vbi cubas, vbi pascas in meridie:] ~~quod non dubito quinàte in uiis Commentariis bo=~~ ~~cupletissimis uberiùs ac diligentiùs observatum~~.

VI. [Sed sub te erit appetitus eius et tu dominaberis illius] idem nomen est et apud Hebræos et apud Lxx, quod in illo Cap. iii. [sub uiri potestate eris] Genes. Quare ego ita exponerem. ad te ô Cain, erit societas, et impetus eius, peccati nimirùm; hoc est, si male facere cœperis, peccatum ante te sedebit, nec uolet proficisci, sed potiùs adpetet tibi adsociari, tibiq; dominari: quia peccatum, quod per pœnitentiam non deletur, suo pondere in aliud trahit; sed tamen licèt se ad te conuertat, liberum tibi arbitrium dedi, ne regnet peccatum in tuo mortali corpore: exsurge aduersus illud, eiq; dominare. Non enim est in Hebræo [sub te erit appetitus eius,] sed ad te אֵלֶיךָ, Lxx πρὸς σε.

VII. [Dixitq; Cain ad Abel fratrem suum, egrediamur foras: cumq;

essent

essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel et interfecit eum] ex Lxx nimirùm, apud quos est, καὶ εἶπεν Κάιν πρὸς Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, διέβημεν εἰς τὸ πεδίον, apud Hebræos uerò, vt etiam heîc Hieronym. notat [dixit q̃ ad Abel fratrem suum] subauditur, ea qua locutus est dominus. Superfluum ergo est, quod in Samaritanorum et nostro volumine reperitur [transeamus in campum,] inquit Hieronym. Sed mihi non uidetur subaudiendum quod ille putat; nec enim opus erat Cain dicere illa fratri suo; sed in uerbis Hebraicis existimo latere sensum, quem pluribus uerbis Lxx expressêre, vt sit sensus; [dixit q̃ ad Abel fratrem suum,] id est, conuenit et quasi pepigit cum fratre suo, scilicet vt foras exirent: uel dixit ad fratrem suum, id est, præcepit fratri suo, scilicet vt egrederentur: ita enim sæpe sumitur in Scripturâ אָמַר siue dico: Psalm. CXLVIII. [ipse dixit et facta sunt.] Genes. III. [cur præcepit uobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno paradisi?] et Esther. VI. [iussit q̃ sibi afferi historias.]

[Dixit q̃ Cain ad dominum. Maior est iniquitas mea, quàm vt ueniam merear] in Hebræo signatè גָּדוֹל עֲוֹנִי מִנְּשׂוֹא [maior est iniquitas mea, quàm vt remittatur.] id est, quàm vt remitti possit, aut nunquam mihi tantum peccatum remittatur; Lxx optimè uerterunt μεῖζων ἡ ἁμαρτία μου τοῦ ἀφεθῆναί με. [Ecce eiicis me hodie à facie terræ, et à facie tuâ abscondar, et ero vagus et profugus in terrâ] נָע וָנָד, Lxx στένων, καὶ τρέμων (vt innuimus). Sed secus. Nihil enim hæc ad Hebraica uocabula pertinent: hæc duo ferè idem significant; hominem nempè vagum, instabilem, qui semper mouetur, alterum à uerbo נוּעַ moueo, Psalm. XXI. [locuti sunt labijs et mouerunt caput:] alterum à נָדַד, quòd etiam mouere, mobilem, seu vagum esse. Psalm. X. [transmigra in montem sicut passer:] Jerem. L. [et moti sunt, et abierunt:] vnde meritò Hieronym. reprehendit Lxx, quòd idem verbum נָד fecerunt nomen proprium terræ, καὶ ᾤκησεν ἐν γῇ Ναείδ: vbi nos secundùm Hebræos legimus [habitauit profugus in terrâ.] est enim נָד σάλευσις fluctuans ac instabilis, et sedis incertæ, Hieronymo notante; quanuis epist.

ad

Vid. Hieronym. epist. ad Dam. cui prima hæc verba [postquam epistolam], Vbi Gaulo aliter, quæ heîc, videtur sentire.

ad Damas. Lxx sequatur. Chrysost. hom. IV. de uerb. Esai. Vidi dominum; Corpus Cain paralipsi tactum esse ait, ex Genes. IV. [gemens et tremens eris super terram.]

X [Omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. dixitq; ei Dominus, Nequaquam ita fiet: sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur] ita Hebr. וְקַם; nam נָקַם uindicare seu supplicium sumere. Joe. X. [donec vlcisceretur se gens de inimicis suis.]

XI. [Accepit duos vxores (Lamech.), Nomen vni Ada, et nomen alteri Sella; genuitq; Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentorijs atq; pastorum: et nomen fratris eius Iubal, ipse fuit pater canentium citharâ et organo] pro canentium Hebraic. תֹּפֵשׂ [apprehendentis citharam:] תָּפַשׂ enim est apprehendere, Genes. xxxix [et illa apprehensa laciniâ uestimenti eius:] pro organo עוּבָב est instrumentum, quo amatoria carmina cantari solent, à verbo עָבַב uehementer amare. Lxx. ὅτι ἦν ὁ καταδείξας ψαχιήζων, κ

XII. [Sella quoq; genuit Tubal Cain, qui fuit malleator et faber in cuncta opera æris et ferri] pro malleatore habemus טֵשׁ à uerbo לָטַשׁ acuere, uel pollire ferrum. I. Reg. XIII. [vt acueret vnusquisq; vomerem suum;] pro חֹרֵשׁ quod est nomen generale, vt apud nos faber, à uerbo חָרַשׁ cogito uel machinor.

XIII. [audite uocem meam vxores Lamech, auscultate sermonem meum: quoniam occidi virum in vulnus meum, et adolescentulum in liuore meo, septuplum dabitur de Cain, de Lamech uerò septuagies septies] pro liuore Hebræis est חַבּוּרָה, qui non tam est liuor, qui manat ex percussione, quàm ipsa percussio: à חָבַר congrego, quod in percussione congregetur, uel congeletur sanguis.

XIV. [Cognouit quoq; adhuc Adam vxorem suam, et peperit filium, uocauitq; nomen eius Seth, dicens. posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Sed et Seth natus est filius, quem uocauit Enos. iste cœpit inuocare nomen Domini] הוּחַל, Lxx uerterunt ἤλπισεν, sed multo melius interpres noster. Nam הֶחֱלָה etiam ~~[illegible]~~ significat incipere, Deut. II. [hodie incipiam mittere terrorem:] sed quoniam hoc uerbum etiam significat profanare

et

eppolluere. psalm. Lxxxviij. [iustitias meas profanauerunt,] Hebraei ita hunc locum interpretantur [tunc profanatum est adinuocandum nomen domini,] idest, adtribuere nomen Dei idolis, tunc cæperunt idola pro Deo colere: Quam etsi sententiam Hieronym. uideatur reiicere, priorem probans, ego non prorsus contemnerem, imò sequerer. Tu videris, Basili doctiss.

R. P. CAROLO SCRIBANIO. S.I.

Theologiæ et litterarum Humaniorum peritissim.

Notæ Criticæ in V. VI. VII. IIX. IX. X. cap. Genes. noui operis eruditis omnibus gratissimi ac vtilissimi futuri. Io. Mariana Summo V. auctore dignissimi nuntiatio.

SCHED. V.

Amare liceat, quos potiri non licet; inuidere, quos non uidere; admirari, quos non imitari. Carole Scribani. Amo te; uidentibus (quid ni et potientibus?) inuideo: Scripta miror, quæ nulli vnquam fuerunt, sunt, erunt imitanda. eruditio illorum in cauſſa est, quam vt dignetur hæc qualiacunq; inspectare, etiam atq; etiam rogo: Et me beneficij memorem in amicitiam æternùm adsciscere; Cuius mihi aditus, spero, præbebunt quæ ad scripturarum sacrarum proprietatem uel inlustrationem in Cap. aliquot Geneseos obseruabam; in sequenti

GEN. Cap. V.

paullulum immorabor, illud tantum notans ibi inesse duplicem

difficillimam quæstionem; alteram, quòd in supputatione annorũ inter Hebræos et Lxx maximum uersetur discrimen, quod non semel accidisse alibi adcuratiùs dispendo: Nam annis ante generationem filiorum Lxx semper addunt C. vt adnotat Hieronym. qui nihil huic respondet quæstioni innuens, (vt opinor) uitiatũ esse codicem Lxx; eadem etiam in supputatione Cap. xi. differentia inuenitur; alteram, quam famosam Hieronym. uocat et omnium Ecclesiarum disputatione ventilatam, quòd secundùm hanc supputationem inueniatur Mathusalem uixisse xiv annis post diluuium, sed abillâ optimè se ille expedit heîc et in epist. quadam ad Damas. nec amplius anquiram, cum à Viro Summo mihiq3 amicissimo R. Ioanne Mariana in familiari sermone audiuerim, operi egregio auctore digno, alijsq3 quibus doctrinam cultiorem Vniuersus orbis acceptam debet meritissimò deferre, vt Hispania, et Toletum nostrum honorem; simillimo in Veteris instrumenti libros omnes manum ac limam vltimam iam pridem abs se impositam, typisq3 quam primùm subdendum de quo planè plenè nescio

τί τοσοῦτον, τί δ' ἔπεστα, τίδ' ὑσατιον κατολέξω

an eloquentiam amœnam, an amœnitatem religiosam; idiomatum exoticorum cognitionem, sententiarum acutissimarum siue mauis fundum, siue pondus; an, vt verbo dicam (ne paucis non possim non comprehendere) scientiarum omnium scientiam. illud addam è uerioris quàm amici iudicij penetrali frustra in scripturas sacras cæteros sine hoc duce Judaisse adhuc, de inceps illo non item. Pergo ad reliqua.

*Sched. VI. Decad. II.

[Porro Enoch (filius Jared) uixit sexaginta quinq3 annis et genuit Mathusale, et ambulauit Enoch cum Deo] quid sit ambulare cum Deo Lxx explicant vertentes εὐηρέστησε δ' ἐνωχ τῶ θεῶ, vt cap. vi. [Noë uir iustus atq3 perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit]

[vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, et genuit

filium

filium uocauitq; nomen eius Noë, dicens iste consolabitur nos ab operibus et laboribus manuum nostrarum interrâ, cui maledixit Dominus] quia primus omnium Noë iumenta aratro iunxit, et arare docuit, et ita consolatus est genus humanum à laboribus manuûm suarum, idest à labore fodiendi rastrorum ac manuûm vi, vt explicat Diodorus Tarsens. Episcop. in Genes. Francis. autem Georgius pessimè exposuit tom. 1. prob. LVIII. existimans maledictionem, quâ Deus terræ maledixit, durasse vsq; ad Noachi, et tempore eius sublatam fuisse. Germana autem loci interpretatio à

GENES. Cap. VI.

petenda. [uidentes filij Dei filias hominum quòd essent pulcræ, acceperunt sibi vxores] explicui iam alibi latius. *Iched. Decad

[Dixitq; Deus. non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est] Hieronym. heîc adnotat secundùm Hebræos legi [non iudicabit spiritus meus] &c significareq; non seueritatem, sed clementiam, idest, homines, quia carnei sunt et fragiles, non puniam modò sempiterno supplicio, sed tantùm delebo eos nunc post CXX annos. quoniã pro permanebit legimus יָדוֹן à verbo דוּן quod est iudico. Genes. XV. [verumtamen gentem, cui seruituri sunt, ego iudicabo,] et Cap. XXX. [iudicauit mihi Deus, et exaudiuit uocem meam dans mihi filium, et iccircò appellauit nomen eius Dan.] et Cap. XLIX. Dan iudicabit populum suum. et certè est iste sensus elegantissimus. Alij dicunt יָדוֹן deriuatum esse a יֶדֶן idest, vagina, vt sit non vaginabitur spiritus meus in homine, idest, non permanebit, sumptâ metaphorâ à gladio; quod affirmat Burgensis in Adnotat. in hunc locum. LXX uerterunt κατα μείνη.

[Erunt q; Dies illius centum uiginti annorum] Augustin. XV. deciuit. cap. XXIV. et Innocentius III. D. M. lib. 1. de miseriâ conditionis humanæ cap. IX. ait hunc locum posse intelligi et de spatio pænitendi, et de termino vitæ, ab illo enim tempore rarissimè leguntur homines terminum illum transgressi. Joseph. 1. Antiq. de spatio

vita

vitæ accipit. Lactantius lib. II. diuin. instit. Cap. XIV. et Diodorus Tarsens. Epi in Genes. Josepho adsentiuntur: sed Chrysostom. hanc sententiam refellit hom. XX. in Genes. et Hieronym. in trad. Heb. in Genes. multorum, qui pluribus annis fuerunt superstites post diluuium, vt Abraham CLXXV. exemplis vsus. de spatio ad pœnitentiam dato, sed postea propter eorum peccata breuiori effecto intellegit Theodor. Zachar. V.

[Gygantes autem erant super terram in diebus illis] Franc. Georg. tom. I. prob. LIV. hos esse adserit filios Diaboli, et ab eo genitos, et ita exponit illud inimicitias ponam inter te et mulierem, semen tuum (quod ait esse Gygantes) et semen illius: idem probl. LXXIV. et LXXV. et tom. VI. prob. CCCXXX, ideòq; eodem tom. prob. CCCXXXI. post Christum iam non fuisse Gygantes, quòd Diabolus victus sit. sed nugatur, vt solet, vel argutatur. Gygantes Origen. in Genes. non putauit corporis mole ceteris hominibus fuisse maiores, sed fuisse homines impios et Atheos, vt refert Gennadius Constantinop. Episcop. in Catenâ Græcâ octatheuci. quem errorem conuincit verbis scriptura et exemplis Theodoretus q. XLVIIJ. in Genes. sed de Gygantibus tot scripsêre, vt nec γρὺ de illis noui possit addi.

[Fac tibi arcam de lignis leuigatis, mansiunculas in arcâ facies, et bitumine linies intrinsecus et extrinsecus] Hebræi de lignis גֹפֶר, est autem genus ligni leuissimi sic dictum, quod hoc tantùm in loco reperitur. alij dicunt esse quoddam genus cedri. LXX uerterunt ξύλων τετραγώνων: quod etiam illo nomine significari nonnulli dicunt. transeo ad Cap. VII.

[Anno sexcentesimo vitæ Noë, mense secundo, septimo decimo diemensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, et cataractæ cæli apertæ sunt, et facta est pluuia super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus] bene cataractæ metaphoricos אֲרֻבּוֹת fenestræ. Esai. LX. [et quasi columbas ad fenestras suas:] ab אֲרֻבָּה vt alibi adcuratiùs.

*Sched. Decad.

[Ipsi et omne animal secundùm genus suum, vniuersaq; iumenta in genere suo, et omne quod mouetur super terram in genere suo, cunctumq; volatile secundum genus suum, vniuersæ aues, omnesq; volucres ingressæ sunt ad Noë in arcam] aues vocat צִפּוֹר, quo nomine

passeres

pastores, et vniuersa aues intelligi solent. Volucres verò id est quod cum quę habet alas, dicitur כָּנָף, Pron. 1. [frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. In Cap. VIII.

[Mense secundo septimo et vicesimo die mensis arefacta est terra] ita quoq; verterunt Lxx, sed in Hebræo legimus decimoseptimo עֲשָׂר; nisi fortè legendum עֶשְׂרִים iod cum Zerè addito, vt esset vigesimo.

[odoratus q3 est dominus odorem suauitatis, et ait ad eum. nequaquam vltra maledicam terræ propter homines] apud Hebræos non ita habetur, sed וַיֹּאמֶר יְהוָה אֶל לִבּוֹ [et dixit Deus cordi suo, uel in corde suo;] vt intelligamus hæc verba dominum intra se dixisse, non vt audiret Noachus. Lxx. etiam hoc significarunt, καὶ εἶπε κυριος ὁ θς διανοηθεὶς.

Cap. IX.

[Capitq3 Noë vir Agricola exercere terram et plantauit vineam: Bibensq3 vinum inebriatus est, et nudatus iacuit in tabernaculo suo; quod cum vidisset Cham pater Chanaan, verenda scilicet patris sui esse nudata, nuntiauit duobus fratribus suis foras] עֶרְוָה rectè Lxx γύμνωσιν. est discooperire, siue effundere. significat enim hoc nomen turpitudinem, vt Leuit. XIIX. aliàs accipitur pro parte infirmâ, immunitâ, et nudâ. Genes. XLII. [vt uideatis infirmiora terræ uenistis et immunita terræ huius considerare uenistis.] Ex nimiâ suorum adfectione, uel ex sapientiâ terrenarum rerum, quæ mysticè uinum dici solent, non ex vino uitis inebriatum putat Noachum Franc. Georg. tom. 1. prob. C1. sed quàm verè, ex ceteris inutilibus nugis à me [illegible]atis vnusquisq3 sibi iudicabit.

[Dilatet Deus Japheth et habitet in tabernaculis Sem sitq3 Chanaan seruus eius] est iucunda adlusio in his uocibus אֱלֹהִים לְיֶפֶת יַפְתְּ, ac si diceremus, augeat deus augustum, יֶפֶת enim est dilatare.

Cap. X.

Leuiculum et illud, quod heîc libuit obseruare et si nihil in tanti penderis rebus leue vnquam grauiori cuicunq3 iudicio uisum est: [de terrâ illa egressus est Assur, et ædificauit Niniuen et plateas ciuitatis] Lxx uerterunt. καὶ τὴν ρωβωθ πολιν, quid? tui iudicij sit Scribani eruditissimè, et antiquorum cuicunq3 par, certè nemine inferior.

D. ALVARO PIÇAÑO DE PALAÇIO

Theologo CL. Canonico Cordubensi.

Indissolubilem Hieronym. quæstionem fortassean dissoluo. Babel vnde, et quid?

SCHED. VI.

Amicitiæ tuæ, Aluare doctiss. quam magno V. Franc. Fernandæo cordoba æternùm debeo, memor, gratusq; ac lubens Notulas has inscribo in

Genes. Cap. XI.

[Erat autem terra labij vnius, et sermonum eorumdem] Philastrius in Catalogo Hæres. Cap. C. VI. putat Hæresin esse non fuisse diuersas linguas ante ædificationem Babel, quas omnes homines intellegerent; sed Alphonsus Castrius nostras uir doctissimus lib. IX. Contra hæres. ait eius potiùs sententiam esse hæreticam. et meritò; Chrysostom. hom. XX in Genes. et Augustin. lib. XVI. de Ciuit. cap. IV. ubi illud Genes. X per anticipationem dictum obseruat, vnde Philastrius deceptus videtur, diuisas esse à filijs Nöe insulas gentium secundùm linguas suas, Philastrij sententiæ planè refragantur.

[uenite igitur, descendamus et confundamur ibi linguam eorum, vt non audiat vnusquisq; linguam proximi sui, atq; ita diuisit eos dominus ex illo loco in vniuersas terras, et cessauerunt ædificare ciuitatem: et iccirco uocatum est nomen eius Babel, quia ibi confusum est labium vniuersæ terræ] in Biblijs Plantinianis ad oram pro Babel, est Balal. idq; opinor à quopiam ita correctum, quoniam nulla est radix Babal, quæ confussionem significet, sed Balal confundere: atq; adeò ratio fuisset inepta, vocatum est Babel, quia ibi confusum est labium. Ego uerò censeo legendum Babel, et significare in (supple eâ ciuitate ædificanda) confusio; itaq; prima syllaba Ba, est præpositio in apud Hebræos, et Bel est confusio à verbo Balal, quod est ex defectiuis, quæ duplicant secundam.

בָּבֵל בָּבָל בָּבֶל בֵּל

[Vixitq; Arphaxad postquam genuit Sale trecentis tribus annis,

etge-

et genuit filios et filias] Lxx habent CCC xxx III annis, Hebræi uerò quadringentis. Porrò Lxx meminerunt heîc Cainam, aiunt enim Arphaxad genuisse Cainam, et Cainam genuisse Sale, quod in Heb. modo non legimus. in

Cap. XII.

[Septuaginta quinq; annorum erat Abram cum egrederetur de Aran] Hieron. heîc dicit esse indissolubilem quæstionem, quomodo nunc Abraham fuerit Lxxv annorum, cum Tharè mortuus fuerit ducentesimo quincto ætatis suæ anno, et genuerit Abrahamum annum agens Lxx vt ex cap. præcedenti apertè constat. adhibet duas solutiones paullò duriores, mihi videtur facillimè posse responderi. Scripturam, vt solet sæpe, conlegisse omnes annos, quos uixit Tharè, præcipuè cum iam de ipso locutura non esset, et postea prosequi historiam Abrahæ, qui exiuit è terrâ Aran multò prius quàm pater moreretur, hoc est CXLV. anno vitæ Tharè, vt Hieronym. putauit. quod ipsa quoq; uerba quodammodo indicant; [egredere de terrâ tuâ et de cognatione tuâ et de domo patris tui.]

[et egressi sunt vt irent in terram Chanaan, cumq; uenissent in eam, pertransiuit Abram terram vsq; ad locum Sichem, et vsq; ad conuallem illustrem] uerterunt Lxx ἀπὶ τὴν δρῦν τὴν ὑψηλῶν, Nam אֵלָה vt quercus. Genes. xxxv. [et sepulta est ad radices Bethel subter quercum, et appellauit nomen loci illius quercus fletus.] Quamuis etiam uidetur significare locum, in quo consita quercus sint, et aliæ arbores. Genes. xviij. [apparuit autem ei dominus in conualle Mambrè.] Verùm ibi est in numero multitudinis אֵלֹנֵי, quomodo etiam legitur in calce capitis xiij. Apparet autem hoc in loco fuisse quercum aliquam insigni magnitudine conspicuam, vnde dicta est מוֹרֶה et à Lxx exponendi gratiâ τὴν ὑψηλὴν.

[Dic ergo, obsecro te, quod soror mea sis, vt bene sit mihi propter te, et uiuat anima mea ob gratiam tui] Chrysostom. hom. xxxii. et xlv. in Genes. et epist. ad Olympum existimat Abraham metu mortis consensisse in uxoris adulterium, eamq; illud acceptasse, vt vitam coniugis seruaret, atq; vtrumq; mentitum illis verbis, [dic quod soror mea est:] sed August. lib. xxii. cont. Faust. cap. xxiv. negat Abrahamum fuisse mentitum, et cap. xxxiii. consensisse illum, illamue adulterium passam: quod æquioribus fundamentis facile esset adstruere.

R. P.

R. P. M.
IOANNI MARQVEZ AVGVSTINIANO
Theologiæ ac litterarum sacrarum apud Salmanticenses professori, Ecclesiastæ Summo.

Coram quomodo in Scrip. capi soleat vocum aliquot Hebræarum vis aut notio. æternum, αἰών. memoratu digniora in V. cap. animaduc.

SCHED. VII.

Quidquid Naturæ — pleno copia Cornu

Mortalibus Boni elargita est, si inte, vir doctiss. reperiri dixero: multi fortasse mirabuntur, plures haud credent; omnibus ego, Tu potiùs facile uel leuiter adspectus persuadebis: Philosophiæ adyta adis? penetras. Theosophiæ pertractas sacramenta? calles. Politica agis? prudenter. salutaria doces? religiosè. eloquentiâ uel si cum Cicerone certes, victoria tibi conclamatum illicò, doctrinam stilo ceu tabulas pennicillo colorans, uel ludibundus perfundis; ingeniorũ omnium lineas non imitari, sed perficere cuiuscunq; iudicio uideberis. Multum tu Naturæ, Tibi Hispania (vt alijs tuæ cęlestis Familiæ uerè luminibus R.R. Augustino Antolinez. Io. de Fonseca, Philippo de Aste, Basilio Legionensi magno illo Ludouico non minori, alijsq; plurimis, quibus nunc fruimur, viris eruditione omni præstantissimis, quorum ego nomina quasi commemorationis opportunæ obsides præfixa vt volui, sic inuitus differo) Tu, inquam, Naturæ, Tibi Hispania debet donatrici, inlustratori: Ego non parùm, si hæc quo missa sunt animo accipias, tenuia illa quidem, sed è re satis graui, è

Genes. Cap. XIII.

[Loth uerò moratus est in opidis, quæ erant circa Iordanem, et habitauit in sodomis] καὶ ὡσκήνωσεν ἐν σοδόμοις, Hebræa paullò aliter habent, [et mouit tabernaculum vsq; ad sodomam] וַיֶּאֱהַל עַד סְדֹם id enim est אָהַל, vt ex eodem capite patet [mouens igitur tabernaculum suum Abraham:] quod LXX dixerunt ἀποσκηνώσας.

[homines autem sodomitæ pessimi erant, et peccatores coram domino nimis] ita quoq; LXX habet versio ἐν ἀντίον τῆς θεοῦ: Hieronym. superfluò additum esse coram domino existimat; illi enim dicuntur peccatores

coram

coram domino, qui mali cum sint, iusti tamen ab hominibus existimantur, Sodomitæ uerò etiam coram hominibus erant peccatores, quare in Hebræo חַטָּאִים לַיהוָה peccatores domino legimus, eo modo quo Psalm. L. tibi Soli peccaui, et II. Reg. XII. peccaui Domino: et si coram pro contra aliquando vsurpetur Luc. XV. peccaui in cælum et coram te, id est in te, vt obseruauit Euthymius in eumdem Lucam. I. Reg. II. [erat autem peccatum puerorum grande nimis coram domino;] uel pro in conspectu vt Gal. I. Luc. I. et XII. vt in potestate Genes. XXIV. Transeo ad

Cap. XIV.

[Factum est autem in illo tempore, vt Amraphel rex Sennaar, et Arioch rex Ponti &c inirent bellum contra Basà &.] in Hebræo est [factum est in diebus regis Sennaar] &. et in Lxx ἐγένετο δὲ ἐν τῇ βασιλείᾳ τὴν ἀμαρφαλ' βασιλέως σεννααρ &c.

[Omnes hi conuenerunt in vallem siluestrem, quæ nunc est mare solis] pro siluestri legimus הַשִּׂדִּים, quæ uox significat campos, à שָׂדַד, quod est terram uomere scindere, quamuis Lxx uerterint ἐπὶ τὴν φαραγγὰ τὴν ἁλικήν; est autem hoc mare salis, λίμνη ἀσφαλτίς, lacus bituminis, lacus ille qui dicitur Asphaltites vicinus Sodomæ, de quo Joseph. lib. V. de bell. Judai. cap. V. latè disserit. sic inferiùs [Vallis autem siluestris habebat puteos multos bituminis.]

[Percusserunt q̃ Raphaim in Astaroth et Carnaim, et Zuzim cum eis, et Emim in Sabe Cariathaim et Chorrios in montibus Seir, vsq̃ ad Campestria Pharan, quæ est in solitudine] אֵיל campestria, siue vallis; quamuis Lxx ἕως τερεβίνθου τῆς φαρὰν; doctiores iudicent.

[et ecce vnus qui euaserat nuntiauit Abram Hebræo] Lxx τῷ Ἀβραὰμ τῷ περάτῃ, id est transitori, quoniam erat peregrinus in terrâ, vt ait Paullus Heb. XI. עָבַם transire est; vnde facile conlegas vtroq̃ modo intellegi posse, et si Hieronymus Lxx magis adhæreat.

[quod cum audisset Abram, captum uidelicet loth fratrem suum, numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decem et octo et persecutus est eos vsq̃ Dan: &] pro expeditis Lxx ἰδίους, sed Hebr. הֲנִיכִים, eruditos et instructos legibus domus, nam חָנַךְ imbuere aliquem primis rudimentis est; præfectos hos existimat Joseph. VI. Ant. Cap. II. quorum singulis multi parerent, qui Abrahæ subditi erant quasi regi, Saram uerò reginam adpellat.

[et diuisis socijs irruit super eos nocte, percussitq; eos et persecutus est vsq; Choba X] in Heb. et Lxx hoc tantùm legitur [et irruit super eos noctu ipse, et serui eius et percussit eos.]

[At verò Melchisedec rex Salem proferens panem et uinum (erat enim sacerdos Dei altissimi) benedixit ei, et ait, Benedictus Abram Deo excelso, qui creauit cælum et terram] ita quoq; uerterunt Lxx, sed in Hebræo aliter, [qui possidet cælum et terram], est enim קָנָה à uerbo קָנָה possideo, vnde dictus est Cain Genes. IV. et eodem uerbo vtitur paullò post in hoc capite illis [Leuo manum meam ad dominum Deum excelsum possessorem cæli et terræ,] vbi Lxx, vt prius, ὸν ἔκτισε τὸν οὐρανὸν [et benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis traditi sunt.] Lxx ὸς παραδώκε τοὺς ἐχθροὺς σου ὑποχειρίους quoniam מָגַן etiam si significet protegere vt cap. XV. ego protector tuus: significat etiam tradere, quam heîc significationem aptiorem puto.

Cap. XVI XVI.

[Dixitq; Sarai ad Abram. iniquè agis contra me] apud Hebræos est, iniquitas superbe, contra me scilicet.

[Dixitq; ei Angelus Domini. reuertere ad domum tuam et humiliare sub manu illius] Sarai, Aggar dicebat Angelus: sed hæc humiliatio est Laborum perpessio, id est patere qua tibi intulerit mala וְעַנִּי ab עָנָה affligere, quemadmodum statim, [eo quod audierit Dominus afflictionem tuam,] pro quo Lxx dixerunt τὸ πείνωσαν. illud etiam adnotabo concubinas veterum patrum ex opinione Ambrosij non esse vxores sed adulteras, et Agar, exemplo probari ab eodem lib. I. de Abrah. cap. IV. excusariq; quia tunc non esset lege prohibitum adulterium: sed hoc ex aliorum sententiâ ab Ambrosio fortasse dictum, ideoq; additam secundam et tertiam solutionem; quia præterquam quòd Chrysost. et Augustin. in Genes. apertissimè huic opponantur sententiæ ex Genes. præcedenti capit. XVI. [et dedit eam Sara uiro suo in vxorem,] et III. Reg. XI. [fuerunt q; ei vxores quasi reginæ septingentæ, et concubinæ trecentæ,] palàm conuincitur.

Cap. XVII.

[Daboq; tibi et semini tuo post te terram peregrinationis tuæ omnem terram Channaan in possessionem æternam] æternum in Scripturâ est ἀιὼν, siue ἀιώνιον, et significat id quod non habet finem, aut vsq; in huius sæculi finem protenditur: vt Augustin. lib. XVI. de Ciu.

Aristot. I. de Cœl. cap. IX.

Cap. XXII.

Cap. xxvi. et lib. iv. Cont. Origenist. et Priscillianist. cap. vi. sed etiam lib. i. Quæst. in Genes. q. xxxi. æternum ait esse in Script. cuius finis non constituitur vt apud Horat

= Seruiet æternum, qui paruo nesciet vti;

Esai. xxxiv. ascendet fumus eius [Hierusalem] in sempiternum] et vsq; in sempiternum possidebunt eam. sed illud aduertendum לְעוֹלָם apud Hebræos cum sine ו scribitur, annum quinquagesimum significari, qui ἰωβολαῖος Moschopulo est: pro breuiq; temporis spatio accipi, vt exod. xxi. cum ו uerò æternitatem significari, vt Deutor. xxiii. et i. ad Gal. ubi idem seculum, quod æternum. Sic in Psalm. xxiii. לְעוֹלָם [eleuamini portæ æternales.]

Hieronym. in i. ad Gal.

R. Riuera fol. ccciii. Comm. in Amos, et ccclxiv in Mich.

[et benedicam ei et ex eâ dabo tibi filium] Deus Abrahæ de sarâ. sed hæc verba, et quæ sequuntur [cui benedicturus sum eritq; in nationes, et reges populorum orientur ex eo] de sarâ dicuntur, non de Isaac, ad quem referunt etiam Lxx, quod ex Hebræo apertissimè constat.

[et cecidit Abraham in faciem suam, et risit in corde suo dicens, putas ne centenario nascetur filius, et Sara nonagenaria pariet?] Augustin, xvi. de Ciuit. cap. xxvi. exultationem gratulantis, non uerò irrisionem diffidentis Abrahæ existimat, uerbaq; eius non esse dubitantis sed admirantis; et cap. xxxi. Abraham admiratum esse in gaudio, Saram, cum risit, dubitasse in gaudio: idem uidetur coniicit ex Rom. iv. et non infirmatus est in fide, et ex Ambros. et Theophylact. quamuis Chrysostom. ad calcem hom. vi. de poenit. aliter sentiat; quod et legisse se in codice peruetusto Græco Chrysost. hom. xl in Genes. qui è Biblioth. Sanctis Pagnini fuerat, testatur Sixtus Senens. lib. v. Bibl. adn. xcviij. Io. Arboreus lib. i. Theosoph. principio subdubitasse et hæsitasse, cum risit in corde suo; postea Dei permissu erectum Abraham, dubitationem deposuisse.

Cap. xviii.

[accelera tria sata similæ commisce] tria sata farinæ similæ, in Heb. est.

[ipse uerò ad armentum cucurrit, et tulit inde uitulum tenerrimum et optimum, deditq; puero, qui festinauit et coxit illum] Hebræi more suo vtuntur uerbo עָשָׂה Lxx ἐποίησαν αὐτό.

[reuertens ueniam ad te tempore isto uitâ comite, et habebit filium Sara vxor tua] לָעֵת חַיָּה intempore vitæ: nempè uiuentibus uobis. Lxx κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον εἰς ὥρας.

quo

[quo audito Sara risit post ostium tabernaculi] ex Hebræo hanc sententiam elicies, hæc uerba concinnabis [et Sara audijt ad ostium tabernaculi, et illud erat post ipsum,] Scilicet Abraham, LXX ita σάρρα δὲ ἤκουσε πρὸς τὴν θύραν τῆς σκηνῆς οὖσα ὁπόθεν αὐτοῦ, unde uidetur [redacted] esse, [et illa erat post ipsum,].

[erant autem ambo Senes prouectæq; ætatis, et desierant Saræ fieri muliebria] אֹרַח כַּנָּשִׁים, id est è uiâ siue semitâ mulierum pro muliebribus; vt Cap. XXXI. דֶּרֶךְ נָשִׁים. [quia iuxta consuetudinem feminarum nunc accidit mihi:] id est, quia uia feminarum nunc accidit mihi.

[quæ risit occultè dicens; postquam consenui et dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo?] אַחֲרֵי בְלֹתִי. id est, post senectutes meas, ita autem est in Hebræo [post senectutem meam erit mihi voluptas? et dominus meus senex est.] LXX ὅπως μὲν μοι γέγονεν ἐωσνῶ. ὁδὲ κύριος μου πρεσβύτης.

[iuxtà condictum reuertar ad te hoc eodem tempore uitâ comite et habebit Sara filium] LXX εἰς τὸν καιρὸν, לַמּוֹעֵד quæ uox etiam Genes. 1. et sint in signa et in tempora.

R. P.

PETRO DE PALENTIA DOMINICANO. Hebraicæ et Chaldaicæ linguæ in Complutens. Academ. florentissimâ olim professori.

יָחַד. שִׁיחַ. יָנָה. מַה מַה. Et alia quæ in VI. capitibus occurunt notatu digna, explicata.

SCHED. IIX.

Peccarem, et grauiùs peccarem, ni te, Petre religiosiss. in has Scripturæ sacræ, et Hebraici idiomatis, ac sanctioris linguæ Notatiunculas

et præ-

et præcipuum arbitrum, et censorem æquissimum eligerem, qui eos in vtraq; linguâ (Hebraicam et Chaldaicam dico) progressus feceris, queis maiores non dicam, sed pares difficile in vllo alio reperiri haud facile credam; quamobrem Cultissimum Non semel laudo iudicium inlustrissimi Dn. Ioannis Hurtado de Mendoza Comitis de Lodosa et Moron, qui te, quo amore et studio idiomatis huius Sanctiora penetralia prosequitur, vt eruditissimum eius artificem, sibi magistrum lubens vltro sibi adsciuerit, præaptauerit. Tuum semper ego, si hæc correxerit, quæ in

Gen. Cap. XIX.

[egressus itaq; Loth locutus est ad generos suos, qui accepturi erant filias eius] in Hebræo לֹקְחִי præsentis. in Lxx. εἰληφότας est; [dissimulante illo apprehenderunt manum eius, et manum vxoris, ac duarum filiarum eius, eo quòd parceret Dominus illi.] pro dissimulante illo Hebræis est וַיִּתְמְהֵמָה; מַתְמַה moram facere est, Genes. XLIII. si non intercessisset dilatio. Abacuch. II. [si non moram fecerit, expecta illum.] uel turbari uel obstupescere. Esa. XXIX. obstupescite et admiramini: Vtrumq; heîc expressum. hoc est, Loth. ac sui moram faciebant, uel obstupescebant, et turbati erant. Lxx postremum secuti sunt ἐταράχθησαν.

Cap. XX.

[Quæ non debuisti facere fecisti nobis] dicit Abrahæ Abimelech. rex Gerare, Hebræis est facientes quæ non fecerunt, id est fecisti nobiscum. quod optimè Lxx ἔργον ὁ οὐδεὶς πεποίηκεν, πεποίηκάσριοι.

[aliàs autem est uerè soror mea, filia patris mei et non filia matris meæ et duxi eam in vxorem] Hieronym. aduers. Heluid. et August. lib. contra mendacium ad Consent. Cap. X. Joseph. I. Ant. Cap. VI. scribit Saram fuisse filiam Aram fratris Abrahæ; cui adsentitur etiam Hieronym. in Quæst. Hebr. duas namq; filias habuit Aram (ex Cap. Genes. XI. constat) Melcham, et Iescham. Iescha etiam dicebatur Sara, quæ nupsit Abrahæ; R. Dominicus a Sotò cum aliter lib. II. de Iust. et iur. quæst. III. art. VIII. sentiret, in IV. dist. XL. q. vnic. art. IV. sententiam mutauit, et Thom. II. II. q. CX. art. III.

[Postquam autem eduxit me deus de domo patris mei] ita quoq; Lxx. sed Hebræi habent postquam eduxerunt me dij, quod de Angelis uerè adserendum.

[Saræ autem dixit. ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi

in

in uelamen oculorum ad omnes, qui tecum sunt, et quocunq; perrexeris, memento te deprehensam] in Hebræo pressiùs וְכֹכַחַת אֶת כֹּל, pro quo Lxx אֶ, πάντα ἀληθεύσον, sed Heb. verbum יָכַח, cuius participium passiuum est, significat arguere et reprehendere, Genes. xxi. [et increpauit Abimelech propter puteum aquæ:] et Cap. xxxi. [respexit dominus et arguit te heri.] vnde sententia erit, et cum omnibus, uel in omnibus reprehenderis, siue esto reprehensa:

Cap. xxi.

[Quis auditurus crederet Abraham, quòd Sara lactaret filium, quem peperit ei iam seni?] peperit, est in Hebræo et in Lxx uersione; quamuis in Hebræo non legatur [quòd Sara lactaret filium,] sed filios; verùm non nouum in Scripturâ multitudinis numerum pro singulari poni. vt Matth. ii. et xxvii. Marc. xiv. Luc. xxiii. Act. iv. Heb. xi. Psalm. ii. et locis alijs, quod etiam notant Hieron. in Matth. xxvi. et Augustin. iii. de Cons. Euang. cap. xvi, à quorum laudatione breuitati consulens supersedeo cum tibi quasi in numerato hæc omnia et cognitissima sciam.

[cumq; consumpta esset aqua in vtre, abiecit puerum subter vnam arborem quæ ibi erat, et abijt] שִׁיחַ, qua voce vtuntur heîc Hebræi, nomen est generale. Genes. ii. et omne virgultum agri: Iob. xxx, [et mandebant herbas, et arboris cortices:] et si Lxx peculiarem arborem, hoc est ἐλάτην fecerint.

Cap. xxii.

[Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, et vade in terram *uisionis, atq; ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem monstrauero tibi.] Lxx ἀγαπητὸν, sed optimè noster interpres, nam יָחִיד vnicum vel vnigenitum signatè indicat. Prouerb. iv. [tenellus et vnigenitus coram matre meâ:] Hierem. vi. luctum vnigeniti fac tibi: a יָחַד quod est vnire, siue vnicum facere, aut vnum.

*Hieron. heîc

Cap. xxiii.

[Vixit autem Sara centum uiginti septem annis et mortua est in ciuitate Arbeæ, quæ est Hebron in terrâ Chanaan.] Heb. est Cariatharbeæ hoc est, ciuitate quatuor, quia ibi conditi fuerunt Abraham, Isaac, Iacob, et Adam. Ios. xiv.

[appendit pecuniam, quam Ephron postulauerat, audientibus filijs

Heth,

Heth, quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ] Hebr. כֶּסֶף עֹבֵר סֹחֵר argenti transeuntis apud mercatorem, siue negotiatorem, vt apud nos [moneda que corre]

Cap. XIV.

[et introduxit eum in hospitium, ac destrauit camelos, dedit q3 paleas et fœnum et aquam ad lauandos pedes Camelorum et uirorum qui uenerant cum eo] imò ad lauandos pedes ipsius serui Abraham, vt est in Hebr. et uerterunt LXX.

[Prælatis q3 uasis argenteis et aureis ac uestibus dedit eà Rebeccæ pro munere] Hebræi, vt solent, uasa, כלי uocant: heic inaures, monilia, et cetera omnia ornamenta ad muliebrem mundum, quæ ex auro fieri solent uel ex argento.

R. P.
IOANNI LORINO S.I. THEOLOgiæ et litterarum Sacrarum peritissimo.

à cap. XXV. ad XXIX vsq3 difficiliora noto. in quibus non pauca raræ obseruationis.

SCHED. IX.

in ijs ad te, Lorine eruditissime, quasi ad eruditorum Prætorem, prouoco, quæ notabam in

Gen. Cap. XXV.

[Fuerunt autem diēs Abrahæ CLXXV anni, et deficiens mortuus est

est in senectute bonâ prouectaq; ætatis] ita etiam Lxx ἐκλιπὼν, quam versionem Hieronym. reprehendit, quod Abraham non possit dici deficiens; sed ipse non addit quomodo uertendum sit; quod habemus in Hebræo וַיִּגְוַע, at גָּוַע significat consumere. Genes. VI. et vniuersa, quæ sub terrâ sunt consumentur: et Cap. VII. consumptaq; est omnis caro. erit igitur, et consumptus, scilicet ætate, quam consumptionem non uarè vocauerunt Lxx defectionem, vt Cap. xxxv. consumptusq; ætate mortuus est, quod de Ismahele hoc ipso capit. xxv. vsurpat.

[et plenus dierum, congregatusq; est ad populum suum, et sepelierunt eum Isaac et Ismahel filij sui] Hieronym. mavult absolutè plenus, quod Hebræis est שֹׂבֵעַ Saturatus: sed Lxx meritò adiecerunt ad sensus plenitudinem plenus dierum: id est saturat' diebus. vt. I. Paral. xxiii. Dauid Senex et plenus dierum, et II. Paral. xxiv. Ioiada plenus dierum: de congregatione uerò ad populum suum, et de Isaaco et Ismahele patrem sepelientibus *alibi latiùs sum argutatus; quem locum aliosq; ex Genesi, et Numeris similes nouâ inlustraui obseruatione.

*Sched. I. Decad. I.

[Habitauit autem ab Euilâ vsq; Sur, quæ respicit Ægyptum introeuntibus Assyrios] in Heb. habitauerunt autem, filij nimirùm Ismahelis, de quo ibi.

[Coram cunctis fratribus suis obijt] Hieronymus explicat, superstitibus omnibus filijs suis; benè, nam fratrum nomine in Scripturâ filij accipiuntur: ipsum vide aduers. Heluid. fol. xi. Augustin. I. de serm. dom. cap. xLiii. et lib. cont. mend. cap. x. D. Thom. III. p. q. xxviij. art. III. ad. V. Naturâ dicuntur fratres Genes. V. Gente deut. xxiii. xxv. Rom. Ix. cognatione Genes. xiii. xiv. xxix. Matth. xii. adfectu II. Reg. I. Ioan. xx. sic Iacob Nepos Laban ex sorore perpetuò in Hebræo frater uocatur Gen: xxix. et locis pluribus, quos recensere supervacuum.

[Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere?] Hebr. sonat

Si sic

lisic, quare hoc ego? id est, si sic futurum erat, quare ego hoc optabam? Lxx εἰ τοῦτο μέλλει γενέσθαι, ἵνα τί μοι τοῦτο;

Cap. xxvi.

[Quare imposuisti nobis? poterat coire quispiam de populo cum uxore tuâ et induxeras super nos grande peccatum.] חֵטְא est quod uis delictum; Lxx ignorantiam uerterunt ἄγνοιαν.

[quamobrem nomen putei ex eo quod acciderat, uocauit Calumniam] עֵשֶׂק uiolentiam, quoniam ui eis ablatus est puteus; et ita sæpe accipitur in Script. Calumnia pro uiolentia, Lxx ἀδικίαν.

[et præcepit seruis suis, ut foderent puteum] in Heb. et in Lxx, et foderunt serui Isaac ibi puteum.

[Esau uerò quadragenarius duxit uxores duas, Iudith filiam Beeri Hethæi, et Bosemath filiam Helon eiusdem loci: quæ ambæ offendebant animum Isaac et Rebeccæ.] מֹרַת רוּחַ hoc est inobedientes et repugnantes. Lxx. uerterunt ἐρίζουσαι.

Cap. xxvii.

[Nunc ego, fili mi, acquiesce consilijs meis et pergens ad gregem affer mihi duos hædos optimos.] Hebr. duos hædos caprarum bonos. Lxx ἀπὸ αἰγῶν, καὶ καλοὺς teneros et bonos.

[Rursumq; Isaac ad filium suum, quomodo, inquit, tam citò inuenire potuisti, fili mi?] in Heb. ita, [quomodo ita festinasti ad inueniendum, fili mi? et dixit quoniam occurrere fecit Dominus Deus tuus ante faciem meam,] Vt Lxx etiam; pro [qui respondit, Voluntas Dei fuit, ut citò occurreret mihi quod volebam].

[dixitq; illi Isaac, quis enim es tu? &c quis igitur ille est, qui dudum captam uenationem attulit mihi?] Heb. quis ubi ille est; ubi quis et ubi ille est? solet namq; uel redundare, uel deesse, Vt docet August. in Psal. IV. et Greg. hom. II. in Ezech. de quâ re Pagnin. lib. I. Hebraic. instit cap. XXIV latissimè.

[auditis Esau sermonibus patris, irrugijt clamore magno, et consternatus ait. &c.] Lxx ἐβόησε φωνὴν μεγάλην, καὶ πικρὰν σφόδρα, Heb. וַיִּצְעַק צְעָקָה amara, pro consternatus.

ubi obseruandum corruptionem, Hebræorum more, subintelligendam,

et

[et in rore cæli desuper erit benedictio tua] Lxx κατοικησις
מוֹשַׁבֶךָ

Cap. xxix.

[profectus ergo Jacob uenit in terram orientalem, et uidit puteum in agro &] ante hæc verba multa addunt Lxx, quæ in Hebræo non inueniuntur, en illa καὶ ἐξαρας ἰακὼβ τοὺς ποδας, ἐπορεύθη εἰς γῆν ἀνατολῶν πρὸ λαβὰν τὴν ἐκβαθουηλ τ̄ συρου αδελφὸν ῥεβεκκας μητρὸ ἰακωβ κ

[cum audisset uenisse Jacob] Heb. pro venisse. שָׁמַע אֶת id est, cum audisset auditum eius, aut famam eius Lxx ὡς ἤκουσε λάβαν τὸ ὄνομα ἰακωβ.

[imple hebdomadam dierum huius copulæ, et hanc quoq; dabo tibi &] quamuis in Hebræo tantùm legatur שְׁבֻעַ nec addatur dierum, aut annorum ἑβδομα, vt uerterunt Lxx: aliter tamen omnino (vt etiam heîc notat Hieronym.) qui septem annos alios antequam Rachelem duceret vxorem, Jacobum seruijsse Labano existimarunt. in quibus Joseph. in Antiq: patet enim ex illis, quæ insequuntur, [Tandem potitus optatis nuptijs amorem sequentis priori prætulit, seruiens apud eum septem annis alijs:] Nec est in Heb. huius copulæ, sed huius tantùm, et apud Lxx ταύτης huius vxoris, esto cum hac Vxore septem dies.

D. Mil

D. VINCENTIO NOGVERA. V. Perinl. M.tum CAES. ET CATH.ae A CONSILIIS, SEDIS APOST. Referendario V. S. omnigenae eruditionis laude praestantissimo.

Genes. inlustrationem notis in multa capita et si breuibus, non leuibus cursim claudo, et quae exercendi idiomatis sancti gratiâ olim animaduerti, heîc prodo.

SCHED. X.

Tyrocinium hoc nostrum in Litteras sacras lubens finio; ne rudimentis tantùm Doctioribus fastidio esse uidear, quae ipsis fortasse uel animaduersa, uel neglecta, et leui brachio leuia haec leuiter notata ad te defero, V. cL. in

Cap. XXX.

Iacobo Rachel [habeo, inquit, famulam Balam, ingredere ad illam, vt pariat super genua mea, et habeam ex illa filios] in Hebraeo legitur יְאִבָּנֶה גַם אָנֹכִי מִמֶּנָּה, id est, [aedificabor ego etiam ex illâ;] nam aedificare alicui domum in scripturâ est prolem dare. Vt Exod. 1. de obstetricibus [aedificauit eis domos] Deus. Deut. XXV. de illo [qui non aedificat domum fratris sui,] id est suscitat semen. Ruth. IV. de Rachele et Liâ, [quae aedificauerunt domum Israel.] Sic. Genes. XVI Sara Abrahae [si fortè saltem ex illâ suscipiam filios.] in quem locum Hieronym. idem notat in tradit. Hebr. et si Augustin. initio locutionum Exodi de hoc loco ambegerit, et aedificare domum Exod. 1. pertinere ad diuitias existimarit.

[Comparauit me Dominus cum sorore mea, et inualui] in Heb. [comparationibus Dei comparata sum cum sorore mea et praeualui etiam,] siue uici.

[hoc pro beatitudine meâ, beatam me dicent omnes mulieres]

בְּאַשְׁרִי in beatitudine meâ. hoc est vt Lxx uerterunt μακαρία ἐγώ.

[gyra omnes greges tuos, et separa cunctas oues uarias, et sparso uellere, et quodcunq; fuluum et maculosum variumq; fuerit tam in ouibus, quam in Capris erit merces mea] Heb. [separa inde omnem agnum habentem maculas diuersi coloris et varium, et omnis agnus fuscus inter agnos, et maculosum ac varium in capris, erit merces mea].

[detractisq; corticibus] Heb. et decorticauit in eis cortices albos, et nudauit album quod erat super virgas; id est vt pars viridis remaneret vt antea, pars decorticatione adpareret alba. Addit Hieronym. has virgas fuisse populeas, amygdalinas et mali granati: sed Lxx interpretantur Styracinas, nuceas et platani.

[in canalibus vbi effundebatur aqua] Heb. et Lxx in canalibus, et Conchis siue receptaculis aquarum, idest in locis perquos decurrebat aqua, et in quibus recipiebatur.

[et in aspectu earum conciperent] Heb. heîc est יָחַם quod est calefacio, vt statim [factumq; est vt in ipso calore coitus;] et [igitur quando primo tempore ascendebantur oues.] honestissimâ coitus venerei periphrasi.

[igitur quando primo tempore ascendebantur &] Heb. et factum est in omni coitu ouium quæ primo uere nascituræ erant (בְּשָׁרוֹת) ante ponebat Iacob virgas ad oculos ouium in Canalibus, vt coirent in virgis (idest ad earum conspectum) in ijs uerò ouibus, quæ serotinæ erant, et posteriore tempore nascituræ non posuit.

Cap. xxxi.

[Cur ignorante me fugere uoluisti?] Heb. cur absconditus es ad fugiendum? quæ uerba prætermissa sunt à Lxx.

[et timor Isaac] idest Deus quem Isaac timebat et colebat.

Cap. xxxii.

[Ecce vir luctabatur cum eo] Nonnulli autumant Angelum

non

non luctatum cum Jacobo, sed adstitisse, et opem ei cum Diabolo spiritaliter luctanti adtulisse, vt Origen. III. Periarch. et Hieron. Eph. VI. alij luctatum cum Diabolo in specie Esau vt refert Procop. in Genes. sed verum luctatum cum Angelo bono corporaliter, vt ait Theodorus Epis. Heracl. in Catenâ Græcâ; ceterum Hieronym. illud ex sententiâ Origenis, vt sæpe in illis commentarijs solet, locutum facile quis persuadebitur. Sixt. Sen. V. Bib. An. CXI.

Cap. XXXIV.

[Vt opprimens virginem] וַיְעַנֶּהָ, et afflixit eam. Lxx καὶ ἐταπεί νωσεν αὐτὴν.

[eo quod fœdam rem operatus esset] Heb. et Lxx eo quod fœditatem (siue stultitiam) fecit in Israel, dormiendo cum filiâ Jacob, et ita non erit, aut fiet. et si mihi magis adrideret futurũ præteriti loco poni, vt hæc sententia sit; et sic non factum est, id est, nunquam res huiuscemodi accidit in Israel.

[nos pauci sumus] מְתוּם quo nomine heîc vtitur, inuenitur in plurali significatq; hominem, siue mortalem, vnde מְתֵי מִסְפָּר viri numeri, id est pauci, qui citò numerari possunt, ait ergo Jacob, ego exiguus sum numero.

Cap. XXXV.

[Egressus autem in verno tempore ad terram, quæ ducit Ephratham] כִּבְרַת, quod Hierony. vernum tempus, Lxx loci nomen fecerunt, ἐγένετο δὲ ἡνίκα ἤγγισε χαβραθα τοῦ ἐλθεῖν εἰς τὴν ἐφραθα, sed tamen כִּבְרַת etiam significat tempus electum. IV Reg V. [abijt ergo ab eo electo tempore;] quamobrem Hieronym. verno tempore uertit absq; dubio.

[quod illum minime latuit] Lxx addunt καὶ πονηρὸν ἐφάνη ἐνωπτον αὐτοῦ: quod Heb. abest.

[in Mambre ciuitatem Arbee] Lxx εἰς πολιν τοῦ πεδιου, verum est ~~verum est~~ Cariatarbee, de quâ Jos. XIV. et nos antea.

Cap. XLIX.

[fiat Dan Coluber in uiâ] Method. in fine suarum reuelat. hæc ad Antichristum refert, quem futurum putat de tribu Dan,

vt

Vt Iudas proditor fuerat. quod Latius Ambros. in lib. de bened. Patr. Cap. VII. et si Hieronym. in tradit. Heb. in Gen. et Augustin. lib. de bened. filiorum Iacob. de Sampsone dictum Credant. Sed vt in Methodio in tractatu de Antichrist. ad calcem tom. IX. oper. August. sic etiam in Gregorio. III. Moral. Cap. XIIX.

Haec nos experiundi ingenium in diuinis et linguarum notitiam commentabamur paene pueri. Critica prurigo, Vt Parca, nulla vsquam pepercit. Verum nec hoc exercitationis in sacris genus prorsus leue. Scio qui respuant, qui homilias concionesue in Scripturarum sacrarum explanatione confarcinent. Ast [aliter catuli aliter sues olent] vetus verbum est. Exemplo erit praesens Commentationum sacrarum Marianae mei interpretatio. Ceterum Vt ad me redeam, non difficebor multa heic leuia, sed non pauca proficua, itaque Varronianum illud occinam [qui non pauca erit commode, boni potius consulendum, quam qui aliquid nequiuerit, reprehendendum]. Tu tibi dictum puta, V. Cl. cui haec tutanda securus commisi.

aliorum eruditioribus commentarijs non inspectis, aut in subsidium consiliumue vocatis

DECAS TERTIA

HORARVM SVBSECIVARVM.

AD

AMICOS, DOCTOS, NOBILES.

SCHEDIASMA I. D. Io. Fonseca de figueroa Canon°. Hispal

II. ~~Bonaventuræ Vulcanio V. CL.~~ ~~GASP. BARTHIO V. CL.~~ NICOL. HEINSIO V. CL.

III. ~~Danieli Heinsio V. CL.~~ ~~IANO DRUSIO V. CL.~~

IV. ~~Io. Meursio V. CL.~~ FREDERICO MORELLO V. CL.

V. Balthasari et Io. Moretis Typograph. CL.

VI. PAVLLO ALBINIANO DE PAJAS S. J.

VII. I. CÆSARI BVLENGERO V. CL.

IIX. ~~IANO RVTGERSIO V. CL.~~ IACOBO GVTAERIO V. CL.

IX. CLAVDIO SALMASIO V. CL.

X. D. Augustino Tamaio cognato meo.

INLVSTR. D. IO. FONSECA DE Figueroa Canonico Hispalensi.

Plinij Secundi interpretes alios Spicilegium nostrum ueteribus eccles. Toletanæ membranaceis libris, siue exconiectura: illius inseptem priores libros prælibatio. Solinus an Plinio posterior? nomina oppidorum Hispaniæ aliquot vulgaribus expressa.

SCHEDIASMA. I.

Bene Plinius Nepos de Auuncula, quem scripsisse inter alia, qua vtinam exstarent, dicit libros [Naturæ historiarum xxxvij. opus diffusum, eruditum, nec minus varium, quam ipsa natura.] epist. ad Marc. nam in qua ille ex ipsius adytis non penetrauit, quæ eleganti puroq; stilo non diffudit? sed vt opus ipsum varium, ac eruditum; varij in illud eruditiq; viri non sine Reip. litterariæ bono desudarunt. Inter alios Des. Erasmus, Beat. Rhenanus, Iac. Milichius, Iac. Zieglerius, Nicol. Perottus, Hermol. Barbarus, Sig. Gelenius, Freden. Pintianus, Iac. Dalecampius; qui, Deus bone, viri! qui uel uniuersos Plinij codices ad veteres membranas sedulò comparatos excusserunt, vel notis eruditis inlustrarunt, vel eorum partem animaduersionibus illi impensè conducentibus locupletarunt: agmen reliquum litteratorum, qui extra Plinium Plinium auxerunt, quis commemorem? Nam quis aliquod à duobus ijs seculis nomen habuit in litteris, qui Plinium inlustraturus non tetigit? sed omnium horum labores uicit, ingenia laboreq; præstantissimus Toletanus noster Petrus Ciaconius in Commentarijs ad Plinium, qui in inlustris viri Lud. Castellæ bibliothecâ magno eruditorum omnium desiderio aliquando exituri, adseruantur. Verùm dum tot de Ciaconio votis satis non fit, tu, inlustrissime Joannes, talem nobis, quâ es eruditione, Plinium dabis, vt Ciaconium, qua in tuis laudibus non vltima laus erit, amplius non requiramus. Det Deus vt des, et Hispaniam nostram tantæ eruditionis præmessis, vt potes, ditες. Ego interim

ne

ne in tua hæc doctrinæ omnigenæ horrea asymbolus ingrederer, post te magnorum virorum terga conlectas è exemplaribus Toletanis denuò inspectis, ex antiquioribus, per quos Plinius profecisse se non diffiteretur, scriptoribus, et aliquando ex coniecturâ nostrâ has spicas offero. Tu illas cape, et pente alij, quibus, ne tibi fastidio sient, per partes do, dico.

in Plin. ad vesp. præfation. lib. 1.

Ipsa in Plinij ad Vespasianum suum præfatione.

[Namq; tu solebas meas esse aliquid putare nugas, vt obiter emolliam Catullum &c].

Sic in M. S. sed vox illa [emolliam] mihi semper suspecta, quæ sustinenda, non nihil immutandum esset ex Catullo, ita vt è duro carmine prorsa mollior redderetur: aliter heic. Tu iuva.

[Scito enim conferentem auctores me deprehendisse à iuratissimis] Rhennanus [furacissimis] facile ex f. apiculo superiore ablato [iuratissimis] durius culum tamen est. hi à Latinis qui à Græcis ἀκέντοι.

[cum publicæ famæ tympanum potiùs videri posset.] in M. S. [cum p' fame tympanum] fortasse meliùs, cum tam Tiberius quàm Plinius Appionem subsannare velint. etiamsi illud [pre] pro [publice] poni in M. S. dicat Rhennan. Transeo ad lib. II.

Lib. II. cap. III.

Cap. iij. vbi illud noto à Plinio dici innumeras mundo esse effigies animalium rerumq; cunctarum impressas, vbi de eius motu agit; quæ quidem contra philosophiæ scholam esse nullus dubitat. de quib. vid. Iac. Zieglerus, ne in re nota pluribus agam. Cap. vij.

VII.

[Orbonæ ad ædem larium aram] sic in M. S. Pintianus verò repugnantibus omnibus libris orbat Plinium Orbonâ hac Deâ: Landinus meliùs in versione Italica illam agnoscit, quæ filijs parentes priuet; quæ quidem retinenda ob M. S. constantem lectionem, et quia inter cetera fictorum nomina Deorum, hoc ad nomerat Arnob. IV. cont. Gent.

Vid. Stad. Iun. An. lib. III. Cap. I.

XI.

Cap. XI. [non posset quippe totus sol adimi terris, intercedente luna, si terra maior esset, quàm luna.] Iac. Milichius Legit [Nam posset quippe totus sol &c, si luna maior esset quàm terra.] Iac. Zieglerus [non posset quippe totus sol

non

non adimi terris, nisi terra maior esset, quàm Luna.] variè, vt vides; Lectionem tamen vulgarem ex consensu manuscriptorum non improbo: Cap. XIV. [lucere dodranteis semiuncias &c] sic explico. hora diuiditur in duodecim partes, et dodrans cum sit nouem, hoc est dempto quadrante ex asse, manent nouem quæ sunt tres quartæ: crescit igitur lux à secunda adiectis tribus quartis et vigesima quarta parte, nam idest semiuncia: vid. Budæum l. de Ass. XIV.

Cap. XXV. [Disceus suo nomini similis]: hoc est quarta species, vt ait Aristoteles, quando materia vndiq; sibi similis est, ὁ δὲ δισκεὸς δίσκω παρίφερος, καὶ τὸ εἶδος ὡς ἤλεκτρον. inferiùs [sed cometes ~~nunquam~~ nunquam in occasura parte cæli est.] potiùs legendum [nonnunquam] ex Aristotelis sententia. Ad calcem [post obitum patris Cæsaris &c] Hinc illud Virgilij cape eclog. IX. XXV.

— Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.

Cap. XLiij. [Namq; et è fluminibus ac niuibus et è mari uidemus et quidem tranquillo, et alios quos mari redeunt, Tropæi uocantur; si pergunt, Apogæi.] obscura hæc: Lege. Namq; è fluminibus ac niuibus et è mari uidemus, et quidem tranquillo, altanos, et alios, quos vocant apogæos è terra consurgere, qui quidem &c] sententia uidetur expostulare. Cap. Lxiij. [nullis precamur irati] alij [imprecamur rati], non placet; illud magis si pro [iam nulli] legas [nonnulli]: cetera, vt in textu, relinquenda. Cap. Lxxix. [præclara quædam esse et immortalis in eo (si credimus) diuinitas perhibetur, Anaximandro &c] Lege et interpunge ex ductu m. s. [præclara quædam et immortalis (si credimus) diuinitas perhibetur Araximandro &]. Cap. Lxxxviij. titulus [quas terras interruperint maria] nullo modo conuenit cum ijs, quæ in ipso capite: quod non mirum XLIII. Lxiij. Lxxix. Lxxxviij.

cum

cum nullus capitum titulus Plinianam sapiat manum. Transi-

Lib. III. cap. I. lib. III. Cap. I. vbi de [solorio monte], qui quidem forte ille est, quem modo ad Sannabriam oppidum [sorpacium] adpellant, quasi sorpicium: de quo Isidorus videndus lib. XIV. orig. cap. VIII. adtolluntur namq; iuxta hoc oppidum mirum in modum Solorij culmina. Hieronymus Paullus lib. de flum. et mont. Hispan. eiusdem ibi videtur constituere, vt et Ortelius in Thes. Geog. Paucula adiiciam de Hispania Nostræ oppidis, [corduba], est apud me nummus Augusti cum inscriptione [corduba col. Patric.] sunt in eo vexilla et Aquila. quæ multis docet vir eruditissimus Martinus de Roa S.I. lib. de princip. Cord. in Betica. [Ilipa] strabo lib. III. Ilipam et Italicam diuersa sentit, et à mari distare DCC stadia ait. Vidi nummum æreum grandiusculum, in cuius altera parte palma est, in altera piscis, et infra piscem ILIPENSE, hoc est æs, vt credo. sic cap. III. vbi de Iulia celsa Colonia: testatur idem nummus, qui apud me est. [Bellis] nunc [Bele]. inter nummismata Tiberij nonnulla reperiuntur cum inscriptione [Cascantum]. [Tritium] vt credo, [Nasera]. [Virolesca] [Briuiesca]. [Egelasta] in Tarrac. [Inhiesta] Vid. lib. XXXI. cap. vij. ad calcem eiusd. Cap. [celerini], qui an idem cum municipio Celenij, cuius mentio in I. Conc. Tolet. ibiq; constituitur in conuentu Lucensi, ambigo; nam vetus codex [celerni] habet. Hæc notare perfunctorie libuit in hoc cap. Ceterum de ijs vid. Vir magnus Ant. Augustinus in dialog. quos communioris iuris fecit eleganter amicus noster Arid. Scotthus communi Litterarum bono natus.

V. Cap. V. [inter sextam horum primamq; brumalem] sic intellege, inter orientem hybernum et meridiem hybernum, vt sic puncta signentur vbi orizontem secant orientes et meridies, Mediet Italia.

[magnum]

[magnum mare], anne heic quod ab Isidoro magnum
uocatur mediterraneum? nullomodo. Plinius Atlanticum
intellegit. Cap. XVI. [agris quam nauigijs torrentior] XVI.
Tolet. et Salmant. codices, quibus vsus Pintian. [agris quam=
uis torrentior]. sed planior vulgata Lectio, quodve he=
mentior sit quoad agros, quam quoad nauigia: nam [agris]
datiuus est, neq; ad illum fit comparatio. Cap. XVIIJ. XVIIJ.
[Deceptos credo &c]. ad numera ijs, quos heic deceptos Pli=
nius credit, etiam nostrum Melam, qui cum deceptis hac
in re sentit. Lib. IV. Cap. XI. [Ægeo mari nomen lib. IV.
dedit scopulus inter Tenedum et Chium uerius, quam in= Cap. XI.
sula]. M. S. [inter Tenum et Chium] anne [inter Tenon
et Ceon]? fortassis, cum Tenos apud Ptolemeum, et Tenos apud
Melam reperiatur vna ex Cycladibus, et Cea, quam Pli=
nius in mari Ægaeo constituit. de quibus vid. Ortelius in
Thes. Geog. Cap. XIJ. nota Hamaxobios Alanis XII.
conterminos, qui Abares Nicephoro, hi in Africam cum
Wandalis inruerunt; ex Alanis et Abaribus vox Alarabes
nata forte est, quos nunc [Alarabes]. Vid. amicum nostrũ
eruditiss. Bernard. Aldrete lib. Antiq. Hispa. Africæ,
aliarumq; prouinciarum, vbi in hanc rem, si memoriâ va=
leo, multus. Cap. XIV. [auenis incolæ viuunt]. XIV.
Malè Italica translatio [aduenis] videtur expressisse.
Lib. V. cap. V. [à C. Balbi triumphata, vnius omnium lib. V.
externo curru et Quiritium iure donato]: Hic primus exter= Cap. V.
norum iure ciuitatis donatus, itaq; Lege [vni omnium externo],
et currum triumphum interpretare, sic Tacit. lib. I. Hist.
[curru vehi haud permissum &c]. Cap. XVIIJ. [in XVIII.
regna contribuuntur] similis dicendi modus Suetonio in
Augusto [regna quibus &c aut alienigenis contribuit]
Lib. VI. Cap. XVI. [finis omnium eorum ductus ab illa lib. VI.
parte Cap. XVI.

parte terrarum &c] vbi [ductus] patrius casus est, hoc est expeditionis, seu potius propositi, vt Solinus interpretatur cap. LII Polyh. [vniuersi eius ductus duntaxat ab illa terrarum parte laxantes fluuius secat fines] in quo an [eorum] ex Plinio legendum, non [eius], tu iudica. Cap. XXI. de Arijs iunctisq; gentibus [Nam quod aliqui tradidêre aurum argentumq; ijs solum esse, haud facile crediderim.] Solinus id tradit aperte; anne hinc existimatur antiquior Plinio, præsertim cum nusquam apud illum de hoc mentio? et cum a Philippo Bergomo in Supplem. suppl. Chron. Augusti temporibus dicatur scripsisse? Nugæ. Vid. Io. Camers in eius uita. Cap. XXX. [à media eius parte imminens mari &c]. V. C. [à meridiana]

lib. VII. proemio. Lib. VII. proœm. [omnia exsequi humanus animus queat.] expressit Homericum illud αρταλεου δέ με ταῦτα θεον ως πάντα ἀτορεύειν.

Cap. IV. Cap. IV. [editis geminis raram esse aut puerperæ, aut puerperio, præterquam alteri, vitam]. Hic locus expressus omnino ex Aristotele est Cap. IV. lib. VII. de nat. Anim. vbi clarior [in genere humano pauci gemini seruantur, si alter mas sit, alter femina]. Plinius confundit heîc puerperij et puerperæ notionem, et pro geminis infantibus, qui sint diuersi sexus; aut certe diuersum quid ab Aristotele intellexit raram esse vitam et matri et proli. Cap. VI. [crurum inguinum leuis tumor] in Toletano autographo [crurum et inguinis læui tumor] bene, quia in læua parte gignuntur feminæ. Cap. VII [quantulo serpentis ictus dente] de facili pereundi ratione. dignum illud Theocriti ~~[illegible]~~, quod teneatur. ηλιχον μὲν τὸ πλῆτα και τηλίκον ἄνδρα δαμασσει

Atq; hæc in rem præsentem, præsertim cum tot occurrant in hoc Libro varia lectiones quot sententiæ: sed cum multæ ab alijs iam adnotatæ, multæq; futiles admodum sint, operæ pretium faciam, si hic stetero.

NICOLAO RIGALTIO BIBLIOTHECAE REGIAE
PRAEFECTO V. CL.

Multa in Plinianis Lectionibus varietas indicata et iudicata. Ex Aristotele Plinius Correctus: quid [orgyia] ex Nicandro iterum, ex quo lux Statio inlata. à Varrone, Plutarcho, Macrobio, alijs Plinius directus, Elops anacipenser. Glossema duplex indicatum, expunctum. Coniecturæ non infelices aliquot in locis desperatis.

SCHED. II.

Eodem ferè modo duos Plinij Libros recognoscamus: VIII. et IX. in quibus magna variarum Lectionum seges; in ijs, quæ vel alijs communes, vel non magnæ rei, parum immorabor, diuersitatem tantùm monstrasse contentus, cap. II. [quaterni singulos puerperas imitantes] in m. s. [pompas imitantes]. Cap. III. [quà corpus intexit] m. s. [quod]. cap. IV. [sed et percuncta quid caueant] m. s [periuncta]. cap. V. [miretur gratam Aristophani &] m. s. [mirè gratam Aristophani in arte Grammatica celeberrimo.] cap. IX. [prosternunt acies, proterunt armatos] m. s. [prosternunt acies procerum armatas]. Cap. XII. [Draco itaq; iter ad pabula speculatus] plenius in m. s. [Draco itaq; certum iter &] inferiùs [arctatisq; illigata manu in aurem morsum defigere]: alij [arctatos], alij apud Chifletium coarctatos.] m. s. meliùs et simpliciùs [arctiusq; illigata &c] cap. XV. [Tradunt in Pæonia feram, quæ bona sus uocetur; equina iuba, cetera tauro similem, cornibus ita in se flexis, vt non sint vtilia pugnæ, quapropter fuga sibi auxiliari, reddentem in ea fimum interdum, et trium iugerum longitudine: cuius contactus sequentes, vt ignis aliquis, amburat.] sic ista in Dalecampiana editione: quæ quidem mira, si trium iugerum spatio Bonasus fimum reddat. cxx passus transcendit igneus ille fimus; ô bombardam! M. S. manu quasi in veram Lectionem ducit, vbi hæc sic concipiuntur [qua-

Lib. VIII. cap. II. III. IV. V. IX. XII. XV.

propter

propter fuga sibi auxiliari, reddente ea fimum ad orgia dum longitudinem &] mendose, sed vnde veritas eruatur, cui Aristoteles, à quo Plinius pleraq; omnia, præit lib. IX hist. Anim. de Bonaso εἰς τέτταρας ὀργήας ἀφ' ἑαυτοῦ, [ad quatuor orgyia] siue vt Gaza mauult [passus] bene. Vnde Plinius [quapropter fuga sibi auxiliari, reddente ea fimum ad IV. orgyias longitudinem.] siue, si vulgatis adhærere malueris [reddentem in ea fimum IV. orgyiarum longitudine]: nam vtraq; lectio ad rem. Lectione codicis V. et nostra coniectura Mureti opinationem adiuuari postea animaduerti, qui lib. Var. XIV. cap. IV ad eamdem amussim Plinij

XXIII. verba expendenda est arbitratus. Cap. XXIII ipso initio [quod ad serpentes adtinet, vulgatum est colorem plerosq; terræ habere, qua occultentur] alij [terras habere, inquas] alij [earumplerasq; terrarum, inquas]. M. S. [terræ habere inqua] paullo post [cerastis corpore eminere cornicula sæpe quadrigemina] Legendum ex Nicandro in Theriac. [quatuor aut gemina], cuius hæc verba [post hac et fraudulentum insequentem nunc cerastem agnoscere potest perinde ac viperam, nam illi corpore plane non dispar est, interdum quatuor, interdum uerò duobus cornibus conspicuus.] Græca sic habent.

ἐνδὰν καὶ δολόεντα μάθοις ἐπίοντα
κεραστὴν, ἡυτ' ἔχω, τῷ γαρτε δομεῖν
ἐχδάλλιτον ἥσην ἄλλοτε μὲν πιουρέσσι,
τότε δ' ἐνδοιοῖσι κεραστής,

Scholium Locum enarrans πιουρέσσι δ' / ἐπεὶ εἰσὶ τετρακέρατοι καὶ δεκέροι κεράστοι. Post hæc [colla aspidum intumescere nullo ictus remedio] ad feriendum intellige, nam ita inquit Nicander, a quo ista Plinius: Papinio statio hinc lux inferenda Theb. II. vers. CDX.

— Ast illi tacito sub pectore dudum
= ignea corda fremunt, iacto velut aspera saxo,
= cominus erigitur serpens, cui subter inanes

= longa

= longa sitis latebras, totosq; agitata per artus
= conuocat in fauces et squamme a colla venenum.

Progredior. Cap. XL. de canibus. [et ab ea, quæ feminas sit exprimi para genita, faunos cerni.] Non muto hanc lectionem, quæ cod. Tol. auctoritate confirmatur, et si alijs aliter uisum, quiquiduis aliud quàm [faunos] legunt; et canum limphationem intellego, quoniam Colum Cap. XII. lib. VIII. de resust. quosdam esse ait canes assiduos et circumseptos, alios temerarios, qui vano strepitu et falsa suspicione concitantur, quod fortasse Plinius, cum [faunos cerni] dicat, voluit. XL.

Cap. LV. [Archelaus auctor est, quod sint corporis cauernæ ad excrementa lepori, totidem annos esse ætatis.] Videndus Varro lib. XII. Cap. XII. Vbi, quæ heîc Plinius [cauernas ad excrementa]. dixit, ille [foramina naturæ] adpellat: hæc eius verba [itaq; de ijs Archelaus scribit annorum quot sunt si quis velit scire, inspicere oportere foramina naturæ, quæ sine dubio alius alio habet plura.] scitè, et ex eodem auctore: sed quæ hæ apud Plinium [cauernæ]? podicem ne intelligit? verùm quid [corporis]? expungendum tamquam glossema, quod è margine ab aliquo sciolo scriptum, in alienas sedes impunè adhuc transijt: quod et imposuit interpreti Thusco [quante cauerne ha la lepore in corpo doue sta lo stercho], qui intestina uidetur intelligere, sed id Plinius puræ priscæq; latinitatis adsertor [corporis] nomine non dixisset. itaq; lege [Archelaus auctor est quot sint cauernæ ad excrementa &c.] Hinc ad lib. sequentis Cap. XV. [Thynni dextra ripa intrant, exeunt læua. id accidere existimatur, quia dextro oculo plus cernant, vtroq; natura hebete] contrarium videtur sentire Plutarchus: [imò vero hercle, inquit, ipsam priùs opticem videamus, quamneq; Æschylum piscibus negasse putem. sic enim inquit, σκαιον ομμα παραβαλων θυννου δικην, altero siquidem obtusu cernunt, hoc est quod cum pontum dextrorsus subeant, sinistrorsus egrediantur, scitè et prospicienter admodum salutem suam LV. Lib. IX. Cap. XV.

oculo

oculo perspicaciori credentes.] Quod Thynnos dextra ripa intrare et Læua exire Plinius, de natatione intellego ad pontum, dextra intrant in bosphorum, cum dextro oculo plus cernant, et exeunt in Pontum Læua propter timorem Lapidis, versus Byzantium natantes. Cap. XVII. de acipensere [unus omnium squamis adversis contra aquam nando meat.] alij [contra quam alij nando meat] alij [cum aqua nando] siue [natando meat]: sed cum in Plutarchi mentionem incidimus, ex eodem notemus quæ libello [vtra animalia sint prudentiora huic loco illustrando faciunt: inter alia (multa enim sunt quæ lectori minus occupato relinquo) [hoc igitur, ait, vt dixi commune piscium omnium est, acipenseri tantum excepto, secundum ventos et fluctus meat, hic squamæ uulsionem nihil veritus, vt quarum commissuras ad ios versus habet.] Lod. Cap. [quidem eum elopem vocant] fortasse, sed an idem acipenser sit dubitare faciunt quæ ipse Plinius Cap. Vltim. lib. XXXII. ex auctoritate Ouidij [Elopem quoq; dicit esse nostris incognitum vndis, ex quo apparet falli eos, qui eumdem acipenserem existimauerunt]. Ouid. in fragmentis Halieutic.

= et pretiosus elops nostris incognitus vndis.

Ad Calcem huius Capitis notomulum, quem Atinius octo M. nummûm mercatus est, à Macrobio septem M. ex auctoritate Samonici emptum dici; vnde videndum in alterutro mendum sit. Cap. XXIII. [Aristoteles myrum vocat marem, qui generat.] anne id feminis munus generandi? dele alterum vt glossema futile ex interpretatione alicuius rupiconis, qui ad oram marem eum qui generat voluit sibi similibus interpretari. Cap. XXV. de Cheneide pisce [Pedes eum habere arbitratur Aristoteles] imò Aristoteles lib. II. de hist. anim. pedes non habere aperte dicit: itaq; Aristotelis nomen hinc eradicandum, vt è margine additicium. Scioli notauit ex Aristotele, nam ille corû

errorem vefert, qui pedes habere dixerunt, vnde alius id ar-
bitrari Aristotelem putauit, qui errori ansam præbuit. Cap.
XXIX. de polypis [Natant obliqui in caput, quod præ durum est XXIX.
sufflatione viuentibus.] Aristot. IV. de hist. ait caput polypis
quandiu viuunt prædurum et quasi inflatum: quod an hêic in
animo habuerit Plinius, eruditior (tu inprimis, Vir amiciss.) iu-
dicet: nam cum. VII. huius lib. cap. sentiat spirandi naturam in-
esse piscibus, hêic dicere videtur [natant obliqui in caput], quod
molestum et difficile est, hoc est [prædurum], ijs nimirum, qui
spirando viuunt, hoc est, [sufflatione viuentibus.] Cap. XXX. XXX.
[Carteiæ in cetarijs assuetus exire è mari in lacus eorum apertos]
inferiùs [ostendêre Lucullo caput eius dolij magnitudine]. ab-
sunt à M. S. voces illæ [eorum] et [eius], quas meritò abundare
quis iudicabit. in eodem M. S. [cetera in vndis natant] Leg.
[ceteræ] non malè. Cap. XLV. de spongijs [in Hellesponto XLV.
asperæ et densæ circa Maleam: Putrescunt in apricis locis ideò
optimæ in gurgitibus.] Non mihi constat Lectio, nam Ma-
lea Peloponesi promontorium est ἀπὸ Μαλεατῶν ab
Hellesponto distans Ptolemæo teste; vnde legendum ex litterarum
ductu crediderim [circa Mastusiam], nam hæc Hellesponti finis,
et ab eo Ægeum mare procurrit; Mastusium, si bene legas,
Hygino, μαστόιον Lycophroni; Ptolemæo, Plinio, et Mastu-
sia. at siquis [Maleam] retinere mordicus uellet, reponat in-
terpunctionem aliter [in Hellesponto asperæ et densæ; circa Ma
leam putrescunt &c] sed melior prima illa Lectio. quod sequi-
tur [circa M. putrescunt in apricis locis, ideò optimæ in gurgi
tibus], generalis quædam sententia est, sed quid vbi loci apri-
ci? anne [apertis] reponendum, vt gurgitibus opponantur?
nam alioqui gurgites ipsi aprici sunt: nisi forte Loca apri-
ca portus intellegas, gurgites verò mare altum. Locus a b ζ

Avis-

Aristotele desumptus planè est lib. v. quem adcertiorem sensum velim consulas.

XLVI. Ad Caput XLVI. quod de Caniculis marinis est, noto nubem, quam Plinius dixit crassescere super caput Urinantium prementem eos arcentemq; à reciprocando, nihili esse, existimo, nec tale vnquam re uera esse, sed videri illis ita et timoris erga caniculas, et Caliginis in qua natant, caussâ: Nam statim subiicit [nubem enim et nebulam (cuius nomine id malum appellant) inter animalia haud vllam comperit quisquam: illa verò parenthesi distingo [(et ob id stilos præacutos Lineis annexos habere sese, quia nisi per forsæ ita non recedant:)] Cap. LVII. [circa Heracleam et Cromnam], Legendum absq; dubio [circa Heracleam et Lycum amnem]; nam post pauca confirmat ipse Plinius [circa Heracleam eamdem, eodemq; Lycoamne] hæc ex ipso scriptore facilis ac certa coniectura: alij alias suffarcinant, sed intempestiuè. —

LVII.

DANIELI HEINSIO V. CL.

Oripelargi vox restituta Plinio, ex Aristotele: qui contra Gazam versus; μετέωρος quid Demostheni. Plinij lectio emaculata ex coniectura Vergaræ et Gomecij W. CL. et obseruatione nostra in Oppianum et Epiphanium. Phænix Lactantij nitori suo Vindicatus. glossema e Plinio eliminatum. in eundem ex Theophrasto et Dioscoride animaduersiones,

SCHED. III.

A X ad XIII librum Plinium excutio, quod tui iudicij V. CL. facio. Lib. X.
Cap. III. de Aquilis [Quarti generis est perenopterus; eadem oripelargus Cap. III.
&] Variæ heîc interpretum coniecturæ. Hermolaus [eadem moratus
per lacus]: Rhenanus [super lacus.] Chifletius [prauè nari per lacus.]
sed male hoc illis diuinationis genus heîc cessit, cum [oripelargus] ex
Aristotele, à quo Plinius, legi debeat. Tu illum vide Cap. LII. lib. IX.
de hist. anim. Cap. V. [defuncta postremò in rogum accen- V.
sum eius iniecisse se se] abest à m. s. [eius]. Cap. VI. de Vultu- VI.
ribus [fuere qui putarent illos ex aduerso orbe aduolare, falsò.]
Apud Aristotelem sic hæc ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἡρώδοτος ὁ τοῦ
βρύσωνος τοῦ σοφιστοῦ πατὰρ ἀπὸ τινὸς αὐτὸν
ἑτέρας εἶναι μετεώρου τῆς ἔλετεν. sic Theodor. [alium de situ
eminentiori quodam venire dixit]: ego verò ab altera incerta
terra interpretandum arbitror, cum μετέωρος incertum aliquãdo
significat, qua notione et Demosthenes vsus in ijs ἔτι γὰρ τῶν
πραγμάτων ὄντων μετεώρων. Cap. XX. De pa- XXI.
uonibus [omnesq; in aceruum contrahit pennarum, quos spectari
gaudet oculos.] Hunc locum aliter distinxit et legit olim Vir
clariss. Io. Vergara Canonicus Toletanus omni doctrinæ ge-
nere politissimus, ac exterorum iudicio doctissimus, approbante

illi

illi pari Aluaro Gomecio, cuius manu interpunctum Scriptumq; sic ad Plinij, quem inter se conferebant, oram Legi [omnesq; in acer-uum contrahens pennarum, quos spectari gaudet, occulit.] nam paullò post [ab Auctoribus non gloriosum tantùm animal hoc tra-ditur, sed et maleuolum,]: Hæc illi, et rectè. Nam Vulgata Lectio nullius ferè bonæ sententiæ est. Ceterùm quod in Op-piani xxv. Cap. 6

Φαιδρότερον τερπνοῖσιν ἐν ὄμμασιν εἰσοράασθαι
pulcrius iucundis oculis ad videndum.

Et in Epiphanio Cap. xii de Pauon. ad Physiolog. περιπατῶν γὰρ ὁρᾷ αὐτὸν τερπόμενον, εὐκεκυφεῖαν δὲ ἔχων τὴν κεφα-λὴν ἀποβλέπει. &c. [cum ambulat, seipse Lætitia exultans intuetur demittit verò caput, et in terram oculos coniicit:] ex opti-mis virorum doctissimorum Con. Rittershusij, et Dn. Consalui Pon-ce de Leon nostratis interpretationibus legas; nihil ad rem cum aliò illa oculorum mentio tendat: quæ addidisse operepretium duxi tum ne virorum nostratium doctissimorum inuentis de frau-darem eruditionem, tum ne ista imperitiori obstarent, quominus Vergara Gometianaq; coniectura susq; deq; haberetur. Cap. L.

L. [M. Lælius strabo Brundusij equestris ordinis &] in M. s. [Leuius], hinc legendum absq; dubio [Lænius] ex Varrone cap. v. lib. iii. de re rustic. [M. Lænij strabonis, qui

LV. Brundusij hospes noster &] Cap. LV. [Traditur quædam ars gallinarij cuiusdam, dicentis quod ex quaq; esset.] alij Legunt [ex quoq;]; sed melius vulgata à Dalecampio, quam confirmari noto ex Ciceronis ii Acad. Quæst.

lib. XI. Cap. XXII. Succedat ijs lib. xi. Cap. xxii. de bombycibus [Nidos luto fingunt salis specie, applicatos lapidi &] in lustrationem capiat hic locus à Lactantij Firmiani Phœnice.

Ac velut

Ac velut agrestes, cum filo ad Saxa tenentur
mutari pennæ papilione solent.

quid heîc pennæ siue pinnæ? Monstrum vocis, quæ elegans carmen cumcupit: emenda [tineæ] bene et ad rem, vt in Ouid. Metam. xv.

quæq; solent canis frondes intexere filis
agrestes tineæ, res obseruata colonis
ferali mutant cum papilione figuram.

Cap. XLI. de Lacte. [Tenuissimum camelis, mox equis; crassissimum asinæ, vt quo coaguli uice vtantur.] ex Aristot. sumptum Lib. III. de hist. cap. xx. sed aliquanto diuersius, nam illic crassissimum non asinæ dicit, sed bubulum: errorem autem Plinij hunc esse, non librariorum, vt ad solet, deprauationem inde constat, quod sequatur [conferre aliquid et candori in mulierum cute existimatur]: quod verò dixit [ut coaguli uice vtantur] forte, nam ex eodem Aristotele, equinum et asininum miscent ad phrygium caseum conficiendum. Cap. L. de caudis [nudæ hirtis, vt apris; paruæ villosis, vt vrsis: prælongis setosæ, vt equis] Leg. [prælongæ setosis]. Cap. LIII. [nec est intellectus vllus in odore vel sopore et aqua vinumq; interemit, salamandra ibi immortua, vel si omnino biberit, vnde potetur: item ranas quam rubetam vocant.] Locus hic transponendus sine dubio, et post hæc vltima legendum illud [nec est intellectus vllus in odore vel supore]: nam præcesserat de salamandra [quie dêre moriuntur:] cum ijs continuandum [et aqua vinumq; i., s. i. i, v. s. o. b, v. p: item rana, quam rubetam vocant; nec est intellectus v. i. o. v. s. Tantum insidiarum est vitæ.] Locus apertissimus. inferiùs [ideòq; magna differentia est victus: vt in tractu prisce: uiuentium Theophrastus prodidit.] Leg. [in tractatu]: quod etiam visum Thusco interpreti, qui sic vertit: a page illorum nugas qui ~~tractatum~~ in tractu

in

testor Deum immortalem post annum et quod excurrit, inuenisse hanc emendationem vt à CL. Did. Couarruuia suggestam in Mic. XLI Thomasij Not. in lact. quod ijs principibus placuisse viris non inter postremos laudem reputaui.

L.

LIII.

in tractatu intellegunt. Trāseo ad lib. XII. in cuius
lib. XII. proëmio [quam obrem sequi par est ordinem vitæ, et arbores
Proem. inter alia dicere, ac moribus primordia ingerere.] Hermol. Bar-
barus [ac orbis primordia] legit; Io. Cæsarius [honoribus] quia
agit statim de arboribus in honore habitis; siue [odoribus] cum
de odoriferis primò agat. sed rectè vulgata [moribus,] nam paullò
ante [quo magis ac magis admirari subit ab ijs principijs cædi
montes in marmora]: nam sequi par est ordinem vitæ, et dicere
à quibus principijs in hos mores venerimus: atq; ita moribus pri-
mordia ingerendo, arbores scilicet, quibus vestiabantur, ad vestes
Cap. I. seras peti, ad victus tot palati Lenocinia. Cap. I. de platanis
[Dionysius prior Siciliæ tyrannus Rhegium in vrbem transtulit
eas]: quid [in vrbem?] annè Romam? nunquam: dele
igitur vt glossema: et vid. Theoph. cap. VII. lib. IV. hist.
plant. Ad calcem [est Gortynæ in insula Creta iuxta fontem
platanus vna &] in Theophrasto, vnde ista, cap. XV. lib. I.
non [iuxta fontem] sed πρὸς σκηνῇ τινι tantùm habetur.
IX. Cap. IX. vbi de arboribus persi maris [Bactriano nidor
siccus &c] variant et codices veteres et viri docti. ex illis multi
legunt [nitor siccus]: ex ijs Priscianus [nitor suus] conflat,
quod postea [suum pondus] dicat Plinius: Chifletius [Bac-
trionitor secus]: sed, meo iudicio, aberrant longe ab scopo,
cum vulgata lectio puta puta sit, cum deprehendatur, vt Pli-
nius ait, odore, colore, pondere, gustu, igne. nidor enim
odorem respicit; et est nidor siccus qualis thuris, humidus
qualis ollæ. itaq; lectio, quam prætuli, per me sarta, tectaq;
XV. esto. Cap. XV. vbi de myrrha [folium oliuæ, verum cris-
pius et aculeatum] non [oliuæ] Theophrastus, sed [vlmi]
dixit, cuius hæc verba [myrrhæ aculeatum, non læue,
vlmeo simile, crispum tamen, extremo spino horridulum,
i lignei modo.] quæ propiùs spectauit Plinius, locus tamen

errori

errori hinc natus est, quod hæ voces adfines valde sint πτελεα ulmus, ἐλαία oliua, Cap. XVIII. [Felix appellatur Arabia falsa et ingrata cognominis, quæ hoc acceptum superis ferat, cum plus ex eo inferis debeat.] ex Cod. Salmanticensi Pincianus legit [ingrata et falsi cognominis]. verum fallitur. neq enim Plinius sentit falsum esse cognomen, cum illam multis de caussis beatam prædicet, sed falsam, hoc est deceptam, cum propter Deos se credat appellari felicem, cum magis id debeat inferis, hoc est in terra viuentibus. XVIII.

Cap. XXII. libet adnotare quæ Plinio et Dioscoridi conueniant. Flos fistulis calamorum araneum a Plinio adpellatur; Dioscor. lib. I. cap. XVII. γέμων, αραχνίων τὴν συρίγγα: quod verò Plinius [assulosè frangi], Dioscor, ibid. εἰς πολλοῦ, σκινδαλμοὺς θραυσμένος; quod Plinius [lentus in frangendo] vt [in fricando odorata] cap. XXV. eiusdem libri, id est, dum fricatur contra grammaticorum canones; Dioscorides ἐνδέτη διαμασσή-σ. γλιχὸς, in commanducando glutinosi lentoris; quod ita crediderim et in Plinio legendum, nam de fractione dixit [assulosè frangitur.]. XXII.

FEDERICO MORENO PROFESSORI REG.
V. CL.

Draco palmes, varia lex vuæ, siue varianæ an quæ purpureæ? vuæ et racemi interpretatio. Plinius abse ipso restitutus pluries, ex Dioscoride, et Theophrasto non semel. Tantum non, μόνον οὐ. vinum eunuchus. Colymbades. περικὰ quæ Galeno et sericum Plinio. Feminæ ieiunio cereris festum celebrabant. διὸς υἱὸς. niger color aeri, et aquæ Homero, apud quē Thesalia et Ægyptus. ἠερικὴ à terra nigra.

SCHED. IV.

Vide, amabo, mecum has in Plinium castigatiunculas ad exemplaria Toletanæ Ecclesiæ comparatas. lib. XIV. Cap. I.

lib. XIV. Cap. I. [Et tabulata in orbem patula replent, puroq; producto dracone in palmam &]

quid Draco heîc e Plinio ipso cap. XXIII. lib. XVII. noscendum [Nuper repertum, draconem serere iuxta arborem, ita appellamus palmitem emeritum, pluribusq; induratum annis.] rationem pete ab Scaligero patre exercit. in Card. pag. 312. vers. 33.

[Vua non aliubi gratior collo.] in Tolet. cod. [crassior] Turneb: [Crassiori] legit.

[Centurionum in manu vitis et opimo præmio tardos ordines ad lentas perducit aquilas &] in M. S. [optimo] pro [opimo], an hinc legendum facili immutatione [optimo remedio]? non male, nam quid heîc [opimo præmio]? quisquiliæ. Cap. II.

II. [Vix vlla magis tam denso vuarum partu &] V. C.

[Etruria nulla magis vite gaudet &] plenius.

[insignes iam colore inter purpureas nigrasq; medio &] quæ [purpureæ] vuæ notum ex auctoribus Horat. od. II. epod. Virgil. II. Georgic. Ouidio VIII. Metam. Columel. lib. III cap. II. sed has ne intelligit Seruius apud Macrobium

cap.

Cap. extremo Sat. lib. III. cum [variolas] inter vuarum genera commemorat; crediderim, præsertim cum [varianæ à quibusdam appellatæ] apud Plinium sint. [minor, quam arcam appellant &] alij [arcum] notant legi in vetust. in nostr. [marcum] distinctè, vnde facilis Lectio ex Columel, apud quem [emarcum] inuenitur. ad calcem

[Tolerat et annos mytica contra omne sidus firmissima] alij in mm-scrip. reperere [situs.] Ego in nostris [contra omnes ictus].

Cap. III. [columbinæ acinosissimæ, et magis purpureæ cognomine bimammiæ, quando non racemos, sed vuas alias gerunt.] interpretor pregrandes acinos habentes, sed grandiores purpureas cognomine bumammias, et sic ex Macrobio Cap. Saturn. vlt. lib. III. Lego. quod sequitur [quando non racemos sed vuas alias gerunt.] aduerbium [aliâs] puto: racemos videntur gerere, sed acinus, quem vuam appellat, vicem racemi habet: Quod verò vua acinus sit Iuuenalis indicat

: vuaq; conspecta Liuorem ducit ab vuâ;

et quod vua appelletur id quod in fine palati dependet circa fauces: et de ijs bumammijs siue bumastis Plin. l. huius lib. Itaq; Columbinæ acinosissimæ, hoc est feraces, et magis purpureæ feraciores sunt; Vbi [magis] idem facit quod comparatiuum; [quando non racemos sed vuas aliâs gerunt] carent aliæ vua racemo, hoc est, quod vulgo dicimus [gajos] siue à carpendo [carpas]: sed hæ bumammia non racemos sed vuas: nam vua [razimo], racemus [gajo], vnderacematio [Lareuuscа], vt nostro more dicamus. Cap. VI. Vbi de vinis generosis [D. Augustus Setinum prætulit cunctis, et ferè secuti principes, confessa propter experimenta, non temerè cruditatibus noxijs ab ea. Salua. Nascitur supra forum Appij.] Locus obscurus, nec ab interpretibus siue lectionibus variis clarior, alij legant [ab eo simile nascitur] alij [salebra nascitur], vt

dale

Dalecampius, et vt Pincian. [Setiæ nascitur] quia Setia tractus, vbi setinus ager, et setinum vinum. Verùm semper subesse mendum manifestum est. nam quid ibi [temere] sit, nisi temere interpolatum non video. vnde legerim [confessa propter experimenta, nam medetur cruditatibus noxijs ab eo saluia.] à pyctano nimirùm. de quo Videnda. Dioscorid. lib. v. et Pincianus in hunc Plinij locum. Inferius [et quæ à palma vna fortè enata, palmesia appellantur] sic legendum, non vt Hermolaus mutat [palma vna] in Corol. ad Dioscor. lib. v. cap. III. et IV. quod ex ipso Plinio confirmo lib. III. cap. XIII. vbi describit Italiam et Prætutianum Palmensemq; coniungit. vide verba. cum ergo hos agros coniungat, quod et heîc videre est, non est cur palma vua legatur, quamquam Hermolaus ex Cassiodoro dicat à palma fortasse palmatianum antiquitus vinum dictum Brutium. paullò post [tingentes fumo] si legatur vt ex Tolet. Cod. Pincianus mavult: fumus heîc non ad colorem sed ad odorem confert vino, nam quod de aloe inferius est, colori et sapori subseruit: lectionem Pintiani de aloë (ne quid hoc celem in viri magni iudicij confirmationem] confirmo ex ipso Plinio lib. huius cap. XXI.

VII. Cap. VII. [quod cunctis prætulit Præparentium.] Lego ex Athenæo [peparethium]: ex insula peparetho agnoscit et Pollux πεπαρηθον, quæ et Ptolomæo, Straboni, Thucydidi, et Ouidio nota.

IX. Cap. IX. [dum præcocta alba faciunt siccantes sole], libet et minutiora persequi, sic noto heîc [dum] pro [dummodo] esse, vt Grammatici obseruant apud Ciceron. ad Attic. [quotuis præfecturas sume, dum ne hic negotieris].

XVI. Cap. XVI. vbi de vinis factitijs [post XXX dies mutantur]. Dioscorides lib. v. cap. XXIV. εἶτα διυλίσας ἀποθον, trigesima deinde die per colum traiectum reponito. adde ijs illud leuiculum [inuenio factitatum tantùm

non

non vnguentorum compositione]. vbi [tantùm non] pro fermè interpretor, quòd Græcis μόνον οὐ, ita in Tiberio Suetonius [tantum non adversis tempestatibus Rhodum nauigauit] res pueris nota. Cap. xx. [hæc vini siccata recipit ignes] an hinc intellegenda illa Cap. VI. huius lib. vbi [solo vinorum flamma accenditur]? sic puto. Cap. xxii. vbi illud obiter noto ipso initio dictum [millibus scelerum] pro scelestorum, vt in Terentio [o scelus], et Propertius lib. III. [scelus Polymnestoris]. nam nihil inunditiarum harum Plinium bonum Latinitatis auctorem fugit, nec mihi vertendum vitio, si inculcauero: paullo post [Quinimò vt plus capiamus, sacco frangimus vires] cuius nam vires? hominis rebar aliquando intellegendum: Nam quemadmodum cetera irritamenta cicutæ et balneorum excogitantur; ita etiam et saccum aliquot passus gestandi; nam saccus frumentarius est, quo frumentum geritur: quamuis tamen saccus vinarius sit, quo vini fæces colantur, [manga] vulgò. Nihil ad rem nunc vt plus capiamus vini vires frangere aliquando, inquam, sic rebar: ceterùm cum apud Martialem libro extremo de sacco vinario et colo niuario legissem et vires non hominis, sed vini intellexi, præsertim cum idem Plinius lib. xix vina sacco castrari dicat, vnde vinum Eunuchum multis et erudite probat ille multarum sed eruditarum rerum congestor Cælius lib. xv. Ant. lect. cap. xvi. Post pauca [Tunc auidi matronarum oculi licentur, graues produnt marito; tunc animi secreta proferuntur &] Hæc inter damna ebrietatis eleganter et verè enumerat scriptor noster: quorum verborum vi adtentius pensita, cum in secundo orationis membro [tunc graues produnt marito] sit, nescio an [oculi] vocem verbum faciam hoc sensu. in ebrietate. Vnusquisq; quæ naturæ vitia declarat; nam auidi homines ebrij licentur, matronas oculi siue occultari, et de pretio, ne illas prodant, paciscuntur; graues tamen et qui auiditate non capiuntur ebrij, grauitatis memores nihil licentur,

centur, nec dissimulant, sed illico marito produnt quod nouerunt.
Sed hallucinationem hanc dico, non veritatem. Ad calcem [At Hercule
. XX illic tellus fruges parere videbatur, heu mira uitiorum solertia, inuen-
tum est quemadmodum aqua quoq; inebriaret.] Sic hæc Legenda hoc
sensu. in Ægypto præ nimia fertilitate videbatur tellus parere fruges,
sed heu nimia vitiorum solertia, nam iam vinum parit: inuentum
est enim quomodo inebriet aqua. Si aliter interpungas, corrumpes
Lib. XIV. Cap. III. sensum. Transeo ad lib. XV. Cap. III ad finem [Nec non
aliquæ oleo suo sine accersita commendatione puræ innatant
colymbades: franguntur eædem herbarumq; viridium sapore con-
diuntur.] Locus subobscurus et confusus, nam Colymbades ex
Palladio et Columella non condiuntur oleo suo puræ, sed aliter, vt
videre est lib. XII. Cap. XLVII. et XLVIII. Vnde videtur columel.
nomen genericum colymbadum fecisse: quare hæc Io. Cæsari,
Lectio non displicet [Colymbades franguntur, eædemq; herbarū
viridium sapore condiuntur.] quod et in M. S. Tolet. est. Cete-
XIV. rum Dalecampij Lectio nihili est. Cap. XIV. [Tuberum
duo genera; candidum, et à colore sericum dictum]. de Sericio
Galenus. II. de aliment. facult. et si eo loco σερικὰ iniuba
interpretantur, cum tamen vel hinc adpareat, tubera hæcquæ
ad pellentur serica, à Ziziphis diuersa esse. Cap. XV.
XV. [tempore hordearia: collo ampullacea, et Coriolana Brutæ
gentilitatis cucurbitinæ, acidula succi.] Lego [Coriolana,
Brutia gentilitatis.] nam in Salmanticensibus codicibus,
quos inspexit Pintianus [Bruta] est. [gentilitatis] uerò in-
tellege nomina, nam superius dixerat [patriæ nomina habent &
Amerina &c] ita etiam gentilitatis nomina habent Brutia,
Coriolana, et acidula succi. Cucurbitana in alijs est, in Ma-
crobio et Columel. cucurbitina, quæ suo loco mota mihi procul-
dubio videntur, itaq; Legerem [collo ampullaceo cucurbitina].
XIX. alij iudicent. Cap. XIX de Caprifico [ergo cubices parit;

hi fraudes

hi fraudati alimento in matre, patri eius tabe ad cognatam volant]. Quod Theodorus in Theophrasto verti ex putrescentibus granis, græcè est ἐκ τῆν κτηκραμίδων. bene: quia vt heîc [putri] dixit ex putrescentibus. Cap. XXII. ipso in limine [Ab his locum amplitudine vindicauerunt, quæ cessere auctoritati nuces iuglandes: quamquam et ipsæ nuptialium fescenniorum comites &c.]. Hæc per partes enucleemus de nucibus. Annè cum præcesserit caput XXI. de sorbis pro [posthæc] est [ab his]; quod ad id respicit quod sorba Pontificibus, vt ait Macrobius, inter felices arbores numerabatur: indicant sequentia [quamquam et ipsæ nuptialium fescenniorum comites]: nam aliâs in pretio erat teste Martiali lib. VII. epig. XC.

XXII.

XX

= De nostro facunde tibi Iuuenalis agello
= Saturnalicias mittimus ecce nucis.

Sed cum nuces sorbis maiores sint, videtur [ab] non significare [posthæc]; sed quòd nuces, quæ cesserant auctoritate (sic legendum cum lib. m. s.) locum amplitudinis ab his rapuerunt; sed durior dicendi modus, itaq; [ab his] continuatiuè dictum, vt deinceps, præterea. in meditullio capitis eiusdem [Vmbilicus illis intus in ventre medio] a m. s. abest vox [intus]. Cap. XXIII. [Moluntur etiam et præstant ieiunio feminarum quandam imaginem panis] de castaneis. bene. ad cuius inlustrationem animaduerto. Feminas Cereris festo ieiunio Deam coluisse die, vt opinor, XV Iulij, vt ex Plutarcho in vit. Demosthen. Dioscoride et Galeno constat; vt nostratibus nonnullis, quæ D. Laurentium colunt carnium assarum abstinentia: ita illæ in ieiunio in Cereris festo pane castanaceo non triticeo vtebantur, vt frugum inuentricem eo pacto venerarentur, non quod castitatem iuuet vt vir doctus putat. Eodem Cap. [Nam Diuus Tiberius postea balanum nomen imposuit, excellentibus satu factis]. Tol. cod. nam Diuus balanon postea imposuere excellentioribus statu factis]. Ex cuius lectione Toletanus noster eruditissimus P. Cia-

XXIII.

Hermol. Corol. in Dioscor.

conius

conius, Cuius si in Plinium nostrum obseruationes tandem aliquando Lucem adspexissent, nostro hoc qualicumq; ineum labore lubentes merito supersederemus, sic ille, inquam, restituebat [Nam Diûs postea balanon nomen imposuere excellent. insitu factis] bene, nam diûs antiquis genitiuus, pro quo nunc Διός. sic in Glossar. exponitur [Dius filius] Διὸς γός. quod verò castanea crebrâ insitione excellentior sit facta, tradit idem Plinius lib. VII. cap. XVII. Finio in Cap. XXVII.

XXVII. [Mirum, tria naturæ præcipua elementa sine sapore esse, sine odore, sine succo, aquas, aëra, ignes] mirum! sed annè sine colore? cum ijs inesse non dubium: ignis enim rutilus et Luce et tenebris conspicitur. aëra uero et aquam nigri coloris esse non abire quis dixerit, præsertim cum de aqua Homerus laudetur auctor, qui fontes μελανύδρους adpellet, vbi scholia φύσει γὰρ μέλαν τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ λαμπρὸν εἶναι τοῖς ἡλιακοῖς αὐγαῖς, et de aëre idem auctor. Pontum enim ἠεροειδέα adpellat, nigrum colorem aëris præseferentem: et ἠερόεν apud eundem ζοφῶδες καὶ σκοτεινόν, significat ab aëris colore: et Thessalia et Ægyptus ἠέριαι dicuntur ab eodem vate, quod nigra in illis regionibus terra sit.

BALTHASARI ET IO. MORETIS CL. TYPOGRAPHIS.

Achillis hasta ornea ne an fraxinea notatum contra Vallam in Homeri versione. Virgilij versus eclog. vlt. de Iunipero explicati. inuicem pro deinde. Carbunculus terra. φαρσαλος Appiano et alijs Thesaliæ vrbis. ex Theophrasto Plinius Correctus semel, ex coniectura sæpius, ex Columella mater à Pintiano acceptus bis.

SCHED. V.

Obiter, leuiter conceptas, sed labiosè conlatas cum m.s. Lectiones varias in Plinij libris accipite. lib. XVI. cap. XIII. de fraxino [multumq; Homeri præconio, et Achillis hasta nobilitata.] Hinc conlego λελεάν apud Homerum fraxinum vertendam, ita ille adpellat Achillis hastam, non ornum vt Valla credidit. Cap. XXV. [Nec iuniperi florent.] Hinc Virgilium interpretor vlt. eclog.

= Surgamus, solet esse grauis cantantibus vmbra.
: Iuniperi grauis vmbra ——

bene, cum hæ non floreant, et quæ non florent à Plinio nunc tristes adpellantur: Caput integrum Legete, videbitis; ideo fortassis grauis cantantibus dicitur;

—— Musæ enim Læta requirunt.

Si Vulgata in Marone Lectio conseruetur. [cunctantibus] legit Robertus Titius lib. X. Locor. contr. cap. I. alij secuntur: Liberum perme esto vnicuiq; iudicium.

Lib. XVII. Cap. IV. [inuicem sabulum album &] alij mutant, ego aliter, et [inuicem] deinde vel secundo loco interpretor. inferius. Corruptissimus locus est vel in Dalecampianis editionibus [sed idem solum vbicumq; arduum opere, difficile cultu, bonis suis acrius pænè quam vitijs ponet, affligit Agricolam. Et carbunculus, terra quæ ita vocatur, emendari vite macra putatur.] Non ego Oedipus ad hoc plusquam-Sphyngis ænigma. Hermolaus aliquid

Lib. XVI. Cap. III.

XXV.

Lib. XVII. Cap. IV.

co-

conatur, cui Vestigia priscæ scripturæ in m. s. suppetiatum eunt, ijs ego insistens legerim [sed idem solum Vbicumq; arduum opere, difficile cultu bonis suis, acrius pascit pæna quùm vitijs. Adfligit Agricolam et carbunculus. Emendari vitem hac terra putatur.] siue [Ads. A. C. vite macra putatur] Nam [terra] è margine intextum migrauit, vt ait non male Pintianus. Carbunculus verò terra est Vbi tessellæ lapideæ et nigræ reperiuntur. Cato. lib. 1. Cap. IX. [carbunculus, quæ sole perferuet, ita vt radices satorum comburat.]

V. Cap. V. [talis ferè est in noualibus cæsa uetere silua, quæ consensu laudatur.] Hanc lectionem Dalecampius videtur prætulisse, sed ex coniecturâ est nostri Pintiani, qui hæc satis curiosè dispendit, sed non ad rem cum lectio manuscriptorum certa sit et sententia constet [incensa veteri silua &.] Cap. XI. [aut si id conditio largita non sit.] abest à m. s. [largita]. Cap. XXII. [interest aum biennium fructus.] alij legunt [biennij]. sed legendum ex uetust. lectione [intra biennium]. Inferius [Capita vitium &] tu lege, ne erres, hoc ex Catone cap. XXXIII. Post hæc Cap. XXV. [inuentum Sibillinis libris internecionem hominum fore, tantoq; eam maiorem, quanto propiùs ab vrbe postea facta esset]. potiùs [Longius ab vrbe] dicendum, nam in Pharsalia magna illa hominum internecio facta est, inter Pharsalum vrbem nimirum et Enipæum Cl. teste Appiano lib. II. ciuil. et φαρσαλος Thesaliæ vrbs Tzetzæ ad Lycophronem, sibe ne legas; alijsq; quæ quantùm ab vrbe, notum.

Lib. XVIII. Lib. XVIII. Cap. [Quoniam tamen ipsa materia iutus accendit &.] Robertus Constantinus et Dalecampius heic philosophantur, sed fortasse inutilis hoc in loco eorum philosophia, cum simplicius multo hæc sint accipienda [intus accendit,] id est in processu operis, nam paullò ante dixerat [quamquam inter initia operis defensæ.]

Cap.

VII.

Cap. vij. de Milio [Adolescit ad pedes altitudine septem prægrandibus culmis, lobas vocant] lego ex Theophrasto lib. viij. cap. iij. [prægrandibus comis, phobas vocant]. nam Φόβη. Capillus, coma, tuba. Hanc nostram de phobis coniecturam confirmatam inuenimus Scaligeri in Coniect. ad Varron. lib. I. opinatione: quæ sanè non potuit non tali confirmatione adridere.

lib. XIX. Cap. I. [quantum mutatis moribus Catonis Censorij, qui sternendum quoq; forum muricibus censuerat.] anhæc aliquando a Catone illo Censorio excogitata? nunquam: recurre ad Marcellum Octauia sorore Augusti genito, de quo antea, et relatiuum [qui] ad illum refer, diriuscula tamen iunctura.

lib. XIX. Cap. I.

Cap. IV. [Hi niues, illi glaceem potant, panasq; montium in Voluptatem gulæ vertunt.] sic in Dalecampiana editione: sed anne hîc melius [pinnas] hoc est summitates montium, vbi niues et glacies? non male, sed optime V. Cl. Fulvius Vrsinus [venasq; montium] ad Append. Pet. Ciaconij fol. xvij.

IV.

Cap. V. [hortos promouentibus in solera rotis olitoribus:] duriascula sanè compositio. sed anne [olitor ibi adiectiuum est] vt cum Grammaticorum filijs loquar? vti fortè ablatiuus absolutus et effectiuus [promouentibus olitoribus] sit.

V.

Cap. viij. [certum est quippe carduos apud Carthaginem magnam, Cordubamq; præcipua sestertia sena millia, vt parcius, reddere.] Quæ hæc [magna Carthago]? nulla apud auctores, etsi apud Omnes magna; [nouam] lege quæ quidem lectio Verissima adparet cum [Cordubam] adiungat.

VIII.

Ad anteriora recurro, et duo loca, vt huic capiti mensuram imponam, Leviter libo Cap. xxij. lib. xvij. in quo Locum hunc [operarum ista computatio est in Latifundijs, non legitima naturæ festinatio] sic legunt viri docti: quasi dicat, in magnis prædijs non potest vna ratio cetera præscribi putandæ vineæ, quod aliæ seriùs id, aliæ maturius desiderent. Itaq; [non legitima

lib. XVII. Cap. XXII.

est

est non æqua. Pincianus verò antiquam lectionem retinendam censet, et [in latifundis uerò legitima &] sine negatione, idq; ex Columella elicit: Quem tamen si quis consulat, nescio an Pinciano adsentiatur. Verba Columellæ hæc sunt Cap. xxij. Lib. IV. [Nam ubi ruris vastitas electionem nobis temporis negat, Valentissimam quamq; partem vineti frigoribus, macerrimam vere, vel autumno &]. Cod. lib. et Cap. [Quam leuissima cicatrice acie falcis exacta plagaq; conuelata.] Pintianus [acie falcis exacuta, plagaq; conseuata] legit, quia Auctores rei rusticæ frequenter admoneant Leuandam esse plagam; addit q; Collumellæ verba hæc [plagæ leues fiant.] Verum id iam dictum Plinio est [quam leuissima cicatrice]; quare magis crediderim [plaga conuelata] vt in cod. manusc. et editione Dalecampiana est, Legendum: nam Columella lib. IV. cap. XXIV. de Custode palmite submittendo loquens, [hæc sunt, inquit, obseruanda, primùm ne resupina cælum, sed prona potius terram spectet, sic enim et gelicidijs ipsam se protegit, et ab sole obumbrat.]

R. P. PAVLLO ALBINIANO DE RAJAS
S. J. V. CL.

Vnâ eâdemq; opera Plinio et Isidoro lux. Illi Summus cibus, Horatio Summum carmen. quid? quare antiquorum

cænas

cænas lactuca claudere t. miraculum mellis nectar. Iulius pudoris à Plinio retectus, cui ex Theophrasto certa medela semel. ex coniectura et Veterib. lib. non semel nec tam certa.

SCHED. VI.

Decuriam Plinianorum librorum Lustro, quorum primus XX, ex quo verba illa Cap. IV. de raphano. Lib. XX. Cap. IV.

[cetero et scorpionibus aduersantur, vel ipso, vel semine infectis manibus impunè tractabis.]

Vitiosa et hiantia cui non erunt? sed corrigenda ex Isidoro, qui meliores fortasse codices nactus est, quorum fidem secutus hæc de raphano scripsit cap. x. lib. xvij. Orig. [cuius semine macerato quisquis suas manus infecerit, serpentes impunè tractabit.] anne ex ijs ista concinnanda eiusce modi [macerati et scorpionibus aduersantur, serpentes ipsis vel semine infectis manibus impunè tractabis.]? Vetus etiam Codex Ecclesiæ Toletanæ alij etiam lectioni uiam præmunit, in quo pro [cetero et, ceteras eis] distincte legitur: ex quo forte [cerastis] reponendum ex Dioscoride, et eius Rapsodo. Serapione, qui ex vino potum cerastis auxilio esse tradunt. sed videndum. infercius.

[nam vomituris summo cibo esse eo, utilissimum est]

quid [summus cibus]? primam mensam interpretor, vt Horatius lib. ij. Carm. od. xxviij. [summum carmen] dixit, quod vltimo loco caneretur. Sed hoc futile vt illud quod cap. vij. de Lactucis [craditatem ipsa nequaquam faciunt,] ad quam proprietatem morem reuoco antiquorum, in quorum cœnis lactuca quasi coronis, à qua in nostris quasi auspicium: vnde.

nobilium requies lactuca ciborum,

et

claudere quæ cænas lactuca solebat auorum &c.

quæ mihi simplicior horum locorum animaduersio visa certe est. Vid. Rodig. lib. XIV. cap. LXI. Io. Bruyerinum lib. VII. Cap. IV.

Lib. XXI. Cap. XIV.

est. Transeo ad lib. xxi. Cap. xiv. ipso in limine.

[Aliud in Creta miraculum mellis. Mons est in Canna IX. M. pass. ambitu, intra quod spatium muscæ non reperiuntur &c]

eleganter suo more Plinius [miraculum mellis] dixit, quod interpretor nectar, quo Ιλιαδ. corpus Patrocli Thetis condit ad arcendas muscas, præsertim quod κεκταρ ἐρυθρον dixerit, quod mellis epithethon: et mellis vsus ad corpora defunctorum condienda, ne putrescerent, satis notus vel ex vno Alexandri Magni cadauere. Cap. xviij. [est et per se indica herba, quæ Cyperis uocatur, Zingiberis effigie:] V.C habet [ginzeberis]. Cap. xxxi. vbi de Strychne frutice halicca-cabo, halicallio seu vesicario locus est omnibus adhuc interpretibus inlibatus, quem tentandum et si cum periculo, non sine vtilitate iam nunc reor. verba sunt.

XVIII.

XXXI.

[quippe insaniam facit paruo quoq; succo. Quamquam et Græci auctores in iocum uertêre. drachmæ enim pondere lusum pudoris gigni dixerunt, species vanas imaginesq; conspicuas obuersari demonstrantes. duplicatum hunc modum legitimam insaniam facere: quidquid uerò adiiciatur ponderi, repræsentari mortem.]

Bene fortasse omnia, sed quid illud siue rei siue verbi monstrum, [lusus pudoris]? fuit cum putarem lusum pudoris esse quo postea deprehendentes se esse delusos, pudore suffunderentur: [corridos] nos dicimus. ceterum inepte, cum postea deprehenderim locum è Theophrasto esse lib. IX. Cap. xij. de hist. plant. cuius hæc verba δίδοται δ' αὐτῶς ἐὰν μὲν αὐτῶς ὥστε παίζειν, καὶ δοκεῖν ἑαυτῷ κάλλιστον εἶναι. δραχμῇ σταθμῷ ἐὰν δὲ μᾶλλον μαίνεσθαι καὶ φαντασίας τινὰς φαίνεσθαι δὺ δραχμάς: quæ sic ferè sonant [datur vero ipsis siquidem ita ludunt vt optime

ludere

ludere sibi videantur drachmæ pondere, si uerò amplius insa-
niat, vt somnia et deliramenta quædam phanatica exhibere
videantur duæ drachmæ. ipsissimæ Plinij voces et sententia:
quare cum nihil sit apud Theophrastum quod pudori respon-
deat, neq; apud alium Rom. scriptorem huiuscemodi [usus
mentio sit, vocem nihili vel vocis nugamentum hoc esse pro-
nuntio, inde tamen huc commigrasse quod cum quispiam paullò
doctior [pesem] verbum aut nomen [pædiam] in margine litte-
ris Latinis scripsisset; Græce interpretatus quod Plinius dixerat
[Græci auctores in iocum vertere]: semidoctus aliquis id parùm
intelligens [usum pudoris] in contextum transtulit. sen-
tentiam nostram fulcit codex m.s. ipsâ vetustate venerandus
inter Bibliothecæ Toletanæ ecclesiæ cimelia adseruatus, Ægidij
Albornotij Card. et Archiepisc. Toletani magni Herois non exiguum
munus, in quo [pudoris] non est. est autem in hoc codice caput
hoc de strychno in xxij. libro. Iac. Dalecampius, vt lasciuiat
qui sumpsit et sibi videatur formosissimus non male interpreta-
tur, quod et noster Lacuna in Dioscorid. cap. de Solano adstruit.
inferius eodem Cap.

[præsentaneum remedium addentium mobiles firman-
dos, si colluerentur: halicacabo vni exceptionem addidere,
ne diutius id frieret.]

Aliter hæc constituit m.s, quem dixi,

[præsentaneum r. a. d. m.f, si colluerentur
halicacabo in uino. exceptionem addidere ne diu-
tius fieret]

quid certius, pensitandum. lib. xxij. cap. v. lib. xxii. cap. v

[tunc satius fuit nomine nouo coronari:] Lego [satis fuit &]
nam [satius] contrarium existimo ijs quæ præcesserant [qua-
ritate nihil equidem in rebus humanis sublimius duco]. lege
omnia, iudicabis, quæ fastidio uitando non transcribo. Cap. ix. xxx. ix.

de

de acano et glycyrrhiza [vsus in subditis decocta ad tertias.] alij [in linguæ subditis decoctæ]. Dalecamp. [vsus linguæ subditis] sic videtur velle cum hypoglottida interpretatur: ante eum Chiffletius [in subditis decoctæ:] nihil tamen ex ijs extrico, illud tantum adnoto in libri Aluari Gomecij ora ipsius manu scriptum [ἰσχος in subitis.] quid ipse uelit, alij iudicent. Cap. xxv. [est in farre, Vermiculus teredini similis, quo cauis dentium cera incluso cadere uitiati dicuntur, etiam si fricentur.] V. C. [candere uitiati &] meo iudicio rectius, quod et Pliniani in dicis, *quisquis sit, auctorem maluisse crediderim.

xxv.

*Jo. Camers, vt reor.

J. CÆSARI BVLENGERO V. CL.

Lentigines, saliones, seu Sanniones quid in Plinio? metalli varia etymologia. varie Plinio Suppetiatum.

SCHED. VII.

Pergo in Plinio. Lib. xxx. Cap. 11. vbi de Magia, et de Neronis in eam studio.

Lib. xxx. Cap. 1.

[Adhæc

[Ad hæc, non opes ei defuere, non vires, non discendi ingenium, aliaq; non patiente mundo, immensum et indubitatum exemplum est falsæ artis, quam dereliquit Nero.]

Sic Dalecampius interpuncta legit. Toletanus Cod. aliter et bene [Ad h, n. o. e. d, n. v, non discentis ingenium, quæ non alia patiente mundo immensum et indubitatum exemplum est. f. a, q. d. Nero]. inferius

[Sunt quædam Magis perfugia veluti lentiginem habentibus non obsequi numina &]. Lentigines capio maculas in facie sub rufas, interdum nigras, quas fortasse intellexere Polemon et Adamantius Sophistæ in Physionom. cap. de oculis, εἰ δὲ πρὸς τῷ σφημῷ τούτῳ ἐφίζοι τὸ αὐτῶν τῷ μετόπῳ οἷον νεφέλη χλωρὰ ἢ κυανὰ ἢ ἑτεροχροὰ ἢ ἀχλυόδη ὑπὲρ τῶν ὀρρύων, φαντὰ ζόμενα &c.

Lib. XXXI. Cap. VII.

E Lib. XXXI. Cap. VII. verba hæc vt in Tol. cod. scripta reperi transcribam [Quin et pecudes, armentatio, et iumenta sale maxime solicitantur, ad pastum multo largiores lacte, multoq; gratiores et incaseo dote.] aliter in Vulgatis. ibidem [Nam ita sales appellantur.] Hermolaus ait in VV. codd. [sannia] legi, vnde [nam ita] mavult: in vet. cod. Eccl. Tol. [nimia sale appellantur] est: Vnde legerim facili aptaq; mutatione [Mimi à sale appellantur.] confirmant sequentia [omnisq; vitæ lepos, et summa hilaritas, laborumq; requies non alio magis vocabulo constat.] Mimi igitur a sale, hoc est sanniones; nam in veteribus Nonij libris [saniones] simplici, n, et quasi [saliones] legitur, quin et L. et N. cognationem iudicat Lympha et Nympha; et N quinquagenarij numeri nota, pro qua etiam Latinis L. iuuat Cicero in Calce epistol. cuiusdam ad Pætum [salis multo sannionum parum]. Cap. XI. ex cod. Toletano hæc verba transcribo, vbi de spongiarum natura [mollissimum genus earum penicillis oculorum tumorem leuant: ex mulso

XI.

im

impositi ijdem abstergendæ lippitudini vtilissimi.] rectissimè sic legi ex ipso hoc capite probari potest, et ex cap. XLV. lib. IX. Vulgata, et illa etiam quæ Dalecampius edidit, nec interpuncta bene, nec tam aptè legi possunt, queis fastidij vitandi supersedeo.

lib. XXXII. cap. II. Lib. xxxij. cap. II. in Dalecampij editione

[Nascitur et apud Grauiscas et ante Neapolim campaniæ, maximèq; rubens, sed molle, et ideò vtilissimum Erythris. Forma est ei fruticis, color viridis.]

V.C aliter accipit, nec male [et ideo vtilissimum, Erythris forma est fruticis, color viridis.] confirmat Isidorus cap. viij. lib. xvi. orig. [Coralium gignitur in mari, forma ramosum, colore viridi, et maximè rubens &]. Lib. xxxiij. ipso prooemio [persequimur omnes eius (Telluris) fibras, uiuimus super excauatam &]. M. s. [subtus] an et [subter]? inferius [seculis omnibus ex hauriendi eam quo vsq; penetret auaritia?] cum interrogationis nota lego: in M. s. Tol. [penetratura] est, quod de alijs obseruat Dalec. inferius [Quam innocens &c esset uita, si nihil aliud, quàm supra terras concupisceret, breuiterq; nisi quod secum est?] Lego ex vestigijs Toletani codicis [haberetq; nisi quod securum est?] ad calcem [temulentiæ caussa tenere indiam iuuat]. M. s. [Temeramus diem &] Vnde Pincianus ex antiq. [temere], an legendum ex eod. [temerare]? videndum ad tentius. Superius dixerat idem Plinius [quippe alibi diuitijs foditur &c alibi temeritati ferrum, auro etiam gratius inter bella cædesq; &:] Hermolaus mutat [temerati] legens, sed ineptè, datiuis namq; ceteris debet respondere. Cap. I. deberet cum superioribus coniungi: hæc intercissio capitum non Plinij est, [auri sacra fames: vtinamq; posset vita in totum abdicare.] lege sic et melius contextum. eodem modo sequentia, non vt in Vulgatis, [neq; alijs vtimos fuit, quam qui ex ea caussa publice accepissent. Vulgoq; sic

lib. XXXIII. proœm.

lib. XXXI. cap. VII.

Cap. I.

sic triumphabatur, vt cuia corona &c] relinquit enim legatorũ
anulos, et ad triumphantium habitum explicandum se conuertit,
mox ad legatos redit [hi quoq; qui ab legatione acceperant &]
sic ex fide m.s. ceterum vulgata fiant. post pauca [anulus ta-
men in digito ferreus erat æquè triumphantis, et serui fortasse
coronam sustinentis.] Hermolaus vocem [fortasse] absq; omni inuen-
tum reiicit. Legitq; [æqua triumphantis et serui coronam sustinentis.]
Turnebus [æqua fortuna triump. et serui coron. &] sed ego vocem
hanc in mm.ss. quos vidi, constanter legi, vnde legendum
reor [æqua triumphantis et serui sorte cor. sust. optimo sensu.
Sed de hac re consulenda Gorlæi Dactyliotheca. Cap. iij. III. VIX
[discurrant catenæ circa latera, et inserta margaritarum pon-
dera e collo dominarum auro pendeant. &] Chifletius [in
secundo margaritarum sacculi e collo aureo pendeant.] male:
cod. Tol. [et in secreto margaritarum sacculi e collo dominarum
aureo pendeant.] bene: sic in eodem paullò post [fuit et alia
Claudij principatu differentia insolens his quibus admissionem
Liberti eius &] aliter alij, nobis sat per nostrorum codicum
vestigia incedere. Cap. VI. [Vbicunq; vna inuenta VI.
vena est, non procul inuenitur alia & vnde metalla Græci
uidentur dixisse.] eadem Isidorus noster lib. orig. XVI.
Cap. xvij. [Metallum dictum Græce ἀπὸ τῶ μεταλλᾶν,
quòd natura eius ea sit, vt vbi vna vena apparuerit, ibi spes
sit alterius inquirendi.] vel vt obseruat Dalecampius ὁτι
μετ' ἄλλων simul cum alijs, aut μετ' ἄλλα post
alia inueniantur, siue vt ego velim μεταλλον ἕλωμον
quasi aliud post aliud. inferius [alij tritum in aqua triplici
linteo saccant] scio quid sit saccare, sed m.s. legit [siccant],
et ipse Plinius paullo ante dixerat [linteolo interposito in
sole siccatur]. Lib. XXXIV. cap. vij. [duodecim anni tra- lib. XXXIV.
dunt effectum ccc. talentis, quæ contulerunt ex apparatu cap. VII.

regio

regio Demetrij, relicto morae taedio. J de Rhodi Colosso.
Cod. Tol. [ex ap. reg. Demetrij relicto, morae taedio obesse
a Rhodo J forte [morae taedio obsessae Rhodi J sed quae est Plinij brevitas et mos, additum è margine videtur hoc de obsessa Rhodo, quod et animadvertisse Dalecampium crediderim, cum in editione eius haec praetermittantur. Cap. VIII. [simulacrum boni eventus J quale Traiani boni principis habeo argenteo in numismate. Cap. XII. [fit et in Hispania è puteis J
V.C [Fit et in Hispania puteis. J Cap. XIV. tantum admonitum Lectorem vellem è cap. xx. lib. XVI. orig. Isidori nostri hoc Plinij caput non semel castigandum; digitos ad fontes intendunt viri docti, qui Isidorum Regio iussu feliciter inlustrarunt. hoc sat. ad calcem capitis [sola haec materia vires a beo lapide accipit & J MM. SS. [virus] pro [vires], quod ne mutem facile cogunt quae de Magnete Cantabrico postea subdit, [ferri vtig inficiam aciem, vt magnes. J eadem metaphora.

VIII.

XII.

XIV. III

Ex Homero Plinius restitutus. Diana Saltatrix prouerbium, vt ἀκοντὶ, quæ vox Plinio scripta. quid cænum, quid stemmata gladiatoribus: ex eorum gente Dioxippus certaminibus ab auctoribus decantatis celeberrimus. B. Ambrosius explicatus. Variarum lectionum et emendationum miscellanea.

SCHED. VIII.

idem ex Pliniana tela subsemen traho; lib. xxxv. de picturâ difficillimus, et ingeniosâ vnius inlustriss. D. Io. de Fonseca et Figueroa amici nostri inlustratione dignissimus, cap. X. inter opera Apellis [Dianam sacrificantium virginum choro mistam, quibus vicisse Homeri versus videtur idipsum describentis.] quinam ij? vbi, ni fallor, de Nausicaa agit, ὀδυσ.

lib. XXXV.

ἠκατὰ τηΰγετον περὶ μήκειης ἢ ἐρυμανθον
τερπομένη κάρποισι καὶ ὠκείης ἐλάφοιοι
τήδε θάμα νύμφαι κοῦραι διὸς αἰγιόχοιο
ἀγρονόμοι παίζουσι γέγηθε δέ τε φρένα λητώ,
πασάων δ' ὕπερ ἦγε κάρι ἐκεῖ ἠδὲ μέτωπα
ῥεῖα δ' ἀρυγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι.

quæ ferè ad verbum sic exprimo,

Seu per Taygeti iuga maxima, siue Erymanthen
ingreditur celeres actura in retia ceruos, ~~quam~~
circum Natæ Iouis ægida concutientis ~~Agrestes~~
Ludunt Diuæ, gaudetq; Diana ~~in medio~~
immedio exsultans, et toto corpore supra est, ~~et quamvis~~
et quamvis formosæ omnes, supereminet omnes ~~ingenio vultus~~,
ingenio vultus diuinæ et frontis honore.

En quasi παιζουσων, ludentium virginum choro mistam Dianam, quomodo apud Plinium [sacrificantium]? itaq; videndum

an

an huc Plinius respexerit: si huc, quomodo quas Homerus [Ludentes], Scriptor noster [sacrificantes] inducit; quin et Maro hunc locum eleganter, quidquid Probus apud *Agellium dicat, imitatus dixit Æneid. 1.

*Cap. IX. lib. IX. Vid. Nasciamb. et Corrad. in Virg. Cæs. Scal. in Critic.

Exercet Diana Choros

quando Diana non saltauit?

bene, quia ποτε Ἄρτεμις οὐκ ἐχόρευσε, vt est in prouerbio: Itaq; mendum in codicibus Plinij subesse crediderim. Legendum q; [saltãtium] pro [sacrificantium]. Cap. sequenti de pictorum excellentium operibus.

XI.

[Alcimachus Dioxippum qui pancratio olympiæ citra pulueris iactum (quod uocant aconiti) uicit. Cænus stemmata.]

Adagiog. Chil. 1. Cent. V. Ad. LXXIX.

Varie hic locus acceptus. Chifletius [iactum vicit coniti Nemea:] alij aliter. Neutrum bene nam ἀκοντὶ, citra puluerem adagium est, vt ἀνιδρωτὶ, citra sudorem, ἀναμοτὶ, citra sanguinem, et id genus alia; et κονιτὶ vox nihili heic est, cum eiuscemodi aduerbia composita cum negatione tantummodo reperiantur: itaq; legendum absq; dubio non infelici fortassis restitutione.

Turneb. lib. et cap. XXVI.

Mercurial. de art. gymn. cap. VIII. lib. 1.

[Alcimachus Dioxippum, qui pancratio olympia citra pulueris tactum (quod vocant ἀκοντὶ) uicit, cænum, stemmata.]

Nam antiqua lectio erat [cænus stemmata] vt obseruat Hermolaus, et retinet Dalecamp. Sententia igitur Plinij constat, Alcimachum nimirùm pinxisse Dioxippum, et cænum, et stemata. cænum autem ceroma est, hoc est cænum oleo admistum, quo inungebantur Athletæ, post ~~quam~~ unctionem superinfundebatur aphe, siue arena, qua luctantium tactus commodior redderetur. res planè nota, nec quæ pluribus indigeat. Stemmata coronæ sunt, quibus Athletæ ornati ad certandum prodibant; voluit enim pictor quo habitu

ad pugnandũ

ad pugnandum fortasse cum Horrata Macedone pancratiasta Dioxippum aliis certaminibus et testimonio Aeliani Lib. x. Cap. xxij. Lib. xv. cap. Lviij. satis notus, illum exprimere. Curtiastabilit coniecturam nostram, cuius haec verba [Dioxippus oleo nitens et coronatus, laeua pumicem amiculum, dextra validum nodosumq; hastam praeferebat. Ipsissima Aleimachi de Dioxippo apud Plinium pictura: Lucem etiam hinc capiet B. Ambrosij locus cap. v. lib. I. de officijs [Adhuc Athleta in stemmate sunt, et tu iam ocium petis:] Athletas in stemmate, incertamine interpretor. Pergo, meo more, et ad Cap. vij. lib. xxxvij. sequentis noto de Nili libris conferenda quae Lucianus dialog. Ὑπὲρ τῶν ἐν λόγοις καλῶν et Philostratus in Nili imagin. etiam notant. ad cap. viij. Alabastrum in Damasco Syriae nasci Plinium obseruare, vnde vrus eius in Iudaea ex sacris litteris Matth. xxvi. Marc. xiv. ad cap. xxiv. non difficile nobis esse quod de Speculari lapide Plinius tradit, quippe quibus in nostra Carpetania eiusdemodi lapidum, ex quibus gypsum fit, innumerum numerum, quo Toletana regio abundet maximè passim videre est. Cap. xxvij. initium ab ijs praecedentis capitis postremis verbis Capue in Tolet. codic. [At peractis omnibus, quae constant ingenio, artem natura faciente, succurrit, mirari, nihil paene non igni perfici] quibus adnecte ignis accepit arenas, ex quibus alibi vitrum, alibi argentum, alibi minium alibi plumbi genera, alibi pigmenta, alibi medicamenta fundit.] optime, sed postrema haec diuisa legantur in eade, a quo [alibi vitrum] abest, et bene cum de vitro satis multa in superiori capite, et ijs similia dixerit: Sed age verbis parcamus nostris, Pliniana è nostro codic. transcribamus, vt quantum à Vulgatis absint quiuis diiudicet: non plures alio in capite variantes lectiones inueniri nullus dubito.

lib. xxxvij. cap. vij. viij.

xxiv.

xxvij.

itaq;

An. M. DCVI.

itaq; caput integrum vt conceptum in nostro codice, ad marginem ijs, quæ in Dalecampij Lugdunensi editione sunt adnotatis, subiiciamus.

[Ignium miracula et medicinæ, et prodigia.

Cap. xxvij.

At peractis omnibus, quæ constant ingenio, artem natura faciente, succurrit mirari, nihil pæne non igni perfici. Ignis accipit arenas, ex quibus alibi[a] argentum alibi minium, alibi plumbi genera, alibi pigmenta, alibi medicamenta fundit. Igne lapides in æs soluuntur. Alia sæpius vri prodest, [c]aliaq; materia aliud gignit primis ignibus, aliud secundis, aliud tertijs. Quando ipse carbo vires habere incipit restinctus, atq; interijsse creditus, maioris fit virtutis. Immensa et improba rerum naturæ portio, et in qua dubium sit plura absumat, an pariat. Est et ipsis ignibus medicavis, Pestilentiæ, quæ solis obscuratione contrahitur, [d]ignes si fiunt multi, forma auxiliari certum est. Empedocles et Hippocrates id monstrauere diuersis locis. Ad conuulsa[e] interiora uiscera, aut contusa[f] M. Varro auctor est: ipsis enim verbis eius vtar. [g]Pixis sit, inquit, focus inde enim cinis lixiuus potus medetur, licet uidere gladiatores cum deluserunt, hac iuuari potione. Quin et carbunculum genus morbi, quo duos consulares nuper absumptos indicauimus, querneus carbo tritus cum mellesanat. [h]Adeo rebus damnatis quoq; aciam nullis sunt aliqua commoda. [i]et carbonem ecce et Cinerem non præteribo et vnum fori exemplum Romanis litteris clarum. Tarquinio Prisco regnante tradunt repente in foro eius [k]comparuisse genitale [l]cinere masculini sexus, eamq; quæ insederat ibi, Tanaquilis reginæ ancillam [m]Ocrestam captiuam consurrexisse grauidam. Ita Seruium [n]Tullium natum, qui regno successit. Inde et in regia cubanti [o]et puero caput [p]arsisset, creditum laris familiaris filium, ob id compitalia [q]ludos Laribus primum instituisse.]

[a] in vulgat. [alibi uitrum]. [b] in nostr. [alibi plumbum, alibi genera]
[c] in vulg. [eadem mat.]
[d] in vulgat. [ignis suffitu multiformiter.]
[e] in vulg. [interiora] abest.
[f] in vulg. [vt M. Var.]
[g] in vulg. sic legitur [fix cinis est, inquit, foci &c vt licet uidere &c deluserint.] sed quæ ex nostris concipienda sit lectio, videndum: nihil enim hactenus pronuntio.
[h] in vulg. [in reb. dam. &c remedia]
[i] in vulg [vt in carbone ecce et cinere. Non præt.]
[k] in vulg. [apparuisse]
[l] [e cinere] [m] [Ocriliam] [n] [Tullum]
[o] in vulg. non est [et]
[p] [arsisse uisum]. [q] in vulg. [et ludos.]

Hæc

Hæc vno quasi spiritu in Plinio cursus nostri meta; nunc, vt moris nostri est, pedetentim ac saltuatim extremum librum percurramus. ad Cap. IX. bene et ex præscripto Galeni ad ventriculum confirmandum, iaspidem linea alba per transuersum præcinctam pro amuleto ab Vniuerso oriente gestari apud Plinium noto. Nota namq; eius vis non semel mihi alisq;, quibus per me vti licuit iaspide smaragdo simili, dono inlustriss. mei affinis D. Mathæi de Burgos Episcopi Seguntini nullis prudentiæ, eruditionis, ac religionis dotibus nonclarissimi. Locus autem Galeni lib. IX. de simpl. medic. fac. est. Inferius.

lib. XXXVII. Cap. IX.

[Tales aliqui malunt pæderotas vocari, alij anterotas, Multi Veneris gemmam, quod maxime videtur decere,] lego audacter [Veneris genam], obilla quæ illico sequuntur, nam extremus huius gemmæ color refert natiuum genarum ruborem. ad calcem

[Faciunt et aliam raram admodum, et Parthorum Magis quæsitam, quoniam non aliubi inueniatur quàm in loco fulmine icto. Proximum Ceraunicæ nomen apud eos habet, quæ appellatur iris.]

Lege ex litterarum priscarum ductu et ex Isidoro cap. xiij. lib. xvi. orig. [quoniam non aliubi inueniatur quàm in loco fulminis ictui proximo. Ceraunia nomen apud eos &].

Cap. X.

[Ægyptillam Iacchus intelligit, per album sarda nigra; vera transeunti, Vulgus autem in nigra radice caruleam facit.]

Locus corruptus, sed ex coniectura emendandus, legendus; [vulgus autem in nigra radice caruleam faciem.] verissimè; confirmat Isidorus noster, qui suppetias frequenter Plinio it, vt vicissim Plinius Isidoro, Cap. xi. lib. xvi. [Ægyptilla, nigra est radice, carulea facie, ex Ægypto, vbi inuenitur, vocata]. Itaq; Iacchus ex sententia Plinij, Ægyptillam

in

intelligebat esse, per cuius albam superficiem vena sarda et nigra transiret, at vulgus cui radix nigra esset, et facies cærulea. nam ex radia nigra quî potuerat vulgus cæruleam facere?

CLAVDIO SALMASIO VCL.

Plinius ex Galeno explicatus, inter illum et Aristotelem de harundinibus discrimen. A Leoniceno et Iipsio per me vindicatus, ad Theophrasti amussim reuocatus aliquotiens. Ψελλος Hesychio et Phauorino, an et Plinio cortex arboris.

SCHED. IX.

Lib. VII. cap. XV. XVI.

Sine ordine varios librorum aliquot locos inlustraturus percurro. lib. vij. cap. xvi. vbi de ratione partuum [incipiente] autem hoc statu aut desinente, conceptus facillimè traduntur Lactis nimirum aduentantis, nam tunc conceptos facillimos esse experimento constat; et fortasse ad menstrua redit de quibus agebat cap. xv. vbi illud Nigidij veluti obiter de lacte dictum accipito. Eadem fermè a Galeno dicuntur lib. de fœtuũ format. [quibus enim reliquo etiam alio toto expurgationis tempore aperta ora hæc sint, non tamen concipere tunc

mulier

mulier vllo modo potest, cum semen nequeat in vulua remanere, sed ab influentis sanguinis copia eluatur: at cessantibus vel incipientibus menstruis et ora aperta sunt, et menstruum non multum neq; vniuersum, sed paucis et paullatim effluit quasi humiditate quadam insudante. Vnde efficit vt ob asperitatem vuluæ semen adhæreat, satisq; alimenti ex sanguinis confluentis paucitate habeat.] hæc ille, quæ latinè dedi, quia longiora sed inlustrationi Cap. xv. Pliniani commodissima. Transeo ad lib. X. cap. XXIV.

lib. X. cap. XXIV.

[Abeunt et hirundines hibernis mensibus, sola carne vescens auis ex ijs quæ aduncos vngues non habent &c.]

Locus hic ex Aristotele expressus ad verbum lib. viij. de nat. anim. cap. iij. verùm illic non dicit solam εἰσὶ δὲ inquit τῶν μὴ γαμφωνύχων εἶναι σαρκοφάγοι οἷον ἠχελιδὼν, sed cum ficedula et pica ex non aduncis carne vescantur, cur heîc solam dicit? fortè quòd hæc sola carne tantùm vescitur. Hinc ad lib. XI. cap. XXIV.

lib. XI. cap. XXIV.

[Nam nec horum differri potest genitura, quoniam insectorum vix vlla alia narratio est.]

Fortasse hoc innuit. Quod pariant vermiculos eius similes, quoniam genitura, hoc est, fœtus egrediendi tempus in illis nequit differri propter imperfectionem, vt in oua coalescant: et fortasse legendum [vix vlla alia ratio est] non [narratio]. Videtur etiam hoc sentire Aristoteles lib. iij. de gen. anim. cap. IX. pluscula sunt, tu apud illum lege. Cap. XXXVIJ. vbi de cornuum natura [ceterorum ossibus adhærent, ceruorum tantùm cutibus &] Locus hic à Leoniceno Plinij immeritò contemptore taxatur, propterea quod non satis sibi Plinius hac in re consenserit, cum superius dixerit mobilia eadem Phrygiæ armentis, nunc autem dicat [ceterorum ossibus adhærent.] sed eius pace dicam, facile Plinium excusabis, si animaduerteris ab Aristotele Cap. IX. lib. XXX. de Hist.

XXXVII

anim.

anim. dictum esse cornua parte plurima caua sunt ab radice, quatenus ambiunt os, quod ortum à capite cauo cornu inseritur, Phrygiæ uerò armentis insertio illa non nihil laxior; mobilitatem, vt par est, inducit, neq; id impedit quo minus cauitatis ambitus adhæreat cuti, cauitas vero ossi:

Lib. XIII. cap. IV.

Lib. xiij. cap. IV. [Distant et magnitudine; pro vt multi cubitum effecere]. Locus absq; dubio è Theophrasto cap. viij. lib. ij. καὶ τὰ μεγέθη τηλικούτους ὡς τέτταρας εἰς τοὐ τάχυν εἶναι. ἑπτὰ δὲ καὶ εὐπόδους, quem interpretans Theodorus, inquit, [magnitudineq; tantos vt quatuor tantum in spicam teneantur]: prætermittitq; totum illud ἑπτὰ δὲ καὶ εὐπόδους; quod ergo Theophrastus ἑπτὰ; Plinius [multi] dixit; quod ille εὐπόδους; hic [cubitum effecere]. cubitus verò mensuram pedis cum dimidio efficit. Mensurarij uidendi.

IX.

Cap. IX. [lignum intus grande, firmæq; duritiæ, ex quo velares detornant annulos] Theoph. lib. IV. cap. II. ἐξ οὗ τοὺς κρόκους τορνεύουσι τοὺς εἰς τοὺς στρωματεῖς τοὺς διαποικίλους. Theodorus uertit [ex quo annulos versicolores detornant, quibus in stragularijs vinculis vtantur] itaq; pro κρόκους, legendum κρόκους; ceterum τοὺς διαποικίλους non ad annulos referendum videtur, sed ad στρωματεῖς; iam uerò quod Plinius [velares] dixit, videtur deductum à velando; vela enim aulæa et quidquid huiusmodi cooperit adpellantur.

Lib. XVI Cap. VIII.

Lib. XVI. Cap. viij. [Quamobrem non in facetè Græci corticis arborem appellant] Hermolaus Barbarus, cui bonæ litteræ æternùm debebunt, et cum illis Scriptor noster, vt alij non inferioris notæ, in Corol. Dioscorid. Cap. CLiij. feminarum calceatui vtilem hiberno tempore,

ob id

ob id Mulieres facetè arborum certices adpellari ab Græcis, atq; ita in Plinio, quem excudendum ipse curauit, legit [quamobrem non in facetè Græci cortices arborum appellant.] Ceterum nec Hermolai lectio, nec ea quam in nostris codibus reperimus, multum placent, cum nullibi apud Græcos corticis arborem adpellatum suber inueniatur: at φελλὸν φλοιὸν corticem significare auctor Hesychius est. φελλός, inquit, φλοιὸς δένδρου, καὶ ξύλον ἐλάφρου τὸ δ' αὐτὸ καὶ φελλεὺς, καὶ τὸ τῶν βιβλίων ἔλεωθεν σκέπασμα, & bene et ad rem, quam facile fuisset pluribus fulcire tibicinibus: quin et idem uidetur sentire Phauorinus, et φελλὸν pro cortice accipere. nam apud eum est, φελλὸς ὄρος ἐστὶν ἐν Ἰταλίᾳ ἐνῷ γίνονται πεύκαι ὑπερμεγέθεις, ἐκ τούτων τῶν δένδρων γίνεσθαι τοὺς φελλοὺς οἰσκεχρῆν ταικουφισμὸν τῶν σωμάτων. itaq; ego ex ijs ita legendum existimarem [non in facetè Græci corticem (hoc est φελλον arborem appellant.] quod subsequitur [sunt et qui feminam ilicem vocent] falsò id adsertum iam Dalecampius notauit, nam de Phellodry id Theophrastus, non de subere. Sed iam venio ad Cap. XI. lib. XVII. in quo hæc noto Papyrij Cursoris verba [excide, inquit, radicem istam Papirius cursor imperator, ad terrorem Prænestinorum Prætoris: destingui securius se teste, innoxium abradi partes, quæ se nudauerint terra.] quæ quidem non paucis Pliniana non videntur, inter eos Magno Lipsio Epist. iij. lib. ij. Epistolic. Verùm si quis adtentius perpendat ea, quæ paullò ante dixerat Plinius, [Vt altius demittantur ea quæ summa tellure gaudent]. rursus ex Liuio, Papyrium inambulantem legat, et Prænestino prætori terrorem incutienti, [quem cum inambulans ante tabernaculum vocari iussisset: Lictorem expedire securem iussit: ad quam uocem exanimi stante Prænestino, Agedum Lictor, excide radicem

lib. XVII. Cap. XI.

hanc

hanc, inquit incommodam ambulantibus], vt ait Cicero lib. 12.
non abs re dictum uidebitur, illas, [quae summa tellure gaudent,
altius demittendas], alioqui continget vt excindi iubeatur,
ne ambulanti impedimento sint, iuxta metaphorā, qua Pa-
pyrius Cursor vsus est: vbi destringere, scindere est, abradere
uero partem eminentem secare, quemadmodum medimni abra-
duntur.: Securius igitur est ambulanti vt destringantur, hoc est,
excindantur, sed arboribus innoxium, vt abradantur. Haec
sententia nostra: atqꝫ haec in Plinium post magni no-
minis messores spicilegia.

D. AVGVSTINO TAMAIIO V. N
Cognato meo.

Criticæ in Castalionem vindiciæ: hoc est, viri doctissimi ab eius calumnijs amandati, in Catullianum passerem noua animaduersio, in Martialis plures locos pensitatio nov-antiqua, quod Catullo liminare epigramma?

SCHED. X.

Poëmatia mea qualiacumq; (vti mea tressis trioboliuè) tam Latina, quàm hispana, uel si quæ alia, uerè non à me petis sed exigis, mi Augustine; en illa do; te potiùs iudicem inter Josephum Castalionem et tuum cognatum, magis amicum, sed uel Platone ipso veritatem amiciciorem. illa, vt tibi obaudiam. hoc, vt me audias. Castalio homo Italus inter alia sui ingenij monumenta obseruationes in Criticos, nescio an probè obseruatas edidit. earum primam decadem Legi. sed ineâ multa obseruatione (an et reprehensione, uel retaliatione?) digna iudicaui. sed illa præcipuè, vbi multum se torquet in Criticorum de Catullo erroribus eruendis: verùm ipse peiùs errat, qui cum de alijs Censor exultet, non aliter quàm calumnias congerens se gerat. Politiano, Turnebo, et Carrioni insultat viris doctissimis: ast iniquo sanè iure. Omnium sententias obiter proferam, vt meam probem, Castalionis reiiciam. Duo in Catullo epigrãmata omnibus exstant notissima. ad Passerem Lesbiæ, et luctus Passeris ad quæ Martialis noster in multis respexit, vt in illo extremis hendecasyllabis.

= da nunc basia, sed Catulliana,
= quæ si tot fuerint, quot ille dixit
= donabo tibi Passerem Catulli.

in quibus adlusione ad Catullianum epigramma V. et VII. ad Lesbiam.

= da mihi basia mille &
= quæris, quot mihi basiationes &

Cap. 1. Decad. 1. Obs. in Crit.

Lib. XI. epig. VII. [ad Rom. et Dindymum]; siue [ad hunc de Saturnal.] vt habet V. lib.

et

transit

transit ad ipsum opus; hoc est, da mihi tot illa basia, quæ Catullus
adpetebat, et ero idem Catullus; idest, eadem erunt epigrammata
mea, et aquè dulcia ac Catulliana. In illum sensum, sed in rem
diuersam ab ipso alibi;

= Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce, Marones:

hoc est, sit qui largiatur et erit qui componat: sit Mæcenas et erit
Maro. Politianum non excuso, qui ibi obscænum sub passeris
adpellatione latitare credidit; necei in hac re nimiis credentem.
Benedictum Lampridium, quod [illegible] nomine vocatam in Mimis
obscænam partem virilem à passerum salacitate Festus narret.
Quibus Sanazarius et Muretus bene refragantur. Accuso tamen
Castalionem, qui inficete rem reprehenderit, et ibi intellegendo
ratus sit carmen ad Passeris Catulliani exemplum conscriptum: nec
discernit ab illis

Mart. epig. VIII. lib. I. [ad Maximum de columbâ Stellæ]

= Stellæ delicium mei Columba,
= Veronâ licet audiente dicam
= vicit, Maxime, passerem Catulli.
= Tantoq; Stella meus tuo Catullo,
= quanto passere maior est Columba.

Vbi de Columbâ versibus decantata ab Stellâ, Vti à Catullo pas-
sere agit: hoc est de Vtriusq; in re simili carmine; at loco Supe-
riori non eadem ratio, cum potior de totius operis genio adparet:
hîc enim par pari comparatur, ibi verò longè alia ratio est: vtim
illis, vbi de aue mentio tantum facta Vti apud Catullum, apud
Martialem.

Lib. VI. epig. XIII. ad Autum

= Non quales teneri plorauit amica Catulli
= Lesbia nequitias passeris orba sui:
= Vel Stellæ cantata meo, quem fleuit Hiantis,
= cuius in Elysio nigra columba uolat.

de delicijs suæ puellæ. Vt alibi de Publij catellâ

lib. I. epig. CLIV.

= Ipsa et passere nequior Catulli,
= Ipsa est purior osculo Columbæ.

Nec ideo Turnebianos Logos defendo, qui Symbolum Veneris esse
passeres probat, Vt potè Vectores ipsius currus, idq; ex Spectatæ
Catullum, neq; propriè locutum: modo tamen taxationis offendor:

cum

cum sine acumine rem uideam enodari. Restant illa ex eodem Martiali ad Silium,

= Nec toruâ Lege fronte, nec remissâ
= Lasciuis madidos iocis libellos.
= *Sic forsan tener ausus est Catullus
= Magno mittere passerem Maroni.

Quæ quidem L. Carrio sic interpretatur, vt non Hendecasyllabos tantùm, sed totum epigrammatum volumen uelit, nam primum omnium illud ad Passerem credit; epigramma uerò ad Corn. Nepotem non in operis corpore, sed extra ordinem esse: et ante eum Palladius verùm, inquit, [cum omia sua scripta in vnum opus contraxisset, illudq; iam emissurus esset à deploratione mortui passerculi, qui in deliciis Clodiæ erat, Passerem adpellauit.] Neutrum nimis probo, sed nec prorsus improbo: magis Castalionem, qui, Ecquis Carrioni è mortuis excitatus Catullum epigrammata sua eo ordine digessisse retulerit? male anquirit: ab illo aliquo ordine esse digesta apertè constat ex ipsius inscriptione ad Corn. Nepotem, quî ergo huic dicaret, ni ipse emisisset? emisurus quî non digesisset? cetera ex ipso argumenta petenda: obuia enim sunt. Illud uerò ad Corn. Nepotem non fuisse initium (licet repugnantibus Libris antiquis, quos ego vidi, vbi continenter omnia leguntur absq; vllo alio discrimine) totius operis, Ausonius in suo ad Catulli imitationem demonstrat, nescio an apertè, cum ad L. Pacatum Drepanium,

= *Quoidono lepidum novum libellam?
= Veronensis ait poëta quondam,
= inuentoq; dedit statim Nepoti.
= at nos illepidum rudem libellum
= burras, quis quilias, ineptiasq;
= credemus gremio cui fouendum?
= inueni, trepidi silete nactæ,
= Nec doctum minus et magis benignum
= quàm quem Gellia præbuit Catullo. &

Tamen nihil adfirmo; vel si aliquid, cunctanter: aliorum iudicio relinquens. Quod Palladius vniuersè de omnibus Catulli scriptis in vnum opus contractis, cui Passer à passerculi deploratione titulus: sine auctoritate est; præsertim cum non à deploratione passeris, sed ab ipsius viui laudibus auspicari Catullum videamus:

licet

lib. IV. epig. XI.

* quomodo hæc capienda disce ab vno Scalig. Annot. in Eusebium. fol. 143. a.

lib. I. Emend. cap. VIII.

* eadem vsurpat Eidil. XI. in epist. ad Symmach. ante Gryp. ternarium.

Licèt hoc ex coniunctione Vtriusq; epigrammatis factitatum adpareat, sed distinctio in Vulgatis verior. Ast Castalio nullo hoc modo posse admitti censet Carrioni insultans: nam, esto. Catulli epigrammata passeris nomine contineantur, quid Lyrica, quid elegiæ, quid deniq; epitalamium Manlij, et carmen de Nuptijs Pelei et Thetidis heroicum flagitabit? inter Leuia connumerabis, quæ Maronianæ maiestati opponi possunt, atq; adeò vnde multa Virgilius in Æneidem transtulisse probatur? Hæc omnia, meo iudicio, sunt distinguenda: Scimus enim eo ordine Catullianas elucubrationes esse diuisas, vt primùm Hendecasyllabi, deinde carmina, postremò epigrammata sint conlocata. quid si Passer ad hendecasyllabos tantùm referatur? non male. quid si ad opus vniuersum? Bene (quidquid Castalio improbet). Nam non ad maiestatem huius vel illius rei, sed ad teneritudinem omnium referenda illa Martialis: à quo tener aliquot locis indigetatur: Virgilius verò Magnus ob grauitatem totius operis vel vllâ inflexam teneritudine non graui. Vt rem claudam Δισκλύτως Passer pro opere: opus enim ex principiò. quod si leue et nugatorium Castalio retur; ipse leuior et nugatior, cum nullam in hanc rem probationem adducat; et tot pro me sint exprobatissimis desumptæ auctoribus. Communis, quod ipse fatetur, ad legandarum legum vsus planè demonstrat. Aristoteles cum pro Iliade Μιωιν ἀειδεσθεὰ. Cicero. Ô Titeli quid ego, pro dialogo de Senectute. Ouidius. Æneadum genetrix, pro Lucretij Libris. Ouidius iterum, Persius, Martialis, Ausonius, alij armavirum pro Æneide. quid plura? plures notant: præ quibus quis Castalio? nec vllus: quem cautè legendum semel testor. Sæpius namq; contradicendi ardore conreptus à se se, et vero diuagatur: Vti cum meum Lipsium tanquam aquæ frigidæ reiectorem taxat incautè. Vt alia plura.

Quod accidisse experientiâ docemur omnibus, qui hanc amoliuntur spartam reprehensionis, ea reprehendentes, quibus æternarum in se reprehensionum tramam ordiuntur. His vel exemplo est Vnus Verderius, qui de alijs censor, censoriam aliorum in se ipsum notam nunquam non patietur. Quippè hoc naturâ comparatum est, Vt in acuratiùs maledicamus,

quam

cap. XV. de repreh. Soph. idem Lucian. epigram. in Gramm.
lib. VII. epist. III. ad Attic.
II. de Tristib. Sat. I. epig. LVI. lib. VIII. et lib. XIV. epig. XXXIV. epig. CXXXIX.
Palladius, Asclepiades, Sid. Apollinaris, Eusthenius et plures à me in Persium adnotati. Quin et Maro idem de se vers. vlt. Georg. [Tytere tu patulæ &c] vt Bucolica diceret.

quam bene: Vt potè à Naturâ non bonâ. Tua
mihi, Augustine dulcissime, certè bona, probaq; in me,
in omnes. Mea in te non mala: certè benè probeq; addicta:
Vti tibi mea omnia. qua vt valeant, Tu vale.

CL. Verd. in Censione in omnes fere auctores; in quem sp illis nostra euulgabitur.

DECAS QVARTA

HORARVM SVBSECIVARVM.

AD

AMICOS, DOCTOS, NOBILES.

20 Isidoro, 6 Plauto, 1 Ennio, 10 Ciceroni, 12 Livio, 16 Senecas
17 Agellio, 18 Spartiano, 19 Capitolino, 20 Catoni, 13 Persio
9 Lucretio, Cypriano, 21 Orientio, ~~Varroni~~, Quintiliano
14 Val. Maximo, 15 Plinio, 22 Aldelhero, 11 Tibullo, Ovidio
Martiale, Varroni, 2 Titinio, 3 Turpilio, 4 Pacuvio,
5 Accio

SCHEDIASMA I. D. Francisco de Rojas Comiti de Mora

+ II. R. Iac. Pontano S. I.

III. Carolo Pascalio V. CL.

IV. J. Casperio Gevartio V. CL.

V. Franc. Philippo et Ant. de Caso FFF.

VI. ~~R. Matthęo Radero S. I.~~ Simoni de Havvello inuent

VII. Petro Pantoja de Aiala V. N.

IIX. Andreæ Ruesta Theolog.

* IX. ~~Theodoro Marcilio V. CL.~~ Francisco Fernandeo de Cordoba V. CL.

X. R. Melchiori de Soria. S. I.

Dn. FRANCISCO DE ROJAS, ET Guzman, Comitis inlustriss. de Mora F. Domin. de laios, et Castañar &c ingenij monumentis. CL.

B. Isidorus à nonnullorum calumnijs vindicatus: quid *Litteræ longæ* in Plauto? Condemnationis et Absolutionis Notæ. Sepulcrales quomodo intellegendæ? de S. Θ. T. apud Hebræos, Græcos, et Latinos præcipua.

SCHED. I.

Pòemata (quæ Iuppiter!) tua, Francisce inlustrissime, Legi nonsemel et tuum ex illis ingeniorum florem, quima-ïorum tuorum imaginibus satis decori perpetùo obumbrabit, quin et mihi erga te non vulgarem amorem: Nam rarum hoc duo in tantâ nobilitate (quidni et pòëtarum, quorum Hispania nostra improbè, vt infelicium fruticum Tellus, ferax; numeri innumeri vilitate?) vel numeris ipsis nobilitari. Tuis hi (liceat sic litterarum notas arcanas dò pellari!): Ego amicitiâ; quam tui exambire, hi indepisci in tuorum numerum dòscitum numeri efficient. Te et ego meum ac magni viri Patronum, Nam agrè fero doctissimos, sanctissimosq; Ecclesiæ patres à vilibus profanisve homuncionibus pessum pènè aliquotiens dari; qui quidem digni procul dubio sunt, quorum scripta obliuioni tradantur, manus igni mandetur, mens ignominiosa crucietur stupiditate. Sed in quem maxime tressis homunculi debaccati sunt, Noster ille Isidorus est tot vo-

vltri-

bilitatis, ingenij, ac sanctitatis titulis olim celeberrimus, meæ erga illum pietatis et adfectus gratiâ pluscula non minus curiosæ, quàm Vtilis doctrinæ monumenta obseruaui. Dabo aliquando; inter alia nunc illud de litteris mysticis non* semel inculcaui ex initio lib. I. Cap. III. Origin. Secunda (eius sunt verba ceteras Υ. Τ. Α. Ω enumerantis) θ, quæ mortem significat. Nam iudices eamdem litteram theta adponebant ad eorum nomina, quos supplicio adficiebant. Et dicitur theta ἀπὸ τοῦ θανάτου id est à morte, vnde et habet per medium telum, id est mortis signum, de quâ sic quidam ait.

= Ó multum ante alias infelix littera theta

præclarè, et alijs à me animaduersis Concinnè ~~adficienda~~ adficienda. Nam notum illud Persij nostri.

= et potis es nigrum uitio præfigere Θῆτα

Sic scribendum, ut apud Martialem

= est operæ pretium discere Θῆτα nouum,

è duobus m. s. uetustissimis didici; non theta, uel thita Latinis litteris, quod facile adducar vt credam ita à Persio et Martiali expressum, quemadmodum satyrarum initio ~~χαῖρε~~ in quo multi variant, imò errant chaire reponentes, vti et multa apud Hispanum obuia; quin, et vt obiter Persium Elucidem; nemo tam lippus, qui heîc opportunè adpositam Græcam vocem non uideat, quæ quasi et timoris et irrisionis adfectatæ plus promat, et Neronianam desidiam Alcibiadis nomine subnotatam planiùs demonstret. Vlterius tendo. Sidonius Apollinaris de eâdem

= isti qui uolet exarationi
= distinctum bonus adplicare Θῆτα

Et Ausonius Burdigalensis in Eunum pædagogum non bene audientem

= Miselle doctoröu tibi sit obscæno
= tuumq; nomen θ sectilis notet

*in nostr. ad Persium Comment. Sat. IV. in Polygraph. et stegan. lib. I. cap. XVI. et sched. decad.

Sat. IV.

lib. VI. epig. XXXVI.

Λ χαῖρε

epig. CXX.

idest

idest, ad laqueum condemneris: & laquei formam habet. Autem condemnatoria, uel quòd Græcis θάνατος mors sit, uel quod pectoris transfixi figuram repræsentet. Apud Romanos antea A. Absolutionis, C. condemnationis; quarum primam salutarem, secundam infaustam adpellauit Cicero. N. L, cùm non liqueret, vsus erat: in Aulularia Plautinâ littera longa, quam Staphyla minatur, sicuti et in Rudente Grypus, multi intellegunt de L, quòd eius sint verba.

in Rudent.

= Cubitum hercle longis litteris, signabo iam vsq; quaq;
= Si quis perdiderit vidulum cum auro, atq; argento multo.

Et alibi

in Aulul.

= neq; quidquam melius est mihi (vt opinor)
= quam ex me et vnam faciam litteram
= longam, laqueo collum quando obstrinxero;

id est, ipse laqueo suspensus similitudinem faciam litteræ; sed nullo modo fides huic commento danda est. Litteræ enim longæ ibi pro in longum formatis sunt explanandæ, vt in Pænulo, scen. satis spectatum.

— bibitur, estur, quasi in popinâ, haud secus
= vbi tu videas litteratas fictiles epistolas
= pice signatis nomina insunt cubitum longis litteris,
= ita uinariorum habemus nostræ delectum domi:

Hoc est pocula; quæ Græci γραμματικὰ ποτήρια, vt in Athenæo uidere est, quæ vno verbo ἐπιστολαί, vt est in Hesychio. Sic et littera quadrata in Petronio pluribus* obseruauimus ~~proprio~~ suo loco. Similiter refellendus Rhodiginus. T. adseuerans esse debere: nec non et J. Cæs. scaliger, Dionysius Lambinus, J. lipsius, à quibus. I. inconfesso est; quamuis pro illis agat Ausonius in Eunum

= Quid imperite putas tibi scriptum.

* Sched. I. Decad. V. X. Lect. Ant. cap. XVII. De Causs. L. L. cap. VI. et XL. in Plaut. Aulul. sc. I. Ac. I. Dialog. de rect. pron. cap. VIII.

vbi

: ubi locari Θ ota conuenit Longum. ?

ibi namq; vt posset aliam ex longis, hanc adaptauit. Si cui displicebo hoc sentiens, displicebunt et Turneb. lib. xxiv. Aduers. cap. xxxi. Ian. Dousa in Plaut. R. Matth. Raderus in Mart. epig. xxxvi. lib. vii. et alijs, quos haec sentire aut innuere autumo. Ceterum, vt ad Θ. reuertar, cuius praecipuè caussâ hanc institui disputationem, noster Isidorus alibi de eâdem haec subdit, vocabatur praeterea et haec militaris nota, quibus militū nomina continebantur, propria nota erat apud veteres quæ (quâ corrigo) inspiceretur, quanti ex militibus superesset, quantiq; in bello cecidissent. Θ nota in capite versiculi (fortè breuiculi, qui in hos vsus, vt ex Ruffino constat) superstitem designabat. Θ verò ad vniuscuiusq; defuncti nomen adponebatur, vnde et habet per medium telum, id est, mortis signum, dequâ Persius.

lib. I. cap. XXIII Orig. h.

= Et potis es nigrum uitio praefigere theta ?

Sed haec multis sublestâ fide fuerunt dubitantibus cur Θ Θanum significaret? vnde et corrigenda in V. nonnemini valde placuit: Nam V praeponebatur in Sepulcris ijs, qui superterram, cumplurimus sternebatur; sed illis qui subterrâ, scalpebatur Θ, nimirùm primæ litteræ in [viuus] et θανάτῳ quod et exemplis etiam patet. Lugduni Batauorum in ædibus Episcopi Aquinatis.

* I. Lipsi. dialog. de vet. pron. L. L. cap. x.

Θ. CN. OGVLNIVS. CN. L.
NICEPHORVS.
Θ
GVLNIA. CN. L. NICE.
V. L. SAPRINIVS. Θ. L. SVRVS.

Et ad Marianum templum.

C. E

Q. EPPIVS. Q. T. CORRVPP.
Θ CLODIA. CL. SILENIO.
ΘEPPIA. L. T. PAVLI VOTE
NNIANA MATER
EPPIA M. T. POLLA.

Nec non in ædibus Francisc. Porcarij,

V. D. LABERI. DD. ET. Ↄ. L. SVMMACHI
Θ. LABERIA. D. L. ET. Ↄ. MVSA.
V. D. LABERI. D. L. EVTICVS.

Hincsibi ansam præripiunt, vt doctiss. Isidorū errore ~~[illegible]~~ insimulent, ~~[illegible]~~, existimantes à nullo id muneris T. litteræ delegari. Quibus sanè nec adsentio, nec dissentio. hoc, cùm consuetudinem inscriptionum sepulcralium cum illis adsero; et si ab Ausonio etiam in Monosyllabis V. triste et funebre uideatur adsonare in illis,

= Cecropijs ignota notis ferale sonans. V.

Sed hoc ab vlulo verbo, vt notat salig. uel à Bubonis uoce, vt mauult lips. ex Plauti auctoritate. illud, cùm Isidorum lapsum negem, potiùs ex alio eiusdem loco ipsum interpreter; verba ipsius sunt. Tertia (de ijsdem agebat litteris) T. figuram demonstrans Dominicæ crucis, vnde et Hebraicè *signum interpretatur, dequâ dictum est in Ezechiele Angelo, transi per medium Hierusalem et signa Tau in fronte virorum gementium et dolentium (cap. ix.) ex quo Prophetæ loco satis ueritatem adstructam ab Isidoro quis, cui.

= tam cornea fibra est

Vt negare audeat? Nam symbolum salutis et uitæ illam exstitisse omnes absq; fidibus fatentur, e docti nimirum à Patribus

Græcis

in Auson. Lect. cap. XIX. lib. I.
Dial. de rect. pron. L. I.
lib. I. Orig. cap. III.
*[illegible]

Græcis Origine. Hom. IV. in Ezech. Chrysost. hom. XVI. in Cap. III. Matt. tom. II. Clement. Alexand. VI. Stromat. ~~Chrysost.~~ Nazianzen. alijs: latinis Tertullian. III. Cont. Marc. Ambros. II de Abrah. Cap. III. Hieronym. in prolog. lib. Reg. Augustin. Sermon. XVI. de Cruc. tom. X. Isidor. cap. XXIII. lib. Allegor. Thomâ in III. Apocalyp. Bonauenturâ in Exposit. Miss. Bedâ cap. VIII. quæst. in Genes. Pascasio Ratberto Comm. in Thren. Hier. cap. I. vers. XXII. et alijs apud nos * alibi. dere disces plura à doctiss. Hieronymo Prado et Io. villampando in Ezechiel. Lipsio cap. VIII. lib. I. de Cruce et in Notis ad idem Cap. Iacobo etiâ Gretsero lib. I. Cap. LI. de Cruc. Quin et hoc Suidæ testimonio satis liquet hinc originem illam ductam. T. semper Vitam significandi. [Theodosio M. regnante cum fana gentilium diruerentur, inuentæ sunt in Serapidis templo Hieroglyphicæ litteræ habentes crucis formas, quas uidentes hi gentilium, qui Christo iam addicti erant, aiebant significare crucem apud peritos Hieroglyphicarum notarum VITAM VENTVRAM.] Cui Sozomenus consonat lib. VII. cap. XV. Ruffinus lib. II. cap. XXIX. Hist. Eccles. Nam vt ait Paullinus Nolanus (Epist. ad Seu.) CHRISTVS non multitudine nec virtute legionum, sed iam tum (tantum lego) in Sacramento crucis, cuius figuram per litteram Græcam (fortè Hebræam) Tau numero trecentorum exprimitur, intellegendum non de θ, istud namq; iudices damnatis (vti dicebamus) præfigebant, illud uerò liberandis, teste Asconio Pædiano in Ciceron. Verrin. Sic et à bello redeũtium nomina à Notarijs militiæ in breuiculis scripta cùm essent, superstites litterâ T; at qui desiderabantur litterâ præfigebantur θ; hac mortis, illâ salutis. vnde et ipsum Thau, quod simillimum fuisse testatur R. Hieronym. Prado. T.

* Cap. XVI. lib. I Polygrap.

Rodig. cap. XVIII. lib. X. Ant. Lect. Pier. in Hierogly. Io. Gorop. lib. III. Hier. fol. CCLXV. Ricciard. tom. II. Sym. Comm. fol. CCXXXIII. Cassandus Cat. gl. m. p. I. cons. XXXVII. con. XCIX.

Græ

Græcorum ante litteras inuentas ab Esdrâ, vti ait Hieronym. prol. lib. Reg. Comprobatq; ex siclo argenteo Hebræorum apud Ben. Ariam Montanum virum sanè ter-maximum; in quo multas ipsorum litteras Græcorum elementis non absimiles, obseruarat: Mutatio ista litterarum ab Esdrâ facta fuit post captiuitatem Babylonicam, ne Hebræi cum Samaritanis infidelibus conuenirent. in illis uerò primis litteris Thau habebat formam crucis; quæ quidem et signum Dei uiui Apocalip. VII. at uerò in Ezechiele non littera solùm sed ס״ו, quod tam litteram, quàm signum quodcunq; significat, et ita Aquila et Symmachus uerterunt; Theodotion uerò ipsam litteram, et quamuis Chrysostomus hom. ad pop. XVIII. per Thau nihil aliud, quàm indeterminatum signum intellegat; Origenes in homil. de Epiphan. figuram crucis fuisse concludit. significabat autem in Apocalyp. omnes esse perituros, qui crucis Christianæ participes non exstitissent: in Ezechiele autem eos solùm esse seruandos, qui legem Dei seruassent: nam prima littera (obserua) תורה lex, est ת Thau. Quam obrem cum apud Hebræos, Ægyptios; apud Æthiopes Abyssinos (vt ex Nicephoro Grægorâ in Andronico constat), apud Italos (ex VIII. Ligurini), ceterasq; nationes, quibus Crux innotuit: imò apud omnes homines, ad quorũ SALVTEM crucis illa uictima Deo gratissima oblata est, vnde Nonnus in Euangelio Ioannis

εις δορυ τετραπλευρον

= in lignum quadrilaterum

extensam ait, ad omneis nimirùm cæli plagas, vt argutè Sedulius explicat cap. XIV. lib. V. Mirab. diuin. et illa apud Paullum vt possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ sit latitudo et longitudo et sublimitas et profundum.

Hieron. cap. IX. Ezech. lib. II.

Sixt. Sen. II. Bibliot.

Episcop. Reatin. in Ind. oper. Hieronym.

Leg. Damian. de Goes. Ludouid. Vrret. lib. III. cap. vltim. Hist. Æthiop. et in sua I. Bleda.

Cad

(ad Ephes.) ex Augustini in Psalm. CIII. damasc. lib. IV. cap. XXII. de Fid. ort. et Ruffini in Symbol. auctoritate: cum, inquam, apud omnes T. Salutaris Rei, aut Vitæ Symbolum aut signum extiterit, præclarè à nostro Isidoro **VITAM** illi ad sertam non probus est qui improbet.

Creber nonnullarum litterarum apud aliquot auctores probæ notæ concursus sedulò notatus: Apud Ennium præsertim, qui obiter non semel medicinam accipit, vnà et scriptores, apud quos ipse.

SCHED. II.

Duræ compositionis exempla non pauca apud bonos vtriusq; linguæ auctores uiri docti ac dicendi magistri frequenter notant, quale illud in Homero

[a] Μηδὲ γέροντα κακοῦ κεκακωμένον.

vbi κ littera quinquies continuò repetitur; vt in Sophocle octies Τ,

[b] τυφλὸς τά τ' ὦτα, τόν τε νοῦν, τά τ' ὄμματ' εἶ.

σ in Euripide sæpius, vt exagitatum à Platone Comico et Eubolo iocosè

[c] Ἐσωσὰ σ' ὡς ἴσασιν. Ἑλλήνων ὅσοι
ταυτὸν ζωείσεβησαν Ἀργῶον σκάφος.

Sic inter Latinos in Terentio [tantam tam improuisum] et [consilia consequi

[a] neue senem uexes vexatum.

[b] [cæca tibi aures, cæca mens ac lumina] Œdip. Tyr.

[c] [Salutis auctor tibi fui, vt ~~sciunt~~ Graij sciunt, quoscumq; tecum duxit Argo Pelias] Med. Act. III.

Muret. Var. Lect. lib. cap. XV.

qui consimilia.] in Cicerone et [inuisæ uisæ] [statua tua stabat] in Virgilio decantatissimum illud ex Æn. III.

= Sola mihi tales casus Cassandra canebat.

Plaut. Menæch.

non potui paucis plura plane proloqui

Tullius Caton. Maiore, [sensim sine sensu ætas senescit] ex notatione Langij in Cat. Maj. et Victorij lib. xxx. v. cap. xx. var. lect. et Turnebi lib. VII. Adu. cap. xix. in eodem notat [eo loco locati] in aliis alia. in Ennio tam frequentia, vt in singulis ferè ex ijs, quæ exstant, fragmentis inueniantur; quæ etsi in integris operibus, non adeo obuia, tamq; passim fuerint; ex ijs, quæ ad nos peruênere, facile erit cognoscere non parum uitium illud, quod quod sit, adliterationum, adlusionum, et id genus compositionis non purè exemplorum semper adrisisse veteri illi Historiarum et pöeseos parenti; eiq; quasi congenitum ac innatum adparêre. Specimen ex fragmentis præbebo, quod nescio anà Merulâ, Columnâue, qui luculentam huic Scriptori operam nauarunt, fuerit adnotatum. illi nunc non ad manum. Faciliam ductant; tres illi Hexametri uersus.

= Ô Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti,

apud Priscianum in [Te,] apud hunc et Seruium

= at tuba terribilei sonitu Taratantara dixit,

in Cicerone lib. de Orat. et Festo

= Africa terribilei tremit horrida terra tumultu.

in quibus T, vt in Sophocle. Cetera percurro ex I. lib. Annal. apud Nonium in [parumper]

= inde tueturibi lupei femina conspicit omnes
= in campo celeri passu premens parumper
= coniicit in siluam se se

fortasse Quintilian. huc spectauit cum feminam lupum exemplo Fabij Pictoris dictum ab Ennio ait lib. I. cap. x. et retinenda vox: et legendum

= inde tuetur ubei lup. fe. c. o.

nihilominus tamen sic muto.

*iam scio, quid illorum mihi cogitet, a Merulâ nunquam notatum, a Columna verò initio obiter, sed in aliam rem obseruatum.

endo

= endo tuetur oues lupus eminus, conspicit omneis,
= hinc campom celerei passu permensu, parumper
= coniicit in siluam sese —

alij aliter legunt. sed in hoc vetus verbum [trahit suaquemq voluptas] sed non video cur et mea non me trahat, præsertim cum e fragmentorum vestigijs tam hoc, quàm illud possit elici. Pergo. apud Festum in [prodi-nunt] pro prodeunt è lib. III. Annal.

= prodeinunt famolei, tum candida lumina lucent.

apud Priscianum in [misereo] è V. Annal.

= Sulphureas posuit spiramina naris ad vndas.

vt in Virgilio

— glauca canentia fronde salicta.

apud Agellium lib. XII. cap. IV. è VII. Annal.

= ingenio quoi nolla malum sententia suadet
= vt faceret facinus —

apud eumdem lib. XX. cap. IX. et Lactantium, et Calp. Pisonem, è VIII. Ann.

= haut docteis dicteis certanter, sed maledicteis

ex eodem VIII. apud Macrobium lib. II. Saturn. cap. II.

— moltai fortunai forte recumbunt.

= *haud quaquam quemquam semper fortuna secutast.

ex eodem apud Nonium in [politiones]

= rastros dente fabres capsit caussa poliendei
= agrei —

sed an [carpsit] cum* lipsio, [rasit] cum Merulâ? uiderint alij, ego vulgatam lectionem mauelim, quæ ex Plauto et Festo nota. apud Ciceronem in Brut. è IX. Ann. nec non apud Agell. lib. XII. cap. II.

— is dictus Meis popularibus olim.

apud Priscian. lib. VI. in [frux] ex eod.

= sed quid ego haic memoro? dictum factumq facit frux.

apud Non. [luctant] ex eod, si bene emendes,

— viri

Sic in Cœhanâ Cicero [vnquam quamquam].

*Epist. quæst. lib. V. epist. XIX. Vid. Turn. Adu. XXIX. cap. XIX.

— Viri valideis cum viribu' luctant.

apud eumdem in particip. [passus] ex X. Ann.

= aigro corde, comas passeis palmeis lacerantes.

apud Priscian. lib. I. ex eod.

— tum millia militum octo

= duxit, dilectos —

apud Non. in [peniculamentum] ex lucilio Sat. XIX. Cæcilio Fæneratore, Arnobio lib. V. aduers. Gentes noto uerbo, ex Annal. XI.

= pendent peniculamenta vnum ad quemq; pedum.

apud eumdem, in [cor masculini generis], Cæsellium Vindicem, et Agellium lib. VII. Cap. II. ex XIII. Annal.

= Suasorem summum, et studiosum robore belli.

* male ramen, ut ex Agellij uerbis constat.

apud Agell. lib. XIIX. cap. II. ex eod.

— Satin' Vatei Verant aitate in agundâ.

apud eumd. lib. II. cap. XX. VI. è XIV

= verrunt extemplo placidum mare marmore flauo

apud Priscian. lib. VI. extremo è XV. uel. XVII. (vtrumq; in Prisciano uidere est) Ann.

= Occumbunt Moltei letum ferro Lapigq.

in eodem lib. VI. [frux] è XVII.

= Si luci, sinox, simox, sriam data sit frux.

uoce [tondeo]

— atq; oppida capit.

uoce [Laurentis] pro Laureas

— Laurentis terra recepit.

in Agellio lib. VI. cap. VI.

= Brundusium pulcro præcinctum præpete portu.

in Macrobio lib. VI. cap. I. Satur. è. I. fortassis Annal. et sic ab auctoribus id non expressum.

accipe

= accipe daq; fidem, fidusq; ferei benefirmum,

Sic legend. non [fœdus] vt in vulgatis est: vt ex Varrone lib. IV. de L. L. constat.

in Festo uoce [sum] pro eum, sic lege

= ast te, non vt sum, summam seruare decet rem.

uoce [stolidus]

= nam uidi pugnare sues stolidi soliti sunt.

fortasse legendum

= nam veluti p. s. st. s. sunt.

*Scalig. adsentitur Merul.

vt sententia constet. aliter *Scaliger ad Fest. Guilielmius lib. I. cap. IX. verisim. Dousa Plaut. explicat. lib. II. cap. XXV. Vrsiniana editio: quid mirum? coniecturæ res est.

in Prisciano lib. XIII. uoce [meis] è II.

*[aiquiperare] legit Scal. in coniect.

= ingens coira mis quam concordib' *acquiparare.

in Festo [tolerare] è II.

= ferro secedere quàm dictis his toleraret.

Lego

= ferro se cædet quam dicteis heis toleraret.

*Victorio, Iunio, Dousæ

eodem dicendi modo, diuersâ tamen sententiâ illud Lucilianum Sat. VII. apud Nonium [samium], quod non ex eruditioribus vni negocium facessere uisum est — telo

= præcidit caulem &c —

cui adnectendum aliud apud eumdem Grammaticum [virosæ]

= vxorem cædam potius, quam castrem egomet me.

iterum ad Ennium. è cuius III. Macrobius Saturn. VI. cap. I. laudat inter alios hunc versum.

= postquam defessei sunt, stant et spargere sese

vbi octies S. repetitur: ibidem è VI.

= tum cum corde suo Deiuom pater atq; hominum rex:

ibid.

ibid. ex eod.

= fraxinũ frangitur —

= pinus proceras prœuortunt —

in eodem Saturnal. VI. cap. I.

— Campeis potuere perire

= nec quom capta capi, nec quom combusta cremari.

in Cicerone I. De Diuin.

= excita quom tremuleis anus attulit artubꝰ lumen.

ibid.

= nec se se dedit in conspectum corde cupitur.

— ad coili coirola,

vt in Lucretio, veluti et illud in vtrogꝫ

= Inde Mari Magno —

illius è II. de natur. rer. huius è XVI apud Macrob. lib. VI. cap. II.

in Ciceron. I. de diuin. et Varron. III. de re vest.

= Coirantes magnâ cum coirâ concupientes

— atgꝫ secundam

= Solus auem seruat —

— stabilita scamma solumgꝫ

ibid.

= Septingentei sunt paullo plus uel minus anni

= augusto augurio postquam incluta condita Roma st.

in Cicerone I. de Nat. Deos

= Simia quàm similis turpissuma bestia nobis,

fuit cum legerem

= Simia quàm similis, tam pessuma bestia, nobis,

In Festo [sapsa] pro [ipsa]

= quo res sapsa loco se se ostentat —

in Nonio [Longiscere]

— faciunt longiscere longè.

in

in Varrone. vi. de L. L.

= isq; Hellesponto pontem contendit in alto.

ibid. aut conferre ratem aratam —

in Ciceron. Tusc. Quæst. i.

= Aspicite, ô Ciues, SENIS ENNI imaginis formam.

in Caton. Maiore

— nec funera fletum

= faxit. cum volito uiu' per ora uirum.

quod ex Ennij epigrammatis, vt ex tragœdijs ista. ex [Aiace] apud Varron.

= Lumen iubarne in cailo cerno?

apud Macrob. lib. vi. Cap. ii. ex [Alexandro]

qui suo partu ardua pergat pergama.

in Varron. v. de L. L. ex eâdem trag.

= iam duelum ab ludis animus atq; aures auent

= auide expectantes nuntium. propter hanc aurium

= auiditatem theatra replentur —

in Non. [summum] ex [Andromachâ]

= bellum gerentes Summum Summâ industriâ.

[corporare] pro interficere ex ead.

= corpus contemplatur vnde corporaret vulnere.

[visceratim] ex [Andromedâ]

— Maria salsa spumant sanguine.

in Auctore Rhetoric. ad Heren. lib. ii. ex [Cresphonte]

= pacem intersese conciliant, conferunt concordiam.

quid si [conseruât]? adiiciam ex [Iphigenia] versus aliquot, qui apud Agell. lib. xix. cap. x. vti ego existimo, emendatos,.

= otio quinescit vti, plus negotij habet

= quàm quum est negotium, in negotio.

Nam

= namcui quid agat, institutum est, nullonegotio
= id agit. studens ibi mentem atq; animum delectat suum:
= otioso in otio animus nescit quid velit.
= hoc idem est, neq; domi nunc nos, nec militiæ sumus,
= inue⁹ huc, hinc illuc: cum illuc ventum est, ire illinc iubet
= incertè errat animus præter propter vitam uiuitur.

apud Non. ex [Medea]
= quid sic extra ades examinata limines?

apud Non. et Varron.
= Astu atq; Athenas antiquum opulentum oppidum,
= contempla et templum Cereris ad lævam adspice.

in Agell. VII. cap. VIII. ex [Phœnica]
— virum vera virtute viuere animatum.

in Non. et Sosipatro Charisio [duriter]
— ex ore orationem duriter dicteis cedit.

in Non. [cupienter]
= stultus est qui cupida cupiens cupienter cupit.

[sæuùm] pro sæuiter
= sæuùm suspicionem ferre falsam fatilium st.

[obstrigillare] pro obstare, ex Satyr. II.
= resistant, occurrunt, obstant, obstrigillant, obcogitant.

in Festo [mutire] ex [Thelepho]
— palam mutire plebeio piaculum st.

in Non. [stola]
— vestitus squallidâ septus stolâ.

[mactare] — magno mactassent malo.

[delectat]
— Apollo ipse delectat, ductat Delphicus.

in Ciceron. I. de orat.
— ex —
= incertis certos, compotesq; consilij
— ne res temere tractent turbidas.

in Festo [tam] pro tamen

— tam

— tam potis pacis potiri —

[trifax] — permaceret paries percuss' —

Quid exemplis pluribus rem tam notam monstrare? Plura tamen sunt, quæ ceteris non pigebit adtexere. sed breuiter. [aures aucupauit] Non. [viua vna] Prisc. [aduersus aduersarios] Agell. [candidum claret] Non. [Suspicionem sceleris partiuit pater] Non. [vrbe orba] Cic. [templis isdem] Cic. [is id] Lact. [Prius paries Locusta lucam] Varr. [Fecere fremendi] [Frunde frutimi] [Tibi Tritanis Triuia] [vitulans victoria] [runata recedit] Fest. [obsidionem obducere] Non. Et id genus alia, quæ in laceris Senis Ennij (vt ipse ait) Membris vel hodie adparent, ex quibus quantum istius modi scriptioni fuerit quasi ex naturâ deditus, non obscurè lucet. Tu iudica, Pontane clariss. qui in antiquis bonisq; auctoribus vel minima, uel nimia obseruitasse, nec minimum nimiùmue (quæ tua doctrina et vtilitatis publicæ studium est) iudicabis.

Conducunt huc præclare obseruata ab Hispanorum optimo doctissimoq; ac mihi amiciss. Ludouico Tribaldos de Toledo in eruditiss. Χυκεών libris, cum singulare in Cicerone præseos studium et præstantiam illius

O fortunatam natam me consule Romam

aduersus Quinctil. et Seru. tutatur acerrimè. sed præstat. Cl. amicum nostrum, dum legere admirari, quàm à me hêic de tot illius laudibus paucula ieiunè 2 perstringi. Quæ alius loci

CAROLO. PASCHALIO VC.

apud Rhætos legato.

Tumultuariò multis veterum insigniumq; Scriptorum locis ~~me~~ medicam manum adplico: Ciceroni, Liuio, Senecis Rhetori, Philosopho. Agellio, Ælio, Spartiano, Iul. Capitolino. [grassator] in Catone apud Agell. quid?

SCHED. III.

Nælla inamænæ prorsus, uel inhumanæ potius naturæ est, quicum in tuos, Carole Paschali, floridissimos de Coronis Commentarios inciderit, tuo

— detrahere ausit

= hærentem capiti multâ cum laude coronam.

Certè omnibus, quas ingeniosè vetustas honori adaugendo adiuuenit, dignissimus es. Dicam præfiscini, dicamue rè paucorum scripta, vt illa tua, meo animo et uoluptatem pariter et admirationem âdtulêre: ab vtrâq; nôtâ me tibi uelim putes ἕνα τῶν ἀληθινῶν φίλων, et tuarum rerum uerissimum æstimatorem. Non hunc, sed amicum in ijs te experiar, quæ, vt soleo, tumultuario è varijs auctoribus in hûc quasi fascem conlegi. Princeps istorum, vt et doctissimorum, Cicero Oration. pro L. Flacco

[Census es præterea numeratæ pecuniæ centum triginta millia. eam, opinor, numeratam tibi non esse abs te]

To [tibi] reiecit Lipsius Var. Lect. lib. III. cap. I. quòd Ciceronis locum, et iocum uideatur perturbare. Ego cum in m.s. reperiri sciam, non temerè reiiciendum reor, potiùs emendo [ibi], et iocum explico in Decianum C.R. cuius præcipuè operâ L. Flaccus accusatus erat, quimaximè adrogans et gloriosus, ita vt in censum suum pecuniæ numerum, quem non haberet, retulisset. Idem in Hortensio.

[vt ij, qui combibi purpuram volunt, sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam, sic litteris talibusq; doctrinis ante excoli animos, et ad sapientiam concipiendam imbui et præpariri decet.]

apud Nonium imbuere, sufficere. quæ ex Platonis dialog. IV. de Iusto Iustus Lips. bene et commodè docuit. Sed quid [talibus]? Lego [liberalibus]. probatq; ipse fragmenti contextus et sententia Hortensij an alius ex ijs qui Hortensio repugnabant. Oration. in Pison.

[tu tantis nationibus subactis, tantis rebus gestis minimè fructum laborum tuorum, præmia periculorum, uirtutis insignia contemnere

[Vnum ex veris amicis.]

Var. Lect. lib. II. cap. X.

nere debuisti neq; uerò contemsisti licet Themista sapientior: sed os tuum ferreum Senatus conuitio uerberari noluisti]

quid [Themista]? nihil prorsus. lege [Themi ipsâ] optimâ sententiâ. Frumentariâ in Verrem. lib. III. Accusat.

[quid si duabus partibus doceo te amplius frumenti abstulisse, quàm populo Rom. misisse? tamen ne putamus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum et populo se ad coronam daturum?]

est qui emendat [populo se accoronæ], et pro populi circumstanti multitudine capit. ego alio sensu vulgatam retineo, et populo se ad coronam, vt ad laudem interpretor. Nam potius arguat frumen cum Cicero Verritum, quàm pop. Rom. missum; irridens addit, anne patronus tuus tam manifesto crimine ceruiculam apud populum iactitabit, et ab eo coronam, laudemuè accepturum se existimabit? Nihilminus, cum populi communi consensu damnatum se iri sciat.

Succedat Ciceroni Liuius lib. XXII. oratione Varronis ad Campanos.

[pulcrum erit, Campani, prolapsum clade Romanum imperium, uestrâ fide, uestris ducibus retentum ac recuperatum esse. Triginta millia peditum, quatuor equitum arbitror ex Campaniâ uos scripsisse. iam pecuniæ affatim esse frumentiq; qui si parem fortunæ uestræ fidem habetis &c.]

primò [redemptum recuperatumq;] lego, statim [quatuor equitum arbitror ex Campaniâ uix scribi posse.] nam à Campanis nullus scriptus miles. postremò [iam pecuniæ affatim est, si frumenti; quiq; si parem f. v. f. h. &.]. eod. lib.

[Annibal vrbem ingressus Senatum extemplò postulat precantibusq; inde primoribus Campanorum, ne quid eo die ferè gereret, dieq; vt ipse aduentu suo festum lætus ac libens celebraret.]

lib. vet. [ferre]. lego [ferri], ne quid eo die ferri gereret, nihil de bello discerneret eo die, qui aduentu suo celebris. eod. lib.

[cœperunt epulari de die et conuiuium non ex more Punico aut militari disciplinâ esse: sed vt in ciuitate atq; etiam domo diu

adua-

aduarias omnium voluptatum illecebras instructum.]
Sigon. [domo diuite], lips. [instructâ] mutant; ego sic lego [vt conuiuium n. e. m. P. a. m. d. esset, sed vt inciuitate atq; etiam domo ibi ad varios om. v. illecebras instructa.]
Lib. XXIV. in orat. Q. Fabij
[quin Romæ quoq; in ipsâ vrbe secundum foro uisum, quod mirabile est quia rarum &]
Lege [fæcundum] pro [secundum.] et [quod mirabile est quia rarũ] glossema fœtidum puta. lib. XXVII.
[inter multas magnasq; res, quæ nunc secundæ, nunc aduersæ occupabant cogitationes hominum.]
Lib. vet. [cecultabant.] lip. [solicitabant.] an et [occultabant.] confirmabit fortassis quod prope est [ne Tarentinæ quidem arcis excidit memoria.]. eod. lib.
[Capuæ duas ædes Fortunæ et Martis et sepulcra aliquot de Cæli tacta; Cumis (adeò etiam minimis rebus praua religio inserit deos] mures in æde Iouis aurum rosisse.]
Reor illud parenthesi clausum glossema purum putum esse: illud de muribus, qui aurum roserunt, vide, rogo, an Senecæ inseruiat in ludo Claudij, vbi mures molas, vel ferrum lingunt. sed hæc omnia vt ferè temerè, conctanter adscribo.
Seneca se ijs ingerat Epist. LXXIX: apud quem Metrodorus in quadam Epistola fatetur.
[se et Epicurum non satis emicuisse, sed post, se et Epicurum magnum paratumq; nomen habituros apud eos, qui voluissent per eadem ire vestigia.]
Lips. [pacatum nomen] legit, hoc est, extra calumnias et detractiones, ego [per rarum] mallem, vel potiùs [patratum], hoc est, eruditione comparatum, adeptum. nam quid calumniarum cum illis, quos [illa nobilis Græcia non ignotos solùm habuisset, sed pœnè inau=

ditos

ditos?] Vt ait Epicurus epistolâ ad Metrodorum. lib. II. de benef. Cap. XXIX.

[et quidam professi sapientiam queruntur, quòd solidior sit cutis belluis, decentior damis, densior vrsis, mollior fibris; quòd sagacitate nos narium canes vincant; quod acie luminum Aquila; spacio ætatis cerui, multa animalia nandi felicitate.]

[diuinandi] legit Lips. epist. quæst. lib. II. ep. X. quia statim [futuri scientia]. nam quæ verâ felicitas in nando? multa. lego tamen [facilitate], nam m. ss. codices Regij et Toletan. sic habent, quibus cum ab aliis notati consentiunt. lib. IV. cap. XXX.

[Quid Fabium Persicum, cuius osculum etiam impediret viri uota boni &c.]

alij m. ss. [deuotabam] hinc Lips. [deuitabant]. Muretus [imperi uitabant]. Pincian. [impuri viri vitabant]. alij aliter. ego ad antiquorum librorum lectionem propius accedo legens [impudici denotabant.] vt opicum et sui capitis prodigum, vt eleganter etiam alips. dictum. lib. IV. Quæst. Nat. præfation.

[si ergo formare vt scias non posse te consequi, vt sis impenetrabilis. cum omnia cacaris, per ornamenta feriet.]

M. s. Regius [armamenta] legit, an bene aliorum iudicio relinquo. Scio quid [ornamenta] hêic et alibi sint. in m. ss. Pinciani [munimenta], vnde ipse [veramenta].

Senecam Seneca subsequatur, Filium Pater, Philosophum Rhetor Controuers. I. lib. I.

[quis quis alimenta à mendico rogatus est, nihil amplius quàm iter ei monstrat; vade ad fratrem, i. ad filium. iamquidem nobis eandem fortunam precantur. crede mihi. sacra populi dignatur.]

Nicolaus Faber V. Cl. conruptas lectiones editionum ueterum bene monet, in quibus [miseri monstrat] et [satra populi]. Guilhel. Ranchinus lib. I. cap. II. Variar. [sacra populi lingua est] legit, quia

in animo Senecæ illud Vulgi [vox populi, vox Dei]. amicus noster And. Schottus locum deprauatum, nec lectione vet. lib. [satra.] nondum sanatum dicit. Ego aliter concipio et sic lego [quisquis alimenta à mendico rogatus, et nihil amplius quàm iter ei monstrat; vade ad fratrem, inquit, ad filium. Nam quidam nobis eamdem fortunam precantur. redde mihi. Sacra pupilli lingua est.] fuit cum [satyrâ populi dign' es.] legerem. Sed cuncta conctanter, et nihil certi adstruens. inferiùs.

[interrogo vos, Iudices, quid facere oporteat? nam istum non interrogo. scit quid facturus sim, nam patrem vt alteri patrifaciam iniuriam, alteri inuidiam.]

Nic. Faber coniectatur [non alerem, vt alteri patrifacerem iniuriam, alteri inuidiam?] Ant. Augustin. [alam patrem.] Guil. Ranchin. lib. 1. Var. lect. cap. 11. legit [num patrem vt alteri &c] et in verbis senecæ [vt vltori patri faciam iniuriam &c]. Ego fortasse peiùs [nùm paterer vt vltor patri faciat iniuriam, alteri inuidiam?]. Nam et hæc ad filiũ patri patrocinantem spectant.

Agellium emendo lib. 11. cap. XXVIII.

[ne alium pro alio nominando, falsa religione populum alligarent. eas ferias si quis polluisset, piaculoq; ob hanc rem remotus esset: hostiam SI DEO. SI DEÆ. immolabat. &c.]

bene qui [ob hanc rem opus esset] emendarunt Lips. Elect. 1. cap. VII. H. Step. in Agell. editione. Ego mentem Agellianam e uetustæ scripturæ vestigijs explico, locum impleo uoce additâ [eas ferias si quis polluisset, piaculoq; ob hanc rem reo opus esset.]. lib. XI. cap. 11.

ex Catonis Carmine, quod de moribus Agellius laudat

[poëticæ artis honos non erat. si qui in eâ re studebat, aut se se ad conuiuia adplicabat. grassator vocabatur.]

Garrulator, siue grallator emendat Ranchin. var. lect. lib. 1. cap. v. nullo modo placet siue grallatoris notionem, siue garrulatoris uocem nihili spectes. Vulgatam lectionem reti-

nen

nendam iure arbitror, et pro adulatore grassatorem capio, nam grassari in Festo adulari est. et notæ poëtarum ad conuicia adulationes ex Persio, Martiali, Iuuenali, alijs: de quibus nos ad Persium plura. lib. III. cap. XIII.

[Demosthenes domo egressus, vt ei mos erat, cum ad Platonem pergeret, compluris q3 populos concurrentes uiderat &] quid [populos]? an ne [è populo]? Suspicatur Ranchinus, sed quid [è populo]? nugæ. fuit cum [pupulos] uellem, nunc [discipulos] affirmatè scribo. Nam statim [cognouit q3 currere eos auditum Callistratum.]. lib. XIX. cap. III.

[qui maledicit et uituperat, quanto id acerbius facit, tam maximâ mole pro iniquo et inimico ducitur, et plerum q3 præterea fidem non facit.]

Lips. Elect. I. cap. XI. [mole] vt glossema reiicit. H. Steph. in. [ille] uertit, non male. sed fortasse rectiùs [tam maximè pro malo, iniquo, et inimico ducitur.] sed annè phrasi veteri et crebra Plauto [tam maxime (malùm) pro iniquo &c]. Transeo ad minorum gentium scriptores, inter quos imperatorij primum obtinent locum. Ælius Spartianus in Antonio Caracallâ.

[et cum Germanos subegisset Germanicum se appellauit uel ioco, uel seriò, vt erat stultus et demens, asserens si Lucanos uicisset, Lucanicum se appellandum.]

Schedæ in bibliothecâ Superiori Templi omnium maximi Toletani asseruantur, in quibus Suetonij acaliorum eiusdem generis scriptorum opera continentur, inter ceteros Spartianus, cuius in hanc rem verba sunt hæc [et cum Germanos subiecisset, Cermanum se appellauit &.] Vnde coniectura pronior in Carmanos et Carmanum. Scio quanta inter G. et C adfinitas intercedat. sed in eâdem uoce [Carmania] G. inuenitur

apud

apud Agatarchidem, cui non Carmania sed Γερμανία, cum tamen non illa, quæ Germania; vnde apud illum Γαρμανία, siue Καρμανία legendum censeo. cum verò Germanicino-men patre viuo Caracalla fuisset consequutus, quî Germanicus, cum uicisset Germanios, quos nunquam uicit, adpellari uoluit? Confirmetur itaq; bona magni Lipsij coniectura, qui hæc si non adfirmauit, nouè excogitauit. idem in Seuero.

[opera publica præcipua eius exstant septizonium, et thermæ Seuerianæ. eius denique etiam ianua in transiberina regione, ad portam nominis sui.]

in ijsdem schidis [eius denique exstant ianuæ.] bene [exstant.] qui ibi terminus rerum omnium ab illo gestarum, optimè [iani] cum Lips. elect. 1. cap. xxx. transitiones paruæ, idem in Hadriano.

[corrupisse eum Traiani libertos, curasse delicatos, eosdemq; sepeliisse, perea tempora, quibus in aulâ familiarior, opimo multa firmauit.]

Lego fortasse non temerè [durasse delicatos eosdemq; sepolcrisse], phrasi non abeiusdem stili inelegantiâ abhorrenti; ceterùm quid duratio uel pueris nota. Eiusdem generis Capitolinus est, cuius hæc in Gordiano.

[Adolescens cum esset Gordianus, de quo sermo est, pœmata scripsit, quæ omnia exstant, et cuncta illa quæ Cicero ex Demetrio et Arato, et Alcyones, et Vxorium, et Nilum. quæ quidem adhoc scripsit, vt Ciceronis pœmata nimis antiqua uiderentur.]

quid [ex demetrio]? aut qualis iste Demetrius, ex quo Cicero pœmata vertit? prorsus ignoro. Lego tamen ex uestigijs priscæ scripturæ, quæ in Aldin. priscâ editione [ex Diametro et Aratum &], lego

Lego, inquam, [qua Cicero hexametro ex Arato et Alcyonas.] certè ita etiam D. Hieronymus de Cicerone profert [noster Tullius Platonis libros, adverbum interpretatus est, et cum Aratum iam Romanum hexametris uersibus edidisset, in Xenophontis oecono mico lusit.] Alcyones etiam in Nonio; sed de Vxorio et Nilo fides penes Capitolinum; qui in M. Antonino

[Crimini ei datum est quod adulteros uxoris promouerit Tertul- lum, et Vistilium, et Orfitum, et Moderatum aduarios ho- nores; cum Tertullum etiam prandentem cum uxore deprehen- derit. de quo Mimus in scenâ, præsente Antonino, dixit, cum stupidus nomen adulteri uxoris à seruo quæreret, et ille diceret Tertullus; et adhuc stupidus quæreret, respondit ille. iam tibi dixi, Tertullus dicitur.]

Bene Lipsius pater, vt eruditionum, acuminum lib. 1. elect. Cap. XXX. locum Mimi explicuit, sed erroris caussam non aperuit. in Tolet. schid. [Tullus] legitur, vbi incer[tor] [Ter- tullus] inuenitur, sed reponendum [Tullus, Tullus, Tullus], ex compendiarijs nimirum notis error enatus. sic fortasse in multis [T.T. Tullus] vnde [tertullus] efluxit. male, vt et inferius bene [ter-Tullus.]

I. CASPERIO FEVARTIO V. CL.

Varietas lectionis in uoce melos apud Persium. quæ retinenda. Auctorum dissensus, qui audiendi. Persius explicatus. Ennius, Cato, Næuius, Lucretius correcti. Varij variè interpolati.

SCHED. IV.

Quæ de iudicio in litteris tuo, Fevarti CL, ab aliis audiui, heic experiar in his, quæ non paucis multorum calculis sunt tentata, Nam

= Cui non dictus Hylas puer ——

Cui non et Persiani uersiculi corrigendi conatus? ille, ille est variè à varijs decantatus,

Sat. 1. Initio.

= Coruos poëtas et poëtrias picas
= Cantare Pegaseium melos credas.

Quam Lectionem omnibus procul dubio antepono; sed vt rem totam elucidem, hæc adiungam carmina, quæ D. Augustinus refert, et tribuunt viridocti Pomponio Secundo, cuius antea mentionem fecerat, et uersus adduxerat, vt obiter emendem:

Lib. III. de Music.

* Cunctæ igitur Camenæ,
= fonticulæ puellæ,
= quæ canitis subantris
= mellifluos sonores
= quæ lautis capillum
= purpureum Hippocrene
= fonte, ubi fusus olim
= Spumea lauit almus
= ora iubis aquosis
= Pegasus innitentem
= peruolaturus æthram.

Cultæ uel cinctæ mauult Del-Rio in opinat. ad Trag. et Oed Senec.

Senec. Sed cunctæ placet magis auctoritate V.I. et quia fragmentum finale alicuius pöematij hoc videatur esse, vbi post inuocationem aliorum Numinum cunctas aduocat Camœnas; uel post propositionem ad has diuertit, vt fieri solet. hæc obiter, ad rem.

ex hoc melos Pegaseium; veluti illo Lucretij sæpius ab ipso repetito uersu lib. IV. init.

— pango
= Carmina, Musæo contingens cuncta lepore,

et

= carmine Pierio rationem exponere nostrum
= et quasi Musæo dulci contingere melle.

Martianus Capella apertiùs

= de hoc creatum Pegaseum gurgitem
= decente quando possem haurire poculo.

Nœuius Lycurgo apud Nonium in Melos

= suaue summum melos —

fortè Sumunt, et si magis illud adprobarim Suauisonum melos, Varro Parmenone, verbis eò corruptioribus, quo desperatioribus paci huius nascuntur pueri rhythmus et melos: idem Cato, uel de liberis educandis: omnes enim quilocuntur habere debent quosdam (lege quoddam) melos, ex eodem Nonio. Quinet retentiores, Codrus Vrceus.

I. Guliel. Ver. lib. III. cap. IIX.

= in Pegaseium melos uel Atticum,

Bapt. Pius

= Bellerophontæum qui bibit ore melos,

Pet. Crinit.

— Castalium melos
= Cum thure sacro suscipias, vogo.

Vt hos, doctos sanè, non prætermittam. sed melos dicunt nonnulli esse carmen uel cantum pastoralem, nullâ tamen

aucto-

auctoritate; est et species melos, siue ode, quibus curæ amatoriæ decantabantur, et ab Alemano primùm id genus carminis excogitatũ. Marc. autem Mineus Capella lib. VII. de Musicâ [de quinq; ait, speciebus loquor, topi vt in melopeiâ, et rhythmeiâ tres sunt, quos systalticos dicimus, numerum marem esse, melos feminam nouerimus, quæ sine propriâ figurâ censetur. Rhyhmus autem opere quodam virilis actus tam formam sonis, quàm varios præstat effectus, vnde melopeia.] obscura sanè, sed nescio an ad actum illum virilem, et rhythmum illi proprium adcommodanda illa Persij nostri sat. VI. ad *Cæsium Bassum pöetam et scriptorem tunc celebrem.

= mire opifex numeris veterum primordia uocum,
= atq; marem strepitum fidis intendisse latinæ,

inquo uariant interpretes, et ego alibi excutio. Plurauide in Io. Roscio de reb. Music. Hermanno Tinckio in Mus. practic. Ottomaro Luscinio lib. I. Musurg. alijs. ista aduocam. ad scripturam autem ibi præcipuam, et conlocationem melos, variæ sunt vt hominum mentes, ita et sententiæ. Angel. Politianus Miscell. cap. XLIV. ex vetusto codice litteris longobardicis exarato, cui alter Pomponij Læti, et Iocundi Veronensis suffragabatur, reposuit Pegascium nectar; et sibi, vt videtur, non male probat; sed alicuius scioli glossema fuisse ausim iurare in textum postea insertum è margine, uel ex interlineis, quod in alio absse uisum adfirmat Hadrian. Turnebus lib. X. Aduers. cap. XIII. qui scripturam et dicendi modum cantare nectar non sibi satis probari fatetur; et ego fateor, quidquid velit Io. Murmellius; licet Cornutus vtrumq; amplexus nectar præferat, (vnde error ille absq; dubio in Politiani et aliorum codices inrepsit,) et Elias Vinetus adprobat; quod Persius Πηγασηιον κακταρ dixerit aquam eius fontis, ex quo qui po-

* de quo Fabius cap. I. lib. X. Agest. XIX. lib. III. cap. VII. lib. V. cap. XVII. lib. XI.

potassent, poëtas repente fieri, et quidlibet metro canere fabulaerat. sed hanc fabulam distinctis uerbis non legi adhuc: Hæc, Vt summum | ex interpretatione Germanici Cæsaris in fragmento Arati ΦΑΙΝΟΜΕΝΩΝ

— in Pierio Helicone
Vertice cum summo nondum decurreret unda
Musæos fontes dextri pedis ictibus hausit.
Vnde liquor genitus nomen tenet Hippocrenen:
fontes nomen habent, sed Pegasus æthere summo
ueloces agitat pennas, et fidere gaudet.

eadem Hyginus lib. II. poët. Astron. Nec uero simile uideturunicum fuisse tantum exemplar ex multis antiquis, quæ inspexerit Ælias, quod melos haberet pro nectar, cum aliter omnibus uel experimento notum sit: nullusq; id testetur ex omnibus m. s. quæ legerit; quod fulcit P. Pithœi V.C. adfirmatio, se in uetustissimo et optimo exemplari, ac tribus ueteribus codicibus melos inuenisse: Badius melos, nectar, Carmen (ô Virum probum nec exiguis, heu, minimis uè occupatum!) sine ullâ hæsitatione legit. St. Clauerius nimium se torquet, ut nobis sibiq; persuadeat nectar legendum, cum à maiori codicum parte melos vulgatam lectionem retineri fateatur; ut nimis tantùm latinus adpareat, nam Græca vanitas nihil non sibi indulget et gentis uitio, iura negat sibi nata: nec satis illi sanus est Eunapius, dum traducit eum, qui syllabas studio acri, nec minori diligentiâ metiri solitus esset. Quid ergo? omnia ideò Græca reiicienda? Nugæ. et latium ipsum foras prospectaret ad funus, more ueteri. Jo. Scoppa Conlectaneor. Cap. xxx. IV. uel magno pignore contendit esse legendum pro credas, cernas.

— Cernas Pegaseium melos.

Sed

sed quàm ineptè facile indicatu. Vidit ne ipse aliquando uoces? certè non has. ô plus quam lynceos oculos! Ast Scoppis quid nisi immunditiæ? Hermolaus Barbarus in primis castigation. ad Plinium lib. xxxii. cap. xi. Homerum in Hymnis produxisse refert μελος eomodo, quo Seb. Castalio, et Io. Obsopæus in lib. 1. Sybillin. Oraculor. ἀγγέλων penultimâ longâ reponunt: Io. autem Auratus ἀγγελλων, et Ramonetus ἀπαγγέλλων, Turnebus ἀγγελιων, quem probo, et* hæc adieci, vt varietas uideretur in re haud dissimili, ne è breui longam efficere cogerentur. Barbarum sequuntur Murmellius, Autumnus, et Casaubonus, qui Criticos ueteres Græcis litteris uel leuissimè tinctos adpellans, ac si Politianus et alij illas prorsus ignorarent, mordicus melos probat retinendum, ac ui quâ apud Græcos liquidæ consonantes pollent, et auctoritate Antipatri epigrammate in Anacreontem, Homeri, ac Christoduri in Aglaum. Ante hunc Nebrissensis, Britannicus, Scoppa alijs etiam innuens, et Sanctius, qui intolerabilius mellos dupplici ll. scribendum prodidêre, ueluti reffero, relligio &c. sed suo se gladio ipsi iugulent necesse est, vt adparet ex Politiani cap. adserto. Quis enim credat statim in limine lapidem offendere poëtam nostrum, idq; vnicâ uoculâ, quam ad Græcorũ morem, vt ipsi aiunt, vsurpauit? ridiculum sanè et tanti poëtæ auctoritate et ~~sapientiâ~~ doctrinâ alienum; præsertim cum apud nullum Latij nostri ciuem, et apud Græciæ pauculos id, quod legerim, inueniatur. licet nemini dubium longari syllabas liquidas λ. μ. ν. ρ. quod sæpe inculcauit Isacius ad suam Lycophrontis Alexandram; sed hoc, vt dixi, ad Græcos; in illis facile patiemur,

— quibus est nihil negatum;
= nobis non licet esse tam disertis,

= qui

*et ἐλεωρίσι apud Homer.

Mart. epig. XII. lib. IX.

= qui Musas Colimus Seueriores.

Quibus Michaëlis Tarcaniotæ Marulli epigramma in Ecnonum innititur,

lib. III. epig.

= Posse negas dici melos. facunde pöeta
= atq; adeò picas nectar ais canere.
= Scilicet hoc studio curâq; trahente fideli,
= ne quando placitum nectar ab ore cadat.
= Sed neq; diuinus male μελος ἀεισεν Homerus,
nec nisi qui laudat nectar, inepte canit.

lib. XII. epist. 1.

Sed Politianus alibi illos hymnos, quos etiam vatis esse Homeri quidam dubitant, plurimis esse locis mendosissimos probat; Quod et Demetrius Chalcocandyles in præfatione quadam suâ conqueritur. Quod uerò cantare nectar eòdem recidat, quo Ῥόδα μ' εἴρηκας rosas mihi locutus es, apud Aristophanem Satyricum in Suidâ; lapides loquens apud Plautum; litteras olentes Platonicum nectar apud Symmachum; Mella Nestoris et grandines Vlyssei apud Ausonium; manare pöetica mella apud Horatium; Nullus vnquam certè mihi probabit; Licèt anxiè Clauerius digerat. Quid si adferant illud Ennij ex Annal. XIII. apud Iuntum Phylargirum ad IV. Georg.

Vers. CCXXX.

= Matronæ melos complent spectare *fauentes,

* id est [uolentes]

nonnè mæros, vt bene Marcilius adnotauit, legendum? nonnè similiter apud Martianum Capell. in IX.

= et melicos cantus, mellaq; grata tulit.

uel si mauis mellitos cantus expunctâ et, uel mellea? Sed fortassis, vt alij in enarrando, hic in imitando Persium, aberrauit à uero. Vnde scriptura nostra nemo erit, cui non probetur: hæc illa.

= Coruos pöetas et pöetrias picas
= Cantare Pegaseium melos credas.

quæ sic Scaliger aliquando expressit eleganter.

κόρακας ποιητάς, καὶ ποιητρίας κίττας
δόξης μέλος τὶ πηγασήιον μέλπειν.

Opusc. posth. fol. DXVII.

Nostram lectionem Adrian. Junius retinuit; Eilhardus Cubinus omnibus præfert, necnon quisquis ille fuit (Pulmannus fortassè) qui editionem Gryphianam an. CIↃ. IↃ. LXVII. factam notulis auxit: si verò illud Lucretij quis insinuet

= ac musæ mele per chordas organicaq̃,

lib. II.

iam ab Scoppâ conlatione multorum exemplarium emendatum

= ac musæa mele per chordas organiciq̃,

et meliùs à Lambino

= ac musæa mele, per chordas organici quæ
= mobilibus digitis expergefacta figurant.

Vt alibi

= et cygnæa mele —

lib. II.

— modo organici melicos peperere sonores:

lib. V.

quæ de poëtis melicis, qualis *Simonides, intellegenda: Sed nec qui à lectione nostrâ discesserunt, illam improbarũt, Hermolaum dico, Nebrissensem, et cum alijs Turnebum, qui mauult Laborare uersum, quam sensum: nos autem nec sensum, nec versum patiemur ægrotare, sed vtiq̃ salutem facili impertiemur medicamine, nullo discrimine, nullo detrimento: quod exemplis similibus longum et facile esset adstruere. Tu hæc. V.N. in amorem ergate meum.

*Plin. lib. VII. cap. XXIV.
Quinct. XI. cap. II.

FRANCISC. FERNANDEO DE CASO. R.R. PHILIPPO ET ANTONIO DE CASO FRAT.

Correctio et animaduersio in Cypriano. huius ex Cicerone, Virgilio, et alijs; Isidori ex Apuleio; Orientij ex Ouidio imitationes subindicatæ. Omnium laudes. Hic emendatus. Quibus ad duranda corpora defunctorum usi veteres?

SCHED. V.

Uniuscuiusq; vestrum iudicij facio, fratres amicissimi, quæ his diebus Cyprianum, Isidorum, et Orientium Ecclesiæ doctiss. ac sanctiss. patres perlegens adnotabam: quos cum eloquentissimos quisquis agnoscat, necessario illis purioris linguæ apicibus Ciceroni, Virgilio, alijs multum adhæsisse fatebitur. Vos in primis, qui in omnibus eos progressus ingenio ad acumen et prudentiam ac pietatem nato fecistis, quos vel ex iudicio uestro cognitos uelim; vt existis artissimum internos necessitudinis mutuæ vinculum. En. Iudices este. Inter alios Magno Cypriano Carthaginiensi Episcopo et Africæ primati libellos ob elegantiam tributos exstat ille de Disciplinâ et bono pudicitiæ doctus sanè et Cypriano dignus. Doctitamen ambigunt an illius sit. Erasmus ac Pamelius obstili diuersitatem, et cum Tertulliani, quòd Episcopum se fuisse declaret, non possit esse, Cornelio tribuunt. Ego non celabo quid sentiam. Nam cum ijsdem, quæ Cyprianicam manum redolere pro comperto habeamus, stili discrimen non semel cognoscatur, Vti in Epistolâ ad Donatum, et alijs uidere est, et adnotauit Afrorum decus magnus Augustinus: quid mirum si in operibus ceteris idem contigisse credamus? Vnde adhuc rationem, quâ libellus iste illi denegari probetur, non audiui. In eo hæc animaduersione digna iudico.

lib. IV. de doct. Christ.

= Quid

= Quid mihi aliud uotiuum, aut maius potest esse, quàm vt per
= omnia perfecti stetis in domino? tamen vt præcipuè pudicitiæ
= claustra teneatis, quod et facitis, admoneo, scienter templum
= esse uos domini, membra CRISTI, habitationem S. PRITVS
= sancti, electos ad spem, consecratos ad fidem, destinatos ad
= salutem, filios Dei, fratres CRISTI, consortes S.S. nihil
= iam carni debentes, quâ renatos ex pudicitiâ præter uoluntatem,
= quam velle debemus et nostra sit. &c.

Postrema hæc uerba obscura putat Pamelius. fateor; sunt, et mendosa; sed clara, conrecta sic [quâ renatos ex pudicitiâ per Dei uoluntatem, quam (uel quæ) uelle debemus, vt nostra sit.] facili sententiâ et mutatione. addo et secundam adhibere rationem uel caussam, licet caussali particulâ tantisper immutatâ; quod nec inusitatum, nec inconcinnum. Sequuntur enim [præstetur etiam propter redemptionem, vt corrumpi non possit quæ à Christo consecrata est.

Alter exstat libellus [de laude martyrij ad Moysen et Maximũ et ceteros confessores]; in quo eadem inter auctores dissensio. in illo tamen non pauca eruditam manum mentemq; agnosci cogunt. imitationes aliquot ex bonis auctoribus obseruaui. ex Cicerone pre Milone, illa [et si incongruum est, fratres Carissimi, in hoc fauore dicendi aliquid trepidationis adferre, minimèq; deceat gloriam tantæ deuotionis infrigere. &c]. Tullius [et si vereor iudices, ne turpe sit dicere incipientem timere, minimèq; deceat.] paullò inferiùs, [vt cum ex aduerso mali moles opposita reluctatur, feriant licet fluctus, et reuolutum æquor identidem pulset, tamen hæret immobilis virtus, nec vndis circunspumantibus adoperta succumbit, donec per scopulos uix digesta se supprimat, et superiacens in aperta littoris spatia ipsum æquor euadat.] Scio Virgilium heic adumbrari. Locus

nunc

nunc non in promptu. inferius [sic quotiescunq; latenter stipulis distenta imbribus frumenta turgescunt, fœcundæ messes coguntur æstate, sic quotiens ferro uitis abscinditur, erumpentibus pampinis melius vua vestitur. Nam et in augmentum prouenturi temporis quidquid iniuriâ suâ proficit, flammas quippe plerunq; agris iubet immittere, quo calore uagantis incendij cæcaterræ spiramenta laxare iubet stipulas, trepitante igne torrere, vt se in altius grauida seges tolleret, parturientibus culmis densior arista floreret. igitur talis et Martyrij primò casus, postmodum fructus est. &c.]

Ex Virgil. Georg. lib. 1.

= Sicquoq; mutatis requiescunt fœtibus arua,
= Nec nulla interea est inarata gratia terræ,
= Sæpe etiam steriles incendere profuit agros
= atq; leuem stipulam crepitantibus vrere flammis:
= Siue iude occultas uires et pabula terræ
= pinguia concipiunt, siue illis omne perignem
= excoquitur uitium, atq; exsudat inutilis humor:
= Seu plures calor ille uias, et cæca relaxat
= spiramenta, nouas ueniat quâ succus in herbas
= seu durat magis, et venas astringit hianteis,
= Ne tenues pluuiæ, rapidiue potentia solis
= acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Nillud [crepitante igne] à Lucretio malimus vsurpare, à quo Virgilius suum, Vt obseruat Cæcinna apud Macrobium lib. VI. Saturn. Cap. IV. et paginis aliquot interiectis

lib. VI. et VII.

[et alios quidem moles intolerabilis curuat, alios per abruptum cliuosi tramitis collem uis saua præcipitat, et catenarum stridentium nexum graue pondus inclinat]

Ex eodem Virgilij. lib. 1. re tamen diuersâ.

=lus

= Ecce, supercilio cliuosi tramitis vndam
= elicit, illa cadens raucum per lauia murmur.
= saxa ciet ——

Vti et illa

[hic sunt et quos agens strictim rota et indefessa uertigo, et quos tenaci inter se densitate constrictos adhærens corpori corpus includit &c]

ex Æneid. lib. VI.

= saxum ingens voluunt alij, radijsq; rotarum
= districti pendent ——

quod ad priora magis verba ad commodandum, ad inferiora hoc de Mezentio lib. VIII.

= Mortua quin etiam iungebat corpora uiuis
= componens manibusq; manus, atq; oribus, ora.

quid plura? ex epistolâ illâ planè diuinâ ad Donatum, quam Augustinus comptæ, iucundæ, splendidæq; dictionis vt exemplar profert, nonne multa id genus possemus extrahere? uidete pauculà.

[dant secessum uicina secreta, vbi dum erratici palmitum lapsus nexibus pendulis per arundines baiulas repunt, uiteam porticum frondea tecta fecerunt.]

Virgilianus Mopsus ad Menalcam ec. v.

= siue antro potiùs succedimus, adspice vt antrum
= siluestris raris sparsit labrusca racemis.

propè ijs simillima multa epist. III. lib. I. Aristæneti.

quid minutissima passim insecter? Verùm non prætermittam errorem fortasse operarum ac typorum, uel calchographorum, qui Pamelianis editionibus inrepsit in lib. [de cardinalibus operibus Christi.] Cypriano sanè dignum, uel eiusdem ætatis viro eruditiss. vt ex titulo ad Cornel. patet. error ille est,

[= omnia scit, omnia potest, omnia continet: in ipso omnes viuimus, mouemur, et sumus. quid tu ei quasi indigno conferes?]

lib. IV. de doct. Christ.

II. Pam. edit.
II. lib. I. Erasm.

emen

*Erasm. edit. confirmat.

emendaram [*indigo.] certa emendatione et facili. Cypriano adscribitur libellus [de duplici martyrio.] sed falsò, vt ex belli Cæsarij et Diocletiani mentione tot post Cyprianum seculis constat, quamuis quædam ex ipso schemata desumpta. Cuius auctor, quisquis ille fuit (Erasmum putat Henr. Gravius et Pamelius probat me non consentiente, quòd in quodam vet. libro reperiri audiam) sic ait

[nunc fides multis natat in labris, cum in corde aut nulla sit, aut vehementer Langueat]

ex Persij nostri Satyr. 1.

= hoc natat in Labris ——

Ad Isidorum nostrum venio, in quo plurima ex totius generis scriptoribus desumpta facile demonstrarem; vti illud ex Apuleio, qui homines sic Definit, [homines sunt ratione capaces, intellectu

lib. IV. de Phil. sive de Deo docent.

sapientes, ore loquaces, naturâ magis quàm doctrinâ valentes, statu rigidi, vultu erecti, figurâ vniuersi similes et inter se dissimiles, (essentialiter nimirùm similes, et accidentaliter, vt schola loquitur Philosophorum, dissimiles) [singulari animo, mortales, corpore fragili, mente leues, diuersi moribus, pares erroribus, ad studia inertes, proni ad voluntatem Dei, vitâ caduci, solicitudine anxij, singillatim mortales, prole mutabiles, vita quasi soli tempori celeres,] (fortè [vitæ tempore quasi sol, celeres) tardi ad sapientiam, veloces ad mortem, de præteritis nudi,] (fort. nulli, quia postea exigui) [de præsentibus exigui, de futuris incerti; concipiuntur in iniquitate, in peccato nascuntur, in labore viuunt, in dolore moriuntur prorsus denuò alij ad gloriam, alij ad pœnam de fauillâ surgentes debitum soluunt.] Væ nobis hominibus, de quibus hæc iste, ista ille lib. 1. differ. Num. XIII. [homines ratione callentes, oratione pollentes, immortalibus animis, mortibundis membris,

brutis

brutis et obnoxijs corporibus, dissimilibus moribus, similibus erroribus, peruicaci audaciâ, pertinaci spe, casso labore, fortunâ caducâ, singillatim mortales, vicissim sufficienda prole mutabiles, volucri tempore, tardâ sapientiâ, citatâ morte, querulâ uitâ.] quid si contrario [citatâ uitâ, querula morte]? vt cum Madaurensi Hispalitanus consentiat. Sed quoniam de ijs collationis consensuue generibus sermo est, animadversionem nostram in Hispanum pœtam caliteng non præteribo. Nam cum fortè fortunâ B. Orientij Illiberitani Episc. elegantissima monita (vt ipse vocat,) aut Commonitorium (vt Gemblacensis Sigebertus appellat) mihi sese obtulerint M. Ant. del-Rio amici nostri Clariss. industriâ in lucem emissa, ac notis illustrata Louanij primum, mox Salmanticæ politissimis amici nostri Arti Taberniel diligentiss. Calchographi (qui ad me libellum dono Toletum misit, et publico studiosorum merore nuper denatus est) typis, ac V. C. I. Lips. R. Schondronchi, et Fab. Nouiomag. doctiss. emendationibus locupletata; hæc ex illis et conferenda et emendanda carmina illicò suscepi. Cap. XXXIV. Cat. Vir. inl.

: Nam nostris certus monitis mansura memento
= omnia, nunc stulti quæ peritura putant.
: atq; animas ijsdem membris redeuntibus, ipsum
= credere recepturas corporis inuolucrum;
: ora, color, sanguis, uena, cutis, ossa, capilli
= vt nunc labuntur, sic iterum uenient.
: non modò quæ tumulis bene condita saxa reseruant,
= aut aruum solidans puluis, odorq; tenet,
: Sed dicto citiùs *firmanda in membra redibit
= portio de tumulis, portio de fluuijs.
: quod uentus flatu minuit, quod bestia morsit,
= flamma quod *excussit, quodq; ruina premit:
: Totum aderit, totum diuersâ ex parte corbit,
= pars uolucri, aut pisci, pars lanata feris.

Leg. *formanda

fort. *excussit.

= et quod nunc ætas sensim longæua resoluit,
= id raptim domini luccina restituit;
= Vt præfactorum meritis, in corpore eodem,
= in quo gesserunt seu bona, siue mala:
= Scilicet ad motus animorum carne reuersa,
= pœna reos, iustos gloria suscipiat.

Hæc ille Hispaniæ Tarraconensis decus in Stoicos et Epicureos Zenonem, Alex. Auerr. Senec. Lucret. Plin. quibus eâdem ferè inductione vsus, quâ Pythagoras apud Ouidium, quamuis conatu dissimili, animi immortalitatem probat; vt adfirmare ausim Nasonis imitationem vt plurimum adfectasse, quod adtentiùs adspicienti haud dubium reor. alter enim per continuum rerum omnium defluxum piè resurrectionem probat; alter per circulationem, παλιγενεσιαν, seu transanimationem (vt ait doctus Afer) impiè confirmat. Vtrumq; lege, nec conlationis gratæ, mihi crede, pœnitebit. Ouid. Carminibus sciens, vt scitissimis, supersedeo: ad superiora obiter hæc noto. Distich. IV aliter lego,

Lib. XV. Met.

= non modo quæ titulis bene condita saxa reseruant,
= aut Arabum solidans puluis, odorq; tenet.

[titulis] pro [tumulis], vti latiùs in Notarum nostrarum lib. II. docuimus. [Arabum solidans puluis odoruè] bene ad sensum et ad vsu gentium multarum. Ægypciorum primùm vt ex Genesi, Herod. Tullio. Sex. Empirico, Mela, Silio, Tacito, alijs constat. puluis ille qui fuerit nescio. de sale Plin. XXXI. cap. IX. Eunapius in Ædesio; de nitro Herod. lib. II; de cedro Nicander et eius vetus scholiastes; Galen. VII. simp. med. dioscor. I. cap. XCVI. Plin. XXIV. cap. V. de asphalte strabo lib. XVII. de melle Herod. lib. I. Plin. XXII. cap. XXIV. statius. III. siluarum propemptico M. Celeris. Athenæus lib. II. Xenoph. lib. V. de reb. gest. Græc. de cerâ Herodot. lib. I. Cic. I. Tusc. strab. XV (de Persis), Herod. idem (de Scythis) lib. IV. Æmilius Probus in Agesilao.

lib. II.
I. Tuscul.
III. Pyrrh. Hypot. cap. XXIX.
I. Cap. IX. de sit.
XII. Punic. belli.

de

de Myrrha Philo Carpathiorum Episc. in Cant. Prudent in cathem. hym. de defunct. de Balsamo Corippus III. de laud. Iustin. de gypso apud Æthiopes Herod. lib. III. de calce dioscor. V. cap. XLI. alij. lipsius emendauit [aut carnem s. p. &c.] nostram proculdubio spectans sententiam. Del-Rio [arvum solidum, puluis, odor.] Fabricius [arvum solidans puluis.] quòd putredine cadauerum solidetur tellus. ~~quis ille, quæ mercio quæ effutit laudata quidem~~ ~~[illegible]~~ nec illa tanti, vt repelli debeant. Hæc fortasse legi, si vos probatis,

alia, quæ effutit nescio quis, laudata quidem à magno viro sed candido, rubore tandem illum suffuderunt, itaq;

D. SIMONI CHAVVELLO NOBILI GALLO.

Tumultuariò varijs scriptoribus lucis aliquid obiter adspergo Varro. Cicer. Senec. Valer. Max. Quinctilian. Curtius. Plinius. C. sempron. Festus, Hesychius, Aldhelmus, Suidas, alij variè inlustrati: suouetaurilia, quid? quid et τριττυα?

SCHED. VI.

Multis et ex ijs etiam, qui nomen non uile habent in litteris, tantùm uel correctiuncula obseruatiunculauè aliqua Leuis sæpe numero solet adridere, vt capitulum non caput illi statim integrum adsignet, ita vt Hydrella Hinc inde passim emergat, quæ non vni Herculi postea negotium uideatur facessere. Possem facile

istos

istorum aut exempla sequi, aut Vestigia insequi, Vir clarissime, si fastum uellem non fructum indepisci. Quotus enim quisq3 hornæ hodiernæue Critices alumnus ex vno meorum Schedias-matum, Capitum multorum materiem non secuisset, non fecisset? nullus, opinor; ego aliter. Itaq; heîc sine ordine multorum auctorum vt per Satyram, agminatim, carptim, Locis obiter, leuiter* μαλακὰν χεῖρα προσβαλοῦμαι. Varro familiam vt eruditorum ducit, doctorum dux heîc esto. lib. IV. de linguâ latinâ

[mollem manum admouebo]

[oppida condebant in latio Etrusco ritu, multa, idest iunctis bobus tauro et vaccâ interiore, aratro circumagebant Sulcũ; terram vnde excalpserant, fossam uocabant, et introrsum factum, Murum; postea quod fiebat orbis, Vrbs.]

agit de more condendi oppida antiquo. Sed quid vaccâ interiore? an legendum tauro et vacca, interiore aratro circumagebant Sulcum &c? fortassis, quia, vt solet, medium aratrum. quod ex Xiphilino in Commod. Festo in Primigenius; Manil. lib. IV. et numinis constat, inter vaccam et taurum: de quo more passim auctores. Cato apud Isidor. Zonar. in Rom. Cicer. I. C. Tacit. Plut. Dio. anne interiore pro sinisteriori, et honoratiori vt est apud Seruium in Æneid. V. ex auctoritate Ciceron. et Sallustij? quod uidere est in Nebrissens. Quinquag. cap. XXXIX. et lips. lib. II. elect. alijsq; non difficile creditu.

* Cassan. Cat. g. m. part. III. Con. II. Io. Borchius in Psalm. CIX. Io. Gorop. in Hermat. Iac. Sirmund. ad calcem Notar. in Sidon.

idem Varro apud Nonium.

[non uides ipsos Deos si quid uolunt gustare vinum diripere ad hominum fana, et tamen tum illi ipsi libero simpuuio vinitari?]

libitari vel liuitari, et dirigere pro diripere alijs placet, non mihi legerem diribere, quid si uillicari, hoc est rusticari, apud

Pomp.

Pomponium, Afranium, Turpilium, Nonium?
eiusdem mihi suspecti aliquot Satyrarum tituli apud Gramma=
ticos ex Antiquotetti hæc apud Nonium

= quid est? quid blateras? quid rabis? quid uis tibi?

antiquitatibus alij reponunt: ego Architectone ex ductu
litterarum, et aliorum titulorum similitudine mallem.
apud Priscianum sub titulo orthographia citantur hi uersus

= ergo inter solis stationem et sidera septem
= exporrecta iacet tellus huic extima fluctu
= oceani interior Neptuno cingitur ora.

ego Theographiâ, uel Geographia legendum uel ex ipsis uersi=
culis constare affirmatè pronuntiem.
in Nonio, vbi vago pro vagor, ex Pseudolo uel Pseudulo Apol=
line duplex fragmentum exstat; sed Pseudo-Apolline legas licet.
Transeo ad Ciceronem, qui oratione pro Sullâ

[Nemo vnquam mene tenuissimâ quidem suspicione perstin=
xit, quem non peruerterim:]

in Membranis auctior hic locus pertulerim ac perfregerim;
vnde perculerim faciunt, ego pertuderim lego, quia statim
perfregerim.
in Verrem

[Abaci uasa omnia, vti exposita fuerint, abstulit.]

quid vti exposita? lego abaci, vasa omnia vbi exposita
erant, abstulit: Nam vt est in Glossis priscis abacus delphica
(constat ex Horatiano. Scholiast. Martial. Valer.) μενιστήριον,
vt uocat Lampidius in Alexand. Vopiscus in Tacit. vbi repone=
bantur uasa; Quoniam vt ait Agrętius Grammat. in delphica
comparia vasa semper sunt; nescio an compluria, et si paria
in Cicerone alibi.

Iterum

iterum pro Sullâ

[quo facilius quæ conabatur efficeret, si in Hispaniâ turbatum esset]

credo legendum ex ipsa historiâ si in Hispaniam turbatum isset. Vidend. Ptolom. Anconitanus in Coniect. cap. Lxxx. etsi non respuenda illa lectio vt turbatur in Virgil. ecl. 1. ex Lucretij imitatione, vt notat Germanus. P.P.

in oratione pro Calio.

[ex hac igitur domo progressa ista mulier, de ueneni celeritate dicere audebit? nonne ipsam domum metuet, ne quam uocem eliciat? non parietes conscios, non noctem illam funestam ac luctuosam perhorrescet?]

eiiciat emendarat Muretus optimè cap. XVII. lib. II. Var. Lect. et exagitatam emendationem hanc postea probauit Lambinus in notis ad Ciceron. Ego confirmo Verumq; etsi aliter legens auctoritate nimirum M.S. codicis, qui in Bibliothecâ V.N. Dn. Antonij Quixada de campo seruatur, vbi emittat distinctis Litteris legi: quæ quidem Lectio Latinitatis non probæ nemini vnquam damnabitur.

Succedat his Seneca Natural. Quæst. lib. VII. cap. XXXI. ad calcem, vbi luxum Romanorum acerbiùs exagitat

[Exornamus anulis digitos, in omni articulo gemma disponitur.]

Lego bisponitur, vt singulis digitis bini annuli: sic Martial. lib. V. epig. LXIII

= per cuius digitos currit Leuis anulus omnes

et epig. XI.

= Sardonychas, Smaragdos, adamantas, Iaspidas vno
= uersat in articulo Stella, Seuere, meus.

et apud alios passim.

idem Cap. IV. Consol. ad Martiam

quis

[quis non, vt admoneatur vt de suis cogitet, tanquam dirum respuat, et in Capita inimicorum, aut ipsius intempestiui monitoris abire illa iubeat?]

fortè terspuat; nam hoc quidquid moris est, et ad fascinum arcendum, et ad alijs malè precandum: quod vtrumq; videtur complexus Seneca. Quid si sic Plinius Legendus. lib. xxix. cap. iv.?

[torporem sedari quocunq; membro instupente, si quis in sinum expuat, aut si superior palpebra saliuâ tangatur]

fortè terspuat: nam sic omnes hanc superstitionis formam concipiunt. Petronius ter me iussit exspuere ad eamdem medicinam captandam. Scholiastes Theocrit. in Eidyl. ii. Apollonij Argon. iv. Iuuenal. in illud conspuiturq; sinus: Marcell. de Medicam. despues id q; ter: quin et ipse Plinius alibi ternâ despuere deprecatione in omni medicina mos est.

redeo ad Senecam epist. lxxxviii.

[de liberalibus studijs quid sentiam; scire desideras: nullum suspicio, nullum in bonis numero, quod ad vs exit.] a

Scripti ad ædes exit. alij adhæsit. lipsius putat ad æs it: Non male; quid si ad assemit, vel assem exigit? vt vestigijs veteris scripturæ pressius adhæream. hæc q; sunt studia seu artificia meritoria vt vocat, non militaria, vt putat Muretus. et minus rectè Gulielm. Ranchinus Var. lect. i. cap. vi. aduersus Muretum hunc locum explicat, et quisquis abeis exeat, duro, vel nullo sensu legit.

Alium peto. is C. Curtius in oratione, quâ Alexander Philotem coniurationis reum culpat

[deûm misericordiâ et prouidentiâ uiuo, conspectus q; vestri uenerabilis cõegit, vt uehementius parricidijs irascerer, quoniam spiritus, imò vnius vita mea fructus est, tot fortissimis uiris, et deme optimè meritis referre adhuc gratiam posse.]

nihil noui adferam, sed lectionem vulgatam tantum tuebor, nec Spiritus ὑποστάσεως pro quo Vicarius Supremus, vt ait Ph. Roben. Supposition.

sed

sed eius pace, nugæ. Nam ibi spiritus pro uitâ, ni pro animo vt apud
Naſon. fert animus, et Perſium. quod vtrumq; potest ſignificare. Si-
militer ſalus apud ipsum non pro vita alibi exeutio, et verâ lectione non
priuo, vulgatam ſeruans.
alius Valerius Maximus ipso in limine, prolog.

[Pop. Rom. exterarumq; gentium facta simul ac dicta memo-
ratu digna, quæ apud alios diffusa sunt, quàm vt breui-
ter cognosci possint, ab illustribus electa auctoribus
deligere constiti.]

Lipsio non placet electa deligere: Meurs. digerere: mihi dirigere
amplius placet.
Quinctilianus ubi designat modum vestis oratorie præscriptæ

[Sinus decentissimus si aliquando supra imam togam fuerit,
nunquam certè sit inferior.]

pro sit velim Si: itaq; tò nunquam respondet aliquando:
iterum Senecam voco, cuius hæc in epist. verba

[mancipia, quæ conditioni extremæ et in his sordibus natæ,
omnimodè exsuere conantur seruitium, peculium suum
quodquod comparauerunt uentre fraudato, procapite numerant.]

Lego imis sordibus pro in his ob illud extremæ conditioni: de
quâ re Dionysius Hal. lib. IV. Ant. Rom.
iterum et Plinium lib. III. cap. V.

[Roma, cuius nomen alterum dicere arcanis cæremoniarum
nefas habebatur, optimaq; et salutari fide abolitum enuntia-
uit Valerius Soranus, luitq; mox pœnas. Non alienum uide-
tur inserere hoc loco exemplum religionis antiquæ, ob hoc
maximè silentium institutæ. Namq; diua Angerona, cui
sacrificatur ad diem XII. Kal. Ianuar. ore obligato obsig-
natoq; simulacrum habet.]

Sed quale illud nomen alterum, an non Romam uocare? Non
credo. magis ad alterum in auguriis, hoc est non bonum, vt

altera

*Sched. Decad.

Cap. XXV. Martiſ.

altera auis apud Festum, pro infelici, aduersâ, non fausta, male ominatâ. hoc nomen alterum in Romæ compellatione apud Plinium, quem expressit Caius Sempronius de diuisione Italiæ, [quamobrem et Angeronæ silentij dea ante Iani fastus colitur prætoribus, vt ne cui liceat illud palam efferre, quod ad salutem reip. veteres ore obsignato pectoris arcana voluerunt continere, cum violatæ religionis pœnas primus fuit Soranus.]

Festo Solitaurilia sunt, immolatio trium diuersi generis hostiarum tauri, arietis, uerris, quòd hi solidi sunt corporis. Mihi non satis adridet talis origo, sed nec lectio: fortè Suouetaurilia, vt est apud Varronem II. de re rustic. [Pop. Rom. cum lustratur suouetaurilibus, circumaguntur verres, aries, taurus.] sic et Fabius [suouetaurilia iam persuasum est esse ex sue, oue, tauro:] sic et uelim Glossas ueteres emendari Solitaurilia Δυσια ἐκ συός, κριός, ταύρου. [sacrificium ex sue, oue, tauro:] et Asconium de Lustro censorio [solitaurilia, sacrificium de sue, oue, tauro faciebant:] in quibus Suouetaurilia reponendum censeo, vt in B. Aldhelmi lib. de Virginit. fol. D1. [tunc spurcas delubrorum cæremonias exhibet, quasi lupercalia et compitalia, uel Pænalia et suouetaurilia (suouetaurilia leg.) turificando: [Quod Græcis τριττύς, Trittys; sic Suidas τριττύς, ἡ ὑπελὴς Δυσια, ἐκ συός, κριός, καὶ ταύρου (siue κάπρου, vt est in Homer. Odys. Λ. Hesych. et si Suidæ Dionys. Halicarnas. conueniat) [perfectum sacrificium ex sue, oue, hirco,] (siue verre) sicq; legendum autumo in Hesychio τρίκτυον, τρίαδα, ἔνιοι Δυσιαν καπρου, κριός, ταυρος. [Trictuan, Tridda, quoddam sacrificium Veris, arietis, tauri] et τρίκτυα ἡ τριττυα, Tricteria seu Tritua, et Suouetauriliam vox restituenda Valerio cap. 1. lib. IV. [censor cum lustrum conderet ing; solito fiere sacrificio: &c] Magni Lipsius, Cuiacius Solitaurili pro solito fieri: reposuere; ego ex vetusta scriptura Solitauiri; Suouetauri-

lium

lium veriùs duco, cum Solitauri. uel suouetauri. alijs compendio litterarum truncatis scriptum absq; dubio fuerit. De hoc ne sacrificio illa Virgilij intellegenda sient nec ne, potest in controuersiam reuocari: in ritu sacri Ambarualis

= terq; nouas circum felix eat hostia fruges,

Georg. I.

ex ijs quæ Cato de re rust. cap. CXLI. in agrorum Lustratione obseruat.

Græcæ voces Græcum scriptorem corruptum vitio nescio an Typographorum in memoriam reuocant. is meæ ob grandi loquentiam grauem deliciæ Æschylus, quem uel Euripidi et Aristophani præfert* Tzetzes, is, inquam, in Prometheo corruptus his versibus ex editione Aldinâ, cui Franc. Asulanus præfuit an. MDXVIII, alia non nunc ad manum, inquâ fortasse emendatior.

*lib. II. sed ludens. vid. Fabium lib. X. cap. I.

Πρ. ἐλαφρὸν ὅς τις πημάτων ἔξω πόδα
ἔχει παραινεῖν νουθεῖν τε τοὺς κακῶς [πράσσοντας
ἐγὼ δὲ ταῦθ' ἅπαντ' ἠπιστάμην.

retrahe finem secundi versus, vt et tertij initio adnectas lege carminis cogente necesse est. sic inferiùs

Πρ. πῶς δ' οὐ κλύω πῆς οἰστροδινήτῃ κόρης.
σῆς ἰναχείης, ἡ διὸς θάλπει κέαρ [ἔρωτι
καὶ νῶ τοὺς &c.

in primo Legendum absq; dubio. pag. x.

πράσσοντας ἐγὼ δὲ ταῦθ' ἅπαντ' ἠπιστάμην.

in secundo, pag. xv.

ἔρωτι καὶ νῶ τοὺς ὑπὲρ μήκεις σρόμους
ἥρα συγητὸς πρὸς βίαν γυμνάξεται.

Vt certa senariorum ratio constet. quod admonuisse operæ pretium aliquod est. eadem mendi species obtigit illis, apud Agellium ex Laberio in Mimo, quem inscripsit Rectorem, carminibus, quæ emendata antea à me confirmata denuò ab H. Steph. in suâ Agellij editione, etsi corrupta in Poetarum veterum fragmentis edidisset, videre gauisus sum.

Petro

V.N. PETRO PANTOJA DE AIALA I.C. V.N.
meo delicio.

Coniectanea tumultuaria in Tibullum. Conlatio manuscriptorum cum excusis. Ouidius de Tibullo correctus.

SCHED. VII.

In Litterarum humaniorum, ad quas te sæpius, amicissime Petre, sum adhortatus, commendationem, in nostræ amicitiæ testimonium, in tui Iudicij politissimi experimentum Notas hasce tumultuariò in Albium Tibullum elegantissimum pöetam conceptas facilè, ac faciliùs expositas cape.

in lib. 1. eleg. 1. 1.

= aut, gelidas hibernus aquas cùm fuderit auster,
= securum somnos, igne iuuante, sequi.

imbre pro igne alijs reponendum ex libris antiquis placet: et meritò. illa præeunt, præeunte Mureto V.CL.

— soporem
nec sonitus placidæ ducere posset aquæ

vt et Sophoclea, — ὑπὸ στέγῃ
Ρυκνᾶς ἀκῆσαι ψεκάδος εὐδούσῃ φρενι.

confirmat et lectio vetus codicis Regij à me obseruata, in quo iubante etiam pro iuuante legi animaduerti, non male, meo iudicio; cui illud ad fine

— suadentq; cadentia sidera somnos.

eleg. III. II.

= Aut ego sum caussatus, auersdant omina dira.
= Saturni aut sacram me tenuisse diem.

in eodem libro cum hiatu metet: esse diem legebatur; vnde suspicor scribendum

— me tenet esse diem,

hoc est, cum amicam profecturus relinqueret, et moræ caussas

ad

adinueniret, vt diutiùs illius potiretur alloquijs. aut ego sum caussatus moram dicens,

—— alles dant omina dira,

aut me religio tenet diei Saturno sacri. nec compositionis duritiem terreat. Hellenismus purus putus, et auctoritibus antiquis frequens est.

Eleg. IV. ad Priapum

III.

= sic vmbrosa tibi contingant tecta, Priape,
= ne capiti soles, ne noceantq; niues,
= quæ tua formosos capit solertia? ——

Fortè legendum

= dic, vmbrosa tibi C.t.P.
= ne c. s. n. n. qz n.
= quæ tua f. c. solertia? ——

vt interroganti satisfaciat Priapus, quod postea præstat illo versu

= sic ego, tum Bacchi respondit rustica proles.
= armatus curuâ sic mihi falce Deus.

quem sic interpungo

= sic ego: cum Bacchi r. r. p.

et concinnior erit versus sequens, dummodò Tibullianus sit, quod non vsq; quaq; mihi persuadeo. formula verò illa deprecationis vmbrosa tibi contingant tecta, arguta, et communis.

Eleg. V.

IV.

= ipse procuraui ne possent sæua nocere.
= somnia ——

Hemistichion expressit Martialis in Cinnam.

= toxica ne possent sæua nocere sibi.

Eleg. VI.

V.

Quid tibi, sæue puer, mecum est? an gloria magna
insidias homini composuisse deum?

Legerem pro composuisse, clam posuisse; nam statim

= iam mihi tenduntur casses ——

nigusti

ni quasi verbum gladiatorium compoſuiſſe interpretemur; vt in Senecâ
Cont. 1. lib. VII. Horatio Sat. VI. lib. 1. Petronio in Trimalc. cœnâ,
alijs passim. ibid.

= quid tenerâ tibi coniuge opus? tua si bona nescis
= seruare —

è Virgilio Georg. II.

= ô fortunati nimium, sua si bona norint
= Agricolæ —

inferius

= Hæc foribusq; manet noctu me affixa proculq;
= cognoscit strepitus me ueniente pedum.

Sententia constat, at si mi affixa legam, quid? nonne constabit
argutiùs?

Eleg. IX.

= illa queam nullam melius consumere noctem
= aut operum varias dispoſuiſſe uices.

Vide quàm adfinia illa Persij nostri sat. V. eiusdem ad Cor=
nutum uocibus.

= tecum etenim longos memini consumere soles
= et tecum primas expulis discerpere noctes
= Vnum opus, et requiem pariter disponimus amb[illegible];

Lubet ex antiquis magnisq; auctoribus hæc obiter aliquando
minutula subindicare, vt quanto quæuis in ipsis posita uocu=
la studio sit, dilucidiùs adpareat.

Eleg. X.

Versus in ipso quasi elegiæ meditullio exstant duo non
eiusdem loci, vt nec rei

= at nobis ærata Lares depellite tela
* * *
= hostiaq; è plenâ rustica porcus harâ.

Viri docti notarunt non hæc conuenire, etsi in M.S. Statij
Lusitani nulla adpareat lacunâ, uolunt aliquot ibi versus

deesse

deesse post illum primum: deesse quis neget? sed post illum, ego. itaq; quicumq; illi sint (vnum autumo, non plures) cum sequenti continuandi: primum illum retraho, et ad finem vsq; protraho ante uel post hunc

= at nobis Pax alma veni, spicamq; teneto
= perfluat et pomis candidus ante sinus,

alter ille uersus aptissimè materiei, de quâ superiùs, vt primus illi, de quâ inferiùs. saltum illum ex tanto interuallo à sciolo effectum reor, qui cum videret duos sine socijs, suo arbitrio sociauit.

in lib. III. eleg. I.

X. = Et satur arenti primum est modulatus auenâ
= Carmen, vt ornatos diceret ante Deos.

è Virgilio (si è Virgilio illa

= — gracili modulatus auenâ
: Carmen —)

sed fortè ornatus, vt non ad Deos sed ad Agricolam referam, nam statim

= Agricola et minio suffusus, Bacche, rubenti
= primus inexpertâ duxit ab arte choros.

potest et defendi vulgata. quin et vetus lectio oratos.

in lib. III eleg. IV.

XI. = Di meliora ferant, nec sint insomnia uera,
= Quæ tulit hesternâ proxima nocte quies.
: Ite procul vani, falsumq; aurtite uisum
= Desinite ignotis quærere uelle fidem.

Muretus in vanis pro in uotis suspicatur Legendum. Statius inuentis uel iuuitis; ego facilius et (audebo dicere præfiscini) melius, vt ipse inferiùs,

= et tamen vtcumq; est siue illi uera monenti,
= mendaci somno credere siue uolent.

Sic lego, et sententia perspicua est, cum ignota sint quæ somniantibus protendantur. Scaliger in uobis legit;

Nec

Nec obstat absq; præpositione Legi, cum inferiùs

= est uisus nostrâ ponere sede pedem,

et Sexcentis alijs. In editione Lugdunensi Aut. Gryphij duo epigrammata Tibullo adscribuntur, ex ijs in illo ad Priapum noto

= tuas sine arte religauimus comas

To Sine arte, vt in Martial. epigram. de beatâ vitâ

— Sine arte mensa;

Sed quando de Tibullo actum est, de Ouidio agam in ijs quæ ipse de illo eleg. VIII. lib. IV. Amor.

= Carminibus confide bonis, iacet ecce Tibullus

Legerem

= Carminibus confide; bonus iacet ecce Tibullus;

quæ boni apud auctores compellatio apud scriptores crebra. m.

ANDREÆ RVESTA Castaonensi Theologo

Martialis plura loca primæuæ integritati animaduersione, aut emendatione leui restituo. Cum manuscriptis et schidis veteribus variantes lectiones compono.

SCHED. VIII.

Sacrarum litterarum cognitioni quantum bonarum adiungas, amicissime Andrea, Toletanorum nemini dubium, mihi præsertim qui te ab vtrisq; amo, ob vtrasq; familiariter vtor: ex amore amicitiam, ex familiaritate profectum expertus, meo iure facturus haud quaquam videor, si illam tui recordatione fouere, hunc qualicunq; hocce inposteros

tes

testimonio non coner adtestari. In Hispanum vatem Martialem tumultuarias Notas nullius ferè momenti abeis, à me do; à Martiali ipso, à te, si illas non improbes, non exigui.

in Spectaculorum ~~sive Amphit~~. lib. epigramm. I.

= Nec Triuiæ templo molles laudentur honores;

I. Cui hoc intactum? scitum, quomodo[a] Politianus interpretetur, quomodo[b] Iunius capiat, à quo explicationem suam nuperus Hispanorum Editor cœpit iactaturus. [c]Ios. Scaliger et [d]R. Raderus Iones eruditè reposuere Ego facili mutatione molis legimauelim, in remaptissimè; ~~quod eruditis amicum [illegible] et adprobationi tribuendum [illegible]~~ Ut Triuia moles sit. Post hæc vidi CL. Sciuerij

Miscell. LI. vt Nic. Iuelens. cap. XXV Misc. epist.

b in not. siue scholijs ad Mart.

c in epistol.

d in comm. ad Mart.

Epigram. XV. de Carpophoro

II. = Et voluerem longo porrexit vulnere pardum,

= præmia cum laudis ferret, adhuc poterat.

quod ex epigram. XXI de eodem operæ pretium duxi, si animaduerterem:

= Dorica quam certo venabula dirigit ictu

= fortis adhuc teneri dextera Carpophori:

Vtrobiq; adhuc ἐμφατικῶς.

elegantem editionem, in qua è corrupta MSS. lectione

Nec Triuiæ templo molis gaudet* honorum

argutatur

nec Triuiæ templi moles laudentur, honores

dissimulet q; Deûm cornibus ara frequens.

quæ in subsidium etiam veniunt lectioni nostræ.

Epigram. XXIV. de naumachiâ Domitiani

III. = non credis? spectes, dum laxent æquora Martem,

= parua mora est dices, hic modò pontus erat.

Lego et interpungo aliter extremum versiculum

= (parua mora) et dices, h. m. p. erat.

ad calcem libri spectaculorum aliquot epigrammata, uel epigrammatum fragmenta subiiciuntur, inter alia illud

IV. = Concita veloces fugeret dum dama molossos

= et variâ lyncas necteret arte mora

apud Scalig. F. supplendum vellem, siue emendandum ex antiquâ scripturâ, morans legens.

lib. I. Cat. Virg.

in lib. Epigramm. I. epig. III. ad Caton.

V. vt Iunius collocat, I. vt alij,

= nosses

= Nosses iocosæ dulce cum Sacrum Floræ &c.
ab ordine ceterorum, meo iudicio, abstrahendum, et orationi solutæ (ex eâ constat) adnectendum.

Epigram. XIII. de Regulo
= nimirùm tenuit nostras Fortuna querelas
= quæ par tam magnæ non erat inuidiæ.
id est, impediuit, Legunt alij; alij timuit. benè. Ego probo ex epigramm. LXXXIII. eodem lib.
= tantæ, Regule, post metum querelæ.

Epigram. XL. ad Decianum
= quales prisca fides, famaq; nouit auos,
anus bene Legit Iunius. sic Asinius Pollio in eleg. sic alius ex antiquis cuius nunc non memini. sic in tribus Bibliothecæ Regiæ m. ss.

Epigram. L. de Hispaniæ locis
= præstabit illic ipsa figendas propè
= Voberta pendenti feras.
alij prandenti. quid si prendenti. verbo venationis sat crebro?

Epigram. LXXXIX. ad Alcinum
= accipe, care puer, nostri monimenta *doloris
= hic tibi perpetuo tempore uiuit honor
quid si sic? hoc est nostris his carminibus, quæ nostri doloris seu Laboris monimenta.

at. * Laboris.

in lib. II. Epig. VI.
= i nunc, edere me iubes libellos
= Lectis uis tibi paginis duabus
= Spectas ἐσχαλοκαλινόν Seuere.
Vix Legendum.

Epigram. LVIII.
= frange toros, pete uina, nosas cape, tingere nardo
= ipse iubet mortis te meminisse Deus.

Le-

XII. Legerem τελός, qui ad Petronij inlustrationem mirificè conducit, nec m

carminis obstat, quæ a Latinis in Græcis vocabulis sæpe variat.

Epigram. LXVI. in Lalagen

= hoc facinus Lalage speculo, quo viderat, vlta est

= et cecidit sectis icta Plecusa Comis.

XIII. quod viderat m. s. omnes Regiæ Bibliothecæ legunt, quàm bene alijs ex totō epigrammate iudicandum relinquo.

Epigram. LXXII. in Posthumum,

XIV. = esse negas factum: vis hoc me credere, credo;

interpone interrogationis notam vis hoc me credere? ne alijs eiusdē epigrammatis interrogationibus ἀνακολουθίαν improbabis.

* incohærentiam.

Epigram. LXXXVI. ad Classicum.

XV. = scribat carmina circulis Palæmon

= me raris iuuat auribus placere.

Sententia plana. sed est quod moueat m. s. lectio naris iuuat auribus placere; et fortassè litterula erigenda et uaris legendum, hoc non in arguto sensu, Martialis se non ijs, quos ipse adsignabat increpans, scribere adfirmat, sed varis auribus, purgatas quippe, quasi diceret, vulgus habet. Ego qui vulgus fugio, obortis, varis, et non tam teneris contentus mea propalo.

In lib. III. epig. LXXIV. in Bassum,

XVI. = Hic, rogo, non furor est, non est hæc m.... demens?

= Cum possis Hecubam, non potes Andromachen.

retrahe notam interrogantis, et fini epigrammatis adplica.

Epig. LXXV. in Bæticum

XVII. = Capparim, et putri cæpas alece natantes

= et pulpam dubio de petasone uoras.

quid dubio de petasone? lege

= et pulpam è triuio de p. v.

auaritiæ Bętici adprimè congruit, confirmantq; vestigia litterarum in antiquis codicibus.

Epigram. LXXXII. in Tongilionem

= Quid

= Quid narrat tua mœcha? non puellam
= dixi, Tongilion, quid ergo? Tinguam.

Lege vt sententia argutior constet M.S. auctoritate num puellã dixi, Tong.? quid ergo? l.

Epigram. LXXXVIII. de Gallâ.

= Vult non vult dare Galla mihi, nec dicere possum,
= quòd vult et non vult, quid sibi Galla velit.

in M.S. altero quæ vult et non vult: in altero

= quod vult et non vult; id sibi Galla velit.

in lib. IV. Epigram. LXXVI. in auarum amic.

= Millia misisti sex, bis sena petenti:
= Vt bis sena feram, bis duodena petam?

sic, quòd aliàs monui, interrogo.

epigram. LXXVIII. in Varum.

= Ad cœnam Varus nuper me fortè uocauit,
= Ornatus diues, paruula cœna fuit.

in M.S. Regijs ornatu inueni: sic inferius

= auro non dapibus oneratur mensa —

vbi ornatur legitur.

Epigram. LXXXIII. ad Rufum.

= Immemor et paullùm curarum, operumq, suorum
= Non tetricâ rugas exigat aure meas:

Schidæ gentilis mei V.C. Antonij Couarruuiæ corrigat habent.

= si nimis est legisse duos, tibi charta plicetur
= altera; diuisum, sic breue fiet opus.

interpungo

= altera; diuisum sic, breue fiet opus.

Epigram. LXXXIX. in dissimulatorem

= Ergo nec argenti sex scrupula, Septitiane,
= Missa, nec à querulo mappa cliente fuit.

in ijsdem schidis, non Septitiana;

in lib. V. Epigram. LXII. in Marianum

XXV. = Res uxoris agit, res nullas Crispulus iste:
= Res non uxoris: res agit iste tuas.

Lego et interpungo Concinniùs è veteri Scripturâ et meâ coniecturâ

= Res uxoris agit; res ullas Crispulus iste?
= Res nonne uxoris? res agit iste tuas.

XXVI. in lib. VI. Epig. V. ad Cæcilianum

= Rustica mercatus nummis sum prædia multis
= mutua des centum, Cæciliane, rogo.
= nil mihi respondes ——

cum pro Sum in schidis Cuarrutianis.

in lib. VIII. Epig. XIX. de Cinnâ

XXVII. = Pauper uideri vult Cinna? et est pauper.

Sic Lego et interpungo, vt

Epigram. XXV. in Oppianum,

XXVIX. = Vidisti semel, Oppiane, tantùm
= ægrum me male? sæpe te uidebo.

nam manu exaratis codicibus plerumq; eiuscemodi notas abesse expertis notum.

in lib. IX. Epigram. XXII. ad Auctum

XXIX. = Artemidorus habet puerum, sed vendidit agrum,
= Ægrum pro puero Calliodorus habet.
= Dic vter existis meliùs rem gesserit, Aucte:
= Artemidorus amat, Calliodorus arat.

Vellem ad concinniorem eliciendam sententiam Artemidoro arationem pueri nimirùm, quod ex Plauto notum, Calliodoro amorem agri adtribui. quæ sanè perbella officiorum permutatio, et arguta inrisio.

Epigram. LXXXII. de Gellio.

= duxeme

xxx. : Duxerat esuriens locupletem pauper, anum q3
: Vxorem pascit Gellius, at fut. ?

res declaratione uberiore indigna, sic tamen emendata et interpuncta arguta et ingeniosa.

in lib. X. ad Pollam. epig. LXIV.

xxxi. : Contigeris regina meos, si Polla, libellos:

heic Regina vt in Petronio memini me obseruasse. reginanoli. fugillare miserias, quod Hispanismo confirmaui. ineodem ad calem.

Sched. 1 Decad. V.

xxxii. : non tamen erubuit lasciuo dicere uersu
: Si non p. s. ... Cotta, quid hic facio?

turpiculus iste versiculus Lucani nostri nullo alio, quam Martiali, teste videtur esse. quinollem Cordubensi excidisset; Bilbilitano quid mirum?

Epigram. LXV. ad Carmenionem

xxxiii. : Cùm te municipem Corinthiorum
: iactes Carmenion, negante nullo,
: cur frater tibi dicor ex iberis,
: et Celtis genitus, Tagiq3 ciuis?
: an vultu similes uidentur esse?

Leg. videmur esse? sequentes confirmant versiculi

: Tu flauâ nitidus togâ vagaris,
: Hispanis ego contumax capillis:

et alij ad calcem vsq3.

in lib. XI. epig. 1.

xxxiv. : Quò tu, quò liber otiose tendis
: cultus, sindone non quotidianâ?
: Nunquid Parthenium uidere tentas?
: Vadas et redeas irreuolutus;

Lex carminis irrevolutus legendum vetat; Iunius ineuolutus merito mauult. ego in manuscripto ex Regijs altero mireuolutus expressum reperis, et in schidis Couarruuianis m.

cum

cum hiatu, et uolutus, vt alicuius vocis ab m. littera incipientis uestigia ex vtroq; ducamus, itaq; mi ineuolutus libenter legerem sententia non incertâ, et carminis lege seruatâ.

in lib. XII. epigram. XVI. in Iustinum

XXXV. = Sexcenti cœnant à te, Iustine, uocati
= lucis ad officium, quæ tibi prima fuit,
= inter quos memini non vltimus esse solebam,
= nec locus hic nobis inuidiosus erat!

in schid. focus, non malè.

epigram. LIX. de importunis basiatoribus.

XXXVI. = Tantùm dat tibi Roma basiorum
= post annos modò quindecim reuerso
= quantùm lesbia non dedit catullo;
= te vicinia tota, te pilosus
= hircoso premit osculo colonus,
= hinc instat tibi textor, inde fullo,
= hinc sutor modò pelle basiatâ,
= hinc menti dominus pediculosi,
= hinc de fioculus, et inde lippus,
= fell.. .. recensq; c.. .lingus
= iam tanti tibi non fuit redire.

integrum adposui, vt acumen emendationis integriùs eliceretur; itaq; legendum versiculum vltimum sic vellem,

= i, an tanti tibi non fuit redire?

ex sententiâ, quæ vel cæco adpareat: et ex vestigijs veteris scripti codicis in quo ian, non iam legebatur.

D. FRANCISCO FERNANDEO DE CORDOBA V. Perinlustri.

Auctorum antiquorum ex fragmentis miscella conrectio. Varro bis, Titinnius sæpiùs; Turpilius, Pacuuius semel; Accius non semel inlustrati. Ædepol, Medius Fidius in Titin. crebra. Fimbria et fibrum. Bebius, Mæuius in Accio, Ennio, Virgilio, Horatio.

SCHED. IX.

Quòd aliàs feci, heîc repetam, et auctorum antiquorum, quorum lectione mirificè capior, miscellam animaduersionem præbebo: vt quæ temporis obliuiosâ fuligine obscura nigraùe in fragmentis delitescunt, si pote est, per me sint omnia protinus alba.

I. Varro [Modio] apud Nonium uoce [aurigatur] promoderatur. [ad se vnum asse pulmentarium secundas quo natura aurigatur, non necessitudo.]

~~[illegible]~~

Apud eundem uoce [necessitudo,] [asse vinum, asse pulmentarium sed eas quo natura aurigatur, non necessitudo.]

Petrus Victorius [sed eas]. M. Ant. Muretus [asse uinum ap. s. e. quo naturæ aurigatur necessitudo.] ego [assit vinum, assit pulmentarium, sed eas quo aurigatur natura, non necessitudo.] hoc est, quod naturæ competat, non quod necessitas exhauriat: quod potest comprobari ex fragmentis eiusdem Modij. nec vero similius est bis erratum eâdem in re apud Non.

VI. Var. Lect. Cap. V.

II. Varro idem [est modus matulæ περὶ μέθης] apud Non. voce [temetum.] [quis in omni uitâ helio πιοπο olfacit temetum?]

VI. Var. Lect. Cap. VIII.

Mu

Muretus legendum censet [helluo probe]. Mallem προτὸς, hoc est primarius reponi, optimâ sententiâ. durum namq; è voce Græcâ latinam tanto discrimine emendari.

III. Titinnius in [Baratro] apud Charisium uoce [medio fidio]
= id necesse respondet edi pro edius fidius,
conruptissime. Lego tamen
= is ne cesset respondet ædepol. medi' fidius.
quæ formula apud Titinnium crebra;
= quod quidem pol mulier dicit, nanq; vni collegij
= sumus ——.
apud Non. in [vni] pro [vnius] ex [Barbato]; quod sic Legen=

IV. dum concinnandumq; aptius autumo
—— quidquid ædepol mulier
= dicit, namq; Vni conlegi sumus:
et apud eumd. ex [Geminâ]
= Æ depol hominis ignaui functus officium.
pro [functus officio]: sic [pariter] pro æquo ex [Prælia] siue Proe-
lia]
—— næ tuistum ædepol inediâ
= extulisti pariter vt digna' fuit ——
apud Charis. lib. II. ex [Setina]

V. = an quia Pol ædepol fabulare, edi, Medi,
vbi molliculum adolescentulum effeminatè loquentem cum Titinnius
reprehendere magis uellet; sic ex eâdem apud eumd.

VI. = Paulla mea, amabo, pol tuad laudem addito
= præfiscini, nepuella fascinetur ——
ex quâ [ne puella fascinetur] expungendum vt glossema, siue
vt interpretatio Charisiana. Sic apud Non. ex [Gemina] voce
[ibus] pro ijs.
— Euæ Castor si moratæ sitis
= ambæ ibus vt ego pro maioribus.
quæ ideò adduxi, vt similes coniunctas q; iuris iurandi rationes

Vid. Scal. in Fest. I. Euhel. II. Verss. cap XIV. Sterrich. in Apul. Flor. III.

Titinio

Titinnio familiares ostenderem, quasi correctionis nostræ firma
fulera. idem Titin. [diuortio]
= cui exactâ ætate sponsa sit desponsa —
promissa, uel pacta, uel sponsa dici potest, inquit Non. ego
transmutosic
= cui exactâ ætate sp. desponsa siet.
et huic titulo adnecto quæ ex [Fullonibus] laudantur, illa
= uideam ego te virginem formosissimam esse sponso
= esse superbam, formâ ferocem —
apud eumdem Non. in [ferox], et lego
= Videam ego te virginem formosissimam
= sponsum superbum, formâ ferocem essier?
et ante ista, quæ idem laudat Nonius ex [Fullonibus]
= ego me mandatam meo uiro male arbitror
= qui rem disperdit et meam dotem comest.
in [comest] pro comedit. ex [Ferentinati] apud Priscianum
= craticula, cerebellum, lactes agninas,
apud Non.
= Forticula, cerebellum, lactes agninas,
ex [Psaltria] fragmenta exstant Titinnij: sed cum ijsdem ferè verbis concep-
ta sint, non possum non mihi persuadere unum tantùm esse: in utro autem
horum Grammaticorum error latuerit, nescio. illud scio apud eumdem
Priscian. lib. IV. et VII hoc fragmentum legi
= Ferentinatis populus *Græca studet.
adtribuig fabulæ, cui nomen [Psaltria]: inquâ cum Ferentinatis mentio
sit, fortasse Ferentinati adnumerandum: illud uerò quod in Ferentinati
reponit, Psaltriæ adscribendum, et auctoritate Nonij confirmandum.
hoc ad fabulam; ad lectionem ista ex utrog Grammatico concinnata
= Forticula; cerebellum, lactis, agnina.
[forticula] malui ob farciminum, seu fortilium genera ex Plauto, Apicio,
Martiali, Arnobio, alijs nota. et si [craticulum] à κρίθης vt Festo.
[lactis,] quia huius loci testimonio Priscian. probat [lactis in singulari,
cuius plural. lactes,] quæ sunt partes intestinorum à Græcis γαλακτίδες.

* [rei Græcas studet] leg. lib. VII.

siue ipsa intestina, vt inquit Non. [agnina] vt caro sit, eo modo, quo veruecina, vitulina, ceruina, porcina, et id genus carnes aliæ. vnde Nonio ex Prisciano, huic ex illo medicina. idc.

XI. idem Titin. [Fullonia] apud Non. in [suam]

= Perij hercle uerò, Tiberi, nunc tectum obsecro

= vt mihi subuenias, vt ego maialis suam;

Lego = perij hercle uerò, ah perij —

nam Tiberij nomen non istis uel temporibus uel tragoedijs aptum.

XII. Idem [Geminâ] apud Non. [pauciens] et Festo pro [rarò] sic legendus

— postquam factus maritus, hanc domum

= abhorret, tuam etiam vxorem pauciens

= uideo —

XIII. Idem [Psaltria] apud Non. [lauite], vbi non [mulieris] vt in vulgatis est, lego; sed

= manus lauite mulieres, et capita velate.

XIV. Idem [Setinâ] apud eumdem

— quasi hermaphroditus

= fibriatum frontem gestas —

[fimbriatam] emendaram, sed non mala vulgata lectio: nam [fibrum] est [extremum, vnde in sageis fimbria extrema] Varroni, si [fibriatam] legas idem [veliternâ] apud Non. in [stare]

XV. = atq; illud ante partum comedet, fundi stabunt sentibus.

XVII nescio an [dentibus] hæreo tamen. ex eâdem, voc. [tunica]

XVII. = tunica et cingula obuncula adimetur pannos possidebit ~~[illegible]~~ fœtidos.

Lego = tunica, cingula, et subucula — In Festo [tam] pro tamen, non adsignato ex quo Titinij loco, uel Fabulâ

XIIX. — bene quum facimus, tam male

= subimus, vt quidam perhibent uiri.

XIX. Lego aptiori sententiâ [bene quam facimus, tam male subimus &c.] in eod. ~~[illegible]~~ [succerda] voce succerda,

= quid habes nisi vnam arcam sine claui? eo condis

= succerdas —

immuto in

= quod habeas tibi vnam arcam sine

= claui

= claui, eo condis succerdas? —

X. in Non. [victus.] [caue experge frontem] lego [cati], vt *alibi in Varrone, et Petronio memini me obseruasse. Sat nugarum in Itinnio, pergo ad alios. Turpilius [Leucadia] apud Non. [suauitudo]

XI. = intercapedine interficio, desiderio differor,
= tua mihi cupiditas suauitudo, et mei animi
= expectatio —

inuerto Leuiter uersum secundum [tua mihi suauitudo cupiditas et m.a.e.] aliter sensus non constat. Pacuuius apud Diomedem lib. VII.

XII. = omniuomo oceano Hyperion fulgurat euro.

[amniuomo] velim legas, nam [ad locum, vnde exeunt, flumina reuertuntur, vt iterum fluant,] ait Sapiens* maximus. Quamobrem fluuius ipse oceanus (vt in scripturis [congregatio aquarum] vt *alibi probo) *Homero, et Virgilio, a calijs fortasse dictus. Accius ex [Didascaliorum] siue [didascalion] IX, apud Sosipatrum lib. I. haec exstant [nam quam varia sint genera pœmatorum Bœbi, quemq; distincta ab alijs nosceo,] emendabam ego pœtæ huius nomen ex virgilianâ

XIII Eccelog. III. inquâ Menalca

= qui Bauium non odit, amet tua carmina Mœui;

ambigens tamen [Bauium] ne an [Meuium] reponendum commodiùs esset, uel potiùs sine mutatione relinquendum ex Ennianis illis apud Nonium in [cernere:] ex [Thyeste]; [impetrem facile ab animo, vt cernat vitalem Bœbium:] quorum mea mens nondum capax. Mœuius etiam ex hoc ne nomen accepit ille, cui Horatius naufragium optat, od. x. Epodo? tenebræ meræ.

*Sched. Decad.

*Eccles. cap. I.

*Sched. Decad.

*Iliad. XVIII. Odyss. XI. Georg. IV. Calabro lib. V. et XII. Nonno Dionys. V. VII. XII. Herodot. VII. Mimermo apud Strab. lib. I.

C. V. Martialis epigramma expensum - quare ipse Cocus ab Æ. lampridio? quid de hoc Meursius, alij? reiectum leporem non edit adagium. Lampridio, et poëtæ apud eum nescio cui medela.

SCHED. X.

Hanc uirorum eruditione inlustrium decuriam claude, mi Melchior, quem (nec Di sirint) tacitus prætermitterem? amo te, verum fateor, ab indole, genio, ingenio; et redamari me abste non gaudeo, sed exulto; non quæro, sed ambio: scis, facis. scio, et maximi æternum faciam. Amicitiæ te mysten maximum, iudicij iuuenem integerrimi, illud meo æuo, hoc tuâ ætate mirum, demiror: vnde

= Nescio quod certè est quod me tibi temperat astrum:
= non equidem hoc dubites amborum fœdere certo
= consentire dies —

Seriò cum meo* Seuero adseuero. Tamen illius non seueri nostratis Leporibus scio te mirum in modum capi: Tu illos ex primis vernaculis carminibus, vti vt tunc ille cum in Hesperiâ latium, illô non minor, hoc se ille maior, quo et me ego, si abste, quæ de illo, albâ uiderim lineâ denotata: quæq; in amicitiæ ueræ, æternæq; inter nos signum heic, vt aliàs semper, prodo, tibi illâ omniũ ~~potiùs~~, queis esse corculis datum est, dignissimo non improbentur. Hæc apud Lampridium in Alexandro seuero.

= et quoniam de lepusculis facta est mentio, quòd ille Lepo=
= rem quotidie haberet, iocus pòëticus emersit. idcircò quòd
= multi septem diebus pulcros dicunt esse eos, qui leporem come=
= derint, vt Martialis coci epigramma significat, quod contra
= quamdam Gelliam scripsit huiusmodi

* A. Persio F. Seuero. Sat. V. vers. L.

= Cum

= Cum Leporem mittis, semper mihi, Gellia, mandas
= Septem formosus, Marce, diebus eris:
= Si uerum dicis, si uerum, Gellia, mandas,
= edisti nunquam, Gellia, tu leporem.
= Sed hos versus Martialis in eam, qua deformis esset, composuit:
= Poëta uerò temporum Alexandri hac in eum dixit,
= pulcrum quòd uides esse nostrum regem
= quem Syrum sua detulit propago
= venatus fuit, et lepus comesus
= ex quo continuum capit leporem.
= hos uersus cum ad eum quidam ex amicis detulisset, respondisse
= ille dicitur Græcis uersibus in hanc sententiam.
= pulcrum quòd putas esse vestrum Regem
= Vulgari miserande de fabellâ
= Si uerum putas esse, non irascor
= tantum tu comedas uelim lepusclos
= vt fias animi malis repulsis
= pulcer, ne inuideas liuore mentis.]

Hæc ille. tu illa mecum paullisper pensitato. Et quoniam de lepusculis facta est mentio: dixerat antea [Kalendas autem Januar. et Hilarijs matris deûm, et ludis Apollinaribus, et Jouis Epulo, et Saturnalibus, et huiuscemodi festis diebus fastianus; ita vt aliquâdo, et duo ponerentur, additis gallinaceis duôbus, leporem quotidie habuit; venationem frequentem, sed eam cum amicis diuidebat, ex ijs maxime quos sciebat per se non habere.] Quid si hæc vltima aliter legas? [Leporum quotidie habuit venationem, sed frequentem eam cum amicis diuidebat; cum ijs maximè &c.] minus tamen rectè, licet vox lepusculis iuuaret aliquantisper. Quoniam nulla mentio, leporis tantùm præcesserat, quam et illud confirmat pœnè idem, quod ille leporem quotidie haberet: Vnde mihi, fateor, subit audacia audacissima corrigendi sic et quoniam de leporis esca (aut esu uel escis aut leporinis)

facta

facta est mentio: alij iudicent, Libera cuiq; in hoc conrigendi æstu sententia. Hæc non edicta, sed dicta; cui placuerint, adnuat; cui aliter, abnuat. ad Martialem pergo, cuius illa carmina è lib. V. Epigrammatsn, licet uerba in vulgatis immutata.

Epig. XXX.

= Si quando Leporem mittis, mihi, Gellia, dicis

et = Si non derides, si uerum, lux mea, narras:

Vtrum melius facile cognitu. alia alterius poëtæ nescio cuius me uocant. Hende Casyllaba namq; illa phaleucia iam diu non satis ad normam facta monuit virdoctus; ego quâ potero ad illam dirigam, sic legens

Bap. Egnatius Not. ad Lamp.

= pulcrum quòd uideatis esse regem

= Syrum, quem sua detulit propago

vt et Alexandri ipsius uersus

= pulcrum tu reputas quòd esse regem:

in sequenti Legerem

= Vulgari miserande de popello,

sic Persius, alij: uel Saburrâ; sicut Martial, alij: in tertio.

= si uerum esse putas —

Sed hoc futiliter coniectari, potiùs in desperatis aliquid conari: ast vt ait poëta uetus

= timidus in rebus dubijs nauci non erit;

quemadmodum et illud

— ne inuideas nidore mentis,

pro Liuore: Vbi copia scriptorum codicum non adsit, coniecturis vel futilibus contentus esto. illud ere totâ eliciendum, antiquitùs superstitiosè creditum esse (probant uiridocti) usu Leporinæ pulpæ conciliari formam, vnde pro adagione receptum Leporem non edit de deformi: Exstat et illud edit leporem marinum, sed vt re, sic notione diuersum. Ast illa, quæ de leporinâ carne increbuit opinio, non planè ridicula, et absq; fundamento uidetur fuisse. cum Leporinus sanguis magno in pretio apud ueteres

habitus

* Cel. Calcagn. epist. quæst. fol. IX.

Rhod. lib. XXX. cap. XIV.

Erasm. adag. XV. chil. II. cent. I.

R. Nader. in Mart. V. epigram. XXX.

habitus fuerit, teste Galeno: Nam qualis sanguis talis
et caro, ex quo hæc constat; vnde apud eundem Martialem

: Inter aues turdos (si quis, me iudice, certet)
: inter quadrupedes, gloria prima lepus.

Sic κολαξ κωνος ζηλω prouerbio dicti sunt (vt docte adnotat
doctiss. Conr. Rittershusius) homines lauti; quò et illud spec-
tat ex Callimacho in Dianam per λαγως Θολιον quamli-
bet ferarum uenationem, κατ' εξοχην intelligente; vt
ipsius interpres adnotauit; et Oppianus

Πτωχας ἀειδωμεν Δηιης ἀριδωρεον ὀπωρης

= Laudemus Lepores, venatus fertile tempus,

ex qualicunq; interpretatione; clariùs Rittershus:
Lepores canamus venationis (quasi quamdam) fertilem
autumnitatem; et sic explicat; quasi Lepores oppianus vl-
timo loco adnectat, tamquam vniuersæ uenationis quamdã
ὀπωραν vt loquitur, idest, autumnitatem; incommen-
dationem nempè Leporum; vt quemadmodum in annoau-
tumnus fertilior, ita lepus inter feras, quæ in uenationem
cadunt, excellere intelligatur: quo sensu ὁ τῆς δειλοῦ
uocatur apud Athenæum. Sed hæc diuerticula ad rem, cuius
præcipuè gratiâ hæc sumus commentati. Varia et quod aiunt,
Thusca furgia inter auctores non sine stomacho passim uideo
in nostri Valerij Martialis agnominum rationem; Cocum
illum ex ijs Lampridij verbis constanter adseuerant uiri
doctissimi uocitatum. inter hos Marcilius et Casaubonus;
aliter sentit Meursius emendans coce pro quoq; more ue-
teri; cum c. pro q. solebat vsurpari: probat q; auctoritate
Glossarij Isidori in Cocistro, cocina; sed hæc futilia,
inuentu licèt minùs mala; ad probationem pessima. sicta-
men adrisere illi quisquis fuit ferru-
ginosa illius farraginis, siue mauis Moreti, aut Lancis

alicui fumo, vt ingeniosissimo sa-
tyrico Persio

lib. III. de alim. facult.

lib. III. ep. CII.

exemplo Caton. de re rust. Cap. Varr. apud Non. et Cyprian.

a in Not. ad Mart. et nemine Musambertij in enerriculo errorum Rabir. Not. ad Lamp. in Antonin. Philol. Cap. XIII. M. Ant. Del-Rio Prolog. lib. II. de Vit. Senec. Cap. VIth. ambigit ad gr. lubitum.

Satyræ in Martialem insipidissimæ conditori, vt quasi Hispano poëtæ * Lausum uoce ueteri, uel lessum fecissent, pro aris focisq; defendit, nec illum nec eos capiens: apud quos nequaquam Cocus officio, sed agnomine: Robertum Titium excipio, qui huc magis inclinat; sed ab illo ausim ad firmare nunquam id fuisse excogitatum, potiùs omnes eadem sentire quæ nos. Cocinamq; ad pellationem Martiali Lampridius adtribuit iocosè magis, vt in Io. Sarisberiensi uidere est, quàm uerè; uel ob totius operis varietatem quasi conditam, uel quod, vt ait * Comicus

οὐδὲν ὁ μάγειρος τοῦ ποιητοῦ διαφέρει

uel certè

οὐδὲν ὁ ποιητὴς τοῦ μαγείρου διαφέρει

= nihil à poëta cocus differt.

Uel potiùs ob epigramma illud, in quo quasi condit et ministrat ad formam leporem. Quod quidem, si adtendas, uel communi loquendi modo ùsuuenire consuesse facile dignosces. Tu

— animæ dimidium meæ,

Tu inquam (vt cum viro pio loquar) pars nostri maior et melior, mi Melchior; si maiora diuiniorum litterarum studia, quibus seriô inuigilas, impensè delectaris, optimè instructus es, ad hæc leuiora tui Pithiæ, te, mi Damon, aliquando demittent.

Pari ratione, sed inrisione haud pari pijssimos illos, quos M. Antonius apud Ciceronem quærebat, possemus ad pellare; vti et ipsi diuinam tribuere pietatem, quam Cicero hisce verbis iocosissimè adcommodabat, Tu porrò

ne pios

* apud Plaut. Truc. et in l. XII. Fabul.

lib. VII. Cont. cap. XXII.

VII. Polycrat. et in Auctore Sophologij Sæpius.

* Euphron. apud Athenæum lib. I.

Hor. od. IV. lib. I. Carm.

Paullin. epist. XII. ad Seuer.

In Ant. Act. XIII.

ne pios quidem, sed piissimos quæris, et quod verbum omninò nullum in linguâ Latinâ est, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis: cum tamen nec illis, nec huic pietas ullo modo conueniat: et alia apud auctores sexcenta: nec id circò perenni stabilienda auctoritate; sic à Grammaticorum filijs Virgilius Myropolæ, Propertius Nautæ, Pomponius Pugilis, Ausonius Pæonij, nomina ineptissima sunt sortiti; à quibus non satis bene se expedit St. Clauerius, cùm in emendationem illam ineptissimam quoq; pro coce tandem incidat. Nam si ob vnum distichon, vbi gula domini famulo tribuitur, ita audire debuit; quid faciendum Athenæo, cuius libri insigniores artem illam tam adcuratè discutiunt? ambigit; sed non probâ conlatione. Quid de Apicio, cui totiens Martialis inludit? [illegible] rum paginas uix è manu madidas et recentes pro nostrâ amicitiâ et ipsius doctrinâ inspiceret, non adeò improbauit; sed Legendum reebatur Vt Martialis hocce epigramma significat, bene et adrem. Sic suadæ delicium Eryc. Puteanus v. CL. ioci legit in satis illâ suâ modulatâ Pallade (fol. LXXVI) siue Musathenâ (fol XLVIII) elegantissimâ. Quod adtinet ad scripturam ueterem coci pro coqui uel è contrario; vnde quoq; (vt Meursio et alijs placet) subruit planè quod ex istis ex Papiriano Conlectis Cassio-

prol. in Pers.

Melius Mariana noster, Hispanicè ingens deus, cuius non possum non in argutissimam coniecturam pedibus ire. Nam cùm has nugarum mea-

doru

Cap. IV.

*~~aliter sentit Vel. Longus in Orthog.~~

*aliter sentit Vel. longus in Orthog.

dorus in Orthographiâ profert: [*accerso per c, et arcesso per r: sed accerso significat aduoco; arcesso, repello, prohibeo: Coqui Gratus artigraphus per c primam syllabam, secundam per e scribendam putauit; non enim dicimus cocere, sed coquere, vt Virgilius

— apricis coquitur uindemia saxis.

~~[illegible]~~

DECAS QVINCTA

HORARVM SVBSECIVARVM

AD

AMICOS, DOCTOS, NOTOS

DECAS QVINCTA

HORARVM SVBSECIVARVM

AD

AMICOS, DOCTOS, NOBILES.

SCHEDIASMA I. D. Iosepho ~~Gundisalvo de Salas~~ V.N.

II. D. Hieronymo de Medinilla Milit. Iacobæa Equit.

III. Petro de Valentia Historiographo Regio.

IV. ~~R. Petro de Hoyeda S.I.~~

V. Petro Paullo Rubenio. V.CL.

VI. Francisco Svvertio.

VII. R.R. Gabrieli Iopio et Lucæ de Montoia Theol.

VIII. Lupo Felici de la Vega Carpio V.CL.

IX. ~~Balthasari Elysio de Medinilla. V.N.~~

X. Francisco Martinio S.I.

Dialogus Petronii

~~Declamatio Petronii~~

Illuc rem
deperuerunt.

Aliquot ex coniecturâ et ueterum librorum et litterarum ductu in C. Petronium uel animaduersiones, uel correctiones. Loci ferè omnes uel difficiliores uel desperati, explicati, tentati: Osculum. oris exigui in pulchrioribus commendatio. Camus. tituli uenalitii. tessera. dicis caussâ. lepus alatus. τέλος quid? Varro, Ouidius Martialis saepiùs, Priscianus uel maculis purgati, uel interpretatione illustrati, omnia nouè.

Multi religiosè an superstitiosè Petronium quasi impudicum a Musarum sanctumue pudicitiâ ablegant; quod in multos etiam scriptores ueteres, ac uetustatis, ut sic dicam, thesauros animaduersum incautè est. Rdum Ramorum et alios laudo, qui teneros consulentes iuuentuti, ac iuuenanti Adolescentiae meliorem horum ac maiorem partem non abstrahunt, sed ipsos sic saltem inter distrahunt, ut nec ignotos faciant nec planè notos. Secus illos, qui uel doctis inuident; uel ipsi sibi ne docti euadant, uiam praeludunt:

Tantum *religio potuit suadere malorum!

germanissimo sensu eum Lucretio exclamo: et te, amicissime ~~Longole~~, dolitas amoenitates seriò exhortor, cui enim illae magis quam amoenissimo ingenio suo poterunt deseruire? quo nullum candidius, nullum humanius, nullum unquam cultius uel expertus sum, uel, credo, experturus. Nec enim amicitia inter nos (sacra illius uetant) artissimae auribus eblanditâ ora, mne sine adsentatione accersitâ insidias faciam; nec meritissimo in alios lis (sacerruma illorum propellit consuetudo) locum, simplicitate comendante ueritatem, dabo; Tibi tamen inter florentissima Hispaniae ingenia uixi parem me inuenisse si dixero, uentosa isthaec et enormis loquacitas, quae multorum animos ad magna surgentes ueluti gestilenti quodam edere, (si liuore aliquod gestilentius) nequicquam conatur deflare, forsasean rancidulum aliquid submurmurabit. Sed cuius illa? cuius, qui cum a se, aliisq cum Plautino illo uanissimè roget. Sum deus? abomnibus audiat, imò homo haud magni ~~meriti~~ precii: ex iis nimirùm

qui

* hoc est, superstitiò: olim sic usurpabatur, et religiosus ut uitiosus in malam partem.

Plaut: in Curcul.

qui

Pharmacopolæ

= Mendici, mimæ, balatrones.

nec tamen mouetur.

* ὦ μεγίστη τῶν θεῶν ἀναίδεια,

Ἐφ' ὅσον βαθίζεις; ἐφ' ὅσον ἥξειν μοι δοκεῖς;

meritissimo exclamem, sed coram te qui, quod rarissimum est, amas bona mentem, et hos rupicones siue stolonum retrimenta uitrea ~~[illegible]~~ fracta uel nucem cassam putas. Te ego maximi, mecum doctior orbis cum Petro elegantias cultiores a tuo mundo uideat. Facessant stribiligines Dousiae VVoruericæ minutiæ, Erardicæ ineptiæ. Facessant inquam, te mi Consul salsissimi ingenii aptissimis notis Petronianos sales in publicum, et sine saporem, commodum, condiente; ad quas, si hæ tanti, en notas pauculas tariæ lectionis animaduersione conlectas, tuo politissimo iudicio (quis tri ipsius magis Arbiter!) subiectas, amicissimo nomini (quis amicorum meorum maximus!) datas dicatasq.

Pag. IV. Edit Raphelengianæ A. CIↃ. IↃ. XCVI. scio alias castigatiores seu locupletiores, sed hæc nunc ad manum.

„ Artis seueræ siquis amat effectus

„ Mentemq magnis adplicare, prius more

„ Frugalitatis lege polleat exacta;

Varia horum Carminum scriptura: pro more, moræ, meræ, morem pro polleat V. L. palleat; alii palleat reponunt, Turnebus et Scal

— morem

„ Frugalitatis lege pellat —

Hoc est, morem luxus pellat nouâ frugalitate: Io. a VVoruue

— prius-more

„ F. L. palleat e.

mauult, et scribendum putat uno uerbo prius-more, hoc est, prius more, et ueterum poetarum consuetudine, ut Prop. prius-domin Ante-cupidinibus. Plaut: ante-parta, et in Terent: Sup per-lenitas; et alia id genus* sexcenta; Fateor sunt; sed diu notione: Non enim ~~sunt~~ tunc de Poëtis Petronius loquitur nam

* O maxima Diuûm impudentia

„ Quousq pergis! quo uentura deniq es!

* Apud I. Passerat. et A. Scotthum Obs. hum. non semel

Nam inferius addit

— det primos uersibus annos;

nec simili ratione cetera, quæ ille adducit, intellegenda: palleat uerò probat eo modo, quo apud Persium impallescere chartis, et alios; in quibus ad studiosas curas pallor referendus:* P. Pithoëus, ut scripsi, interpretatur, more enim, hoc est, uitæ quadam honestâ ratione atq; instituto. ut Horat. lib. i. mos et lex: Varr. apud Macrob. Sat. III. mos pro cultu moris, uti et Edict. Dioclet. et Maximi Impp. Ego ab omnibus aliquantisper dissentio, et lego

— prius ore

„ frugalitatis lege polleat exactâ.

Nam postea eodem carmine

„ Nec curet alto regiam trucem vultu.

Nam quamuis ad regiam ipsam possit adaptari; non malè ad ipsum quem Petron. instruit, potest detorqueri; ut illa his conrespondeant, hoc est sit frugi, paucis contentus, sibi conscius, non ambitioni seruiens, plausibus inhians, fauore elatus palatino; deniq; sic ut uel ore quis sit præferat. Inferius eâdem pag. dum in hoc dictorum æstu motus incedo ingens scholasticorum turba in porticum uenit. Lego* totus

Pag. VIII. sic diuidere cum fratre nolito Sen. ep. LXXXVIII. diuersâ notione, iisdem uerbis, quid mihi prodest scire agellum ~~diuidere~~ in partes diuidere, si nescio cum fratre diuidere?

Pag. XV. Hinc Psyche acu comatoriâ cupienti mihi inuocare QVIRITIVM. fidem malas pungebat, illinc puella pennicillo, quod et ipsum satyreo tinxerat Ascyltion opprimebat. Duplex hêic nota, 1. tò Quiritium nescio an ausim mutare in Quirites: ut sit sententia cupienti mihi 1, Quirites, fidem &c. quasi formula inuocandi ob illa, quæ Sergius in Arte secundâ, et Pompeius in arte aiunt; illius hæc uerba; item Quirites dicit numero tantum plurali, sed legimus apud Hor: Hunc Quiritem. Vetus nominatiuus hic Quiris. Idem Hor:

Quis

* Ad Tit. de Nup. Collat. Mosaic. et Rom. LL.

* hoc a Palmerio animaduersum postea uidi; ut apud Hor: totus in illis

Quis te Quiritem. cuius nominatiuus erit, hic Quirites, ut dicit Petronius, ait Petronius hi Quirites numero singulari. Cuius rei nulla quae Petronium tuum uestigia, ni haec adprobes. II. ad penicillum illum satyrae tinctum refero quae ipse Petronius pag XVI addit; cum Ascyltos grauatus tot malis in somnum laberetur, illa, quae iniuriâ depulsa fuerat, ancilla totam faciem eius fuligine longâ perfricuit, et non sentientis labra humorq sopitionibus pinxit. Quot capita tot sententiae in hunc locum: Ego ueteris scripturae uestigiis inhistens mallem scriptionibus; nam quod antea pinxit dixerat, hîc scribere: eadem enim est ancilla haec, quae in illo lusu utebatur in Ascylton. quid uero sopiti titionibus, scriptionibus sopiti, scipionibus, et alia id genus sexcenta sibi uelint nescio; cuncta ex librorum antiquorum auctoritate, et alterius loci conlatione posse stabiliri

Eâdem paginâ. sed paullò superiùs, duas institas ancilla protulit de sinu: alteraq pedes nostros alligauit, altera manus. In ueteri Glosario inuenitur de surâ; nec malè; sura namq seu ὑποκνημίς pars illa corporis est quae infra poplitem, tibiae obiecta, cui uincula seruiunt quasi institas decoris et firmitatis causa adaptamus, quae nescio an eadem sint, quae Virgilio Tyrrhena uincula, Vlpiano fasciae crurales, seu crurales, siue δεσμίδες Aristophani, ouidio genualia, quaecunque illae sint, suris poterant adligari (ligas quasi ligulas nos uocamus) et ex illis ancilla proferre. siue ex industria siue ex usu. laxiores siue fortiores illae, quibus Grytoni annecteret pedes et manus Eumolpus iniecit, quibusq sponda Culcitam ferebat:

Pag. LI.

Pag. XVI. Donec Quartilla ballenaciam ~~uirg~~ terens uirgam, altèq tunicta iussit infelicibus dari nîstionem. | Variè in aliis, bellnatam. ueñatam, ballenatam, uel ballenariam, ut ab arena arenarius, a Verbena uerbenarius, a ballena, ut ait Christ: Richard. siue quae a Cartilagine ballenae sit, ballenatam mauult Turneb. Non me fugit mos Athletarum, qui Mercurii exemplo uirgâ siue principio uelut in reliquis eiusmodi certaminibus uirgulâ, ut ait Hyginus, utuntur: Nam tam

Athl.

Athletarum quam gladiatorum certamina, docet Seruius, uirgâ dirimuntur, Sed apud Seruium in Aeneid: XII. hæc lego, hîc et hæc balneator, licet Petronius usurpauerit balneatricem dicens: quem sententiam, adhuc ambigo, satis sit monuisse ad hunc locum, in quo tam uaria lectiones, fortasse illam uocem spectare.. Docti adcommodent et interpretentur.

Pag. XX. quicquid a spectaculo uacabat, commouebat obiter labra, et me tanquam furtiuis subinde osculis uerberabat, de Quartilla Encolpius in ruptis Pannychidis cum Lytone. Legendum fortè ualgiter labra, ex lib. uet. si huc referas uerba Fulgentii de sermone antiq. ad Calcidium Gramm. Valgia sunt labellorum obtortiones in supinatione uel subatione: sicut et Petronius ait obtorto ualgiter labello.

Ibid. alter numerabat pilas, non quidem eas, quæ inter manus luxu expellente uibrabant: Lusu, nam pilâ ludebant datatim ut ait Naevius. * in Tarentillâ.

Pag. XXIV. in Trimalchionis lauticiis sine diuitiis, dextrum nudauit lacertum armillâ aureâ cultum et eboreo circulo laminâ splendente connexum; quid si connexum ob tò circulo?

In eiusdem delicijs paullò ante pag. XXI. inscriptis illa, canis ingens catenâ uinctus in pariete erat pictus supergs quadratâ litterâ scriptum CAVE, CAVE CANEM: legerem argutiori sententiâ cate cane canem; uel cauti: uti apud Varronem Eudæmonibus, quod hodiè mea erat prædicio (ita hæc uox Non. Marcell.) in ianua cane canem inscribi iubeo: sine addito: scio ab aliquibus addi, sed transcripsisset Nonius, si scripsisset Varro. fuleit et originationem meam titulus Manipp. eiusdem apud Nonium in Albicatus simplici hac scriptura Cane Canem. quæ illa quadrata littera sicut rectè ambigitur: ego has accipio quadratas ut in Plauto longas; nam et ei quadratas litteras uulgò capitales uocemus, et illis priscis seculis nullæ aliæ fuerint litteræ, præter quas uocamus capitales, non aliæ * cum aliis ab iis, quas quadratas appellat, quærendo, meo iudicio, sunt: sed pro longis interpretandæ, de quibus alibi nos.

Cyprian. Agma vt fragm. Varr.

* Franc. Pithoeus in collect. ad Petron.

* Joseph. Scalig. Jo. à Vou. in animadu.

Pag.

Pag. XXXIII. Adulescens omni libidine impurus, et sua quoq confessione dignus exsulio, stupro liber, stupro ingenuus, cuius anni ad tesseram uenerant. absq dubio legendum uenierunt, quod credo ab aliis animaduersum, sed a me uno tentatum exponi. Scis tu mi ~~Josephe~~ amice, cum apud te eruditissimus et omni laude (etsi quicquid de illis dixeris minus erit) dignissimus Gasp. Scioppius et ego essemus, incidimus (ut sæpe ille rerum harum insignis helluo occasionem præbebat) in hunc Petronii difficillimum locum, quem D. Scioppius et tuq ~~antiquissimis~~ variis inlustrastis explicationibus. Ego obstrepere anser inter olores sententiam dicere siue crocitare coactus aliquot etiam opinationibus friuolis sum nugatus; ex illis hæ, si bene memini: conicebar namq ad morem uænalitium mancipiorum hæc referenda, nam de pulchris epigramma illud Martialis est.

Inspexit molles pueros, oculisqß comedit
Non hos, quos primæ prostituere casæ
Sed quos arcanæ seruant tabulata catastæ
Et quos non populus, nec mea turba uidet.

In Mamurram lib IX. ep. LX. Nam domi isti, quibus hederâ non erat op. non in publicâ catastâ uænibant; quia et titulo prænotabantur uenales serui, Sen. Ep. XLVII. Stare ante limen Callisti dominum suum uidi, et eum, qui illi impegerat titulum, qui inter reücula mancipia produxerat, aliis intrantibus excludi. quia titulus ad pectus uænalibus: et deinde retulit illi gratiam seruus, ille in primam decuriam coniectus, in qua uocem præco experitur, et ipse illum inuicem apologauit, et ipse non iudicauit domo suâ dignum. Huc et facit Apuleii præco lib VIII. Mil. ita ut Gyton tanquam mancipium meritorium, seu frater Catamitus uæniisset pretio in aliud tempus adsignato, et tesseris inter uenditorem et emptorem bona fide exactis et adnotatis siue adpressis. Nam tessera hoc Plauto et Plinio, quod Varroni talea Polyb. πλατεῖον. Sequens conuicium in Gytonem repulsi ab eo amasi

satis

satis explicat. quem tanquam puellam conduxit etiam, qui uirum putauit. a quo non recedit, ut morem adstruam mancipiorum, quod Catilinæ obucit Cicero de Petit: consulatus. quo in magistratu amicam, quam palàm domi haberet de machinis (catastis mancipiorum) emit. Ni tessera pro ipso titulo mancipiorum usurpetur: Nam teste Polybio τῷδε τὸ δ' ἐστὶ πλατεῖον ἐπίγεγραμμένον illi est tabella latiuscula inscripta. quæ heic fortasse latius sumpta, ut in aliis notionibus, frumentariis nimirum, militaribus, lusoriis. quid si ad precium constitutum in tesseris? quid si ad titulos meretricum adcommodes? illud iam utcunq probaui; hoc ex Seneca adserere mihi uideor lib. 1. controuers. nomen tuum pependit in fronte, stetisti cum meretricibus: uel ut cum Tertull. loquar lib. 1. de Pud. sub ipsis libidinum titulis. Res satis nota ex Petronio alibi. Iuuenale Sat. VI. aliis. quæ quidem et omnia iræ repulsi deseruiunt, et Gytoni probro maximo sunt: illud uerò de tesseris lusoriis heic, meo iudicio, non ad rem, tu uide, tu iudica, cuius in oculis, iudicio mea omnia quæcunq sient. ~~[illegible]~~. Vlteriùs pergo.

Jo: Sauar. ad Sidonium Apollinar.
Dan. Aurelianens. ad Querulum.

Pag XXXI. neue sanguine mutuo pollueremus familiaritatis clarissimæ sacra, lego charissimæ

Eadem pag. XXXIII. die qui tanquam togæ uirilis stolam sumpsit, qui ne uir esset a matre persuasus est, qui opus muliebre in ergastulo fecit, qui postquam conturbauit, et libidinis suæ solum uertit reliquit ueteris amicitiæ nomen. quæ Gytoni Ascylton secuto spretus obiiciebat Eumolpus. Sed fateor, ego per illa, ut per Cimmerias tenebras; præfabor uerecundiam, et uerecundè legam. postquam mastrupauit, et libidinis suæ solum uertit. alterum uerbum his rebus proprium; translatio altera ad illas concinna et argutula: quod uero de uoce conturbauit ut apud L. V. § idem Labeo. D. institor. L. XIV. d. in rem uerso, quòd serui, qui Dominorum pecu-

nias

nias inuertunt, conturbare dicantur, nec mihi nec aliis placet ad hunc locum. Quod secundum Valerium legem, uti in reliquis, ubi coniecturæ res est, pronuncio; ut a me ad populum (semel hoc dicam) possit prouocari.

Pag. XXXVIII. Cum ob hanc offensam præclusissem mihi aditum quem feceram,* iterum ad licentiam redii. existimo ante hæc uerba hiatulum aliquem interfuisse, et interpretor, licentiam, quod ante dixerat, cum idem licere et ut tertia nox licentiam dedit.

*Antiq lect. lib. II. cap. VIII.

Pag. XL. Itaq* hercula omnium herbarum succos Democritus expressit. *Lipsius è pergula legit, Fran. Pithoëus hortulo: hercule Vvouer. Ego sententiâ integrâ, sine hiatu, Ita me hercules o. h. s. D. expressit. hoc est, pecuniæ amore contempto, artium adsumpto, et publicâ utilitate propriis antehabitâ commoditatibus: præsertim cum uox ista Petronio familiaris quodammodo sit: pag XL. non me hercules poenam istam differrem, et alibi bis terue. (ni malè memini): nec arcula displicebit, quasi fornice; quia Democritus in monumento clausum scribit Lucian. in Philos. auct. cuius rei ipse satis locuples auctor in epist. ad Demagetum, quam ego penè puer Hispanam feci, clepsit quidam tagace manu, an uulgarit nescio, illud scio, tulit alter honores

Laert. in Democrit. Plut. in Symp. VII sap. Capell. lib II Sat.

Pag. XLIV. quid dicis peregrini amoris concessio! omnes interpretantur concessionem ibi pro amasio, qui alteri concessus, ut optio, qui optatur in Plaut. Asin. obliuio pro Orbilio quia oblitus litteras. Palm. in spicileg. Alii concessor reponunt; ego aliter, et uocem ibi deesse credo, uel suppleri ut adsolet, ita ut dicis caussa siet, ut apud Arnobium lib. III. ex emendatione certissimâ Lipsii, nisi forte dicetis alias quidem inesse Diis et honoris et dicis caussâ species, uos eis accommodauisse mortalium; sic et ipse Arnob. init lib IV. et Varro, lib VI de ling. lat. et dicis caussâ fiebant quædam. Et Apuleius lib de Philosoph. ubi ditis in uulgat. est. sic dicis ergo, dicis gratiâ apud charis. lib I. quomodo usi Vlp. in L. prima, de S.C. Sullan. et Caius L. IIII. commodat

nodati id est, perfunctorie, obiter, remisse, neglecte uoce satis notâ, sed sensu apud Petronium meliori: quid (dicis causâ, seu dicis) peregrini amoris incessio! dignus hac iniuriâ fui! hoc est, quid sibi uoluit, dicis causâ, illa p. a. concessio! iniuriâ ne illâ dignus unquam meus in te amor fuit!

Pag. XLVI. Vile est quod licet, et animus errore lentus iniuriam diligit: lego lenitus, ut pag. LXIV mentes satisfactione lenitas: pag. XLVIII. et tùm semicincti stanti ad parietem spondam dicunx eram: Lecum despe, ratam uocat Vou. Ego facili mutatione in aliam reuocabo legens, semi, cincto, hoc est, mihi semicincto stanti ad parietem s. a. dixerat nam, inclusus ego suspendio finire uitam constitui: et statim, cruciatu nodo undebam: quo recidit, meâ sententiâ, semicingere, ni ad uesten quis re, ferat,

Pag XLVII. aut quid sibi uult tam furtiua nolitio: lego, fortuita argutiori sententiâ. lege et iudicabis

Pag. LVIII. aut quia hoc genus furti semel mea feliciter cessit, alii mihi; Scalig. Vou. mea redundare dicunt, fortè non malè legas, è re mea felici cessit retractis literis; siue mea felicitas cessit: siue à me feliciter cessit.

P LX cultus umbra supplicii tegent] lego. supplicii

Pag. LXIII, ut se reconciliarem aliquando amicissimis: leg. amicissimo

Pag. LXVIII. Tollebat plumas aura uolitantes, pinnasq per maria inanis spuma torquebat: leg. inanes, hoc est, plumas seu pinnas ab aue abstra, ctas, seu siue auis corpore

Pag. LXXII. in legidâ matronæ Ephesinæ narratiuncula nemo inuitus audit, cum cogitur aut cibum sumere aut uiuere: ad matronam ancilla. sed bibere intrepidè repono. certè non negem sententiam tò uiuere urgere: ibi tamen, cibum sumere et bibere dominam ancilla mo, nebat, uti antea miles cruciariorum adseruator; quo inclinant de odore uini, quo corrupta fuerat ancilla, uerba præcedentia: quin et ista illi inhærentia, ipsum te iacentis corpus admonere debet ut uiuas, nemo inuitus audit c.c. a. c.s. a. bibere: rectissimâ sententiâ

~~iâ~~ Pag.

Pag. LXXIX. quæ ergo clementia est omnia facere, nequid in nobis relinquat sepultura? è uestigiis ueteris scripturæ, de nobis

Pag. LXXI lacrumas commendabat lugenti: alii lacinias commendabat lugenti. minus rectè, ego iterum ex eiusdem uestigiis, commodabat, ut alibi uendis amplexus non commodos; et, sine quod humanius est commodas:

Pag. XCIV. oculi clariores stellis extra lunam fulgentibus; nares paulum inflexæ: et osculum quale Praxiteles Dianam habere credidit: Apellæum pennicillum! narro tibi, mi Amice, meritissimo Petronius tibi in deliciis est, uera elegantiæ Arbiter, dum nihil amœnum et molle affluentiæ putas, nisi quod Petronius adprobet; (Christiano non Neroniano stylo) ut ait Tacitus: bene. quia magna pars, inquit Plinius, studiorum amœnitates quærimus. ad Petronianas redeo, et osculum aliter, quam hactenus interpretor, non per os exeuntes semper sine docheu pro ore, quia os osculamur, et osculis os præcipuum, ut passim apud Petronium ex cuius oculo pendet, tu tantum dignare, et meum osculum cum libuerit agnoscere. et, nequid te osculum meum offendit: &c. sed propriè pro ore exiguo, nam talia in formosioribus commendabantur: nam ueluti thusculum a thus in Plauto Aulul.

nunc thusculum emi

Et rusculum a rus in Agellio lib. XIX. cap. 1. cœnam dabat amicis ac magistris in rusculo: sic ab os osculum in Petron. in Ouid. lib. Metam.

uidet igne micantes
Sideribus similes oculos, uidet oscula, quæ non
Est uidisse satis

In Mart: epig. XCII. lib. XI. Epitaphium Canaces

Ipsa crudeles ederunt oscula morbi
Nec data sunt nigris tosta labella rogis

Sic iusculum a inf. Apuleius lib. Miles. de Fotide illa lepidiuscula quæ suis dominis parabat iusculum fartim circumscisum: non iasum ut in uulgatis est: sic torculum in Varron. γεγόνασι δὲ καὶ ἐν ἀγρῷ apud Xonium quod usu torcular. corculum Plinio.

Itaq cum Praxiteles Dianam pulcherrimam fingeret, quidni osculum

sive

In Martialis a crure crusculum lib. III. epig. XCIII. in Vebustinam, cuius Pectus cicadæ, crusculum formicæ.

siue exiguum os illam habere crederet? Ceterum in metaphoricâ significatione tantum per tralationem; unde osculum et Suauium his intellectibus, ait Nonius, discernuntur. quod ab ore osculum, suauium a suauitate dicitur. Varro de Vita Pop. Rom. ideoq hoc ab ore dicitur osculum non suauitate, unde suauium, quod simile sit suauitate. Donatus osculum officii, basium pudicitiæ, suauium, siue sauium libidinis autumat; apud Auctores tamen promiscuè usurpantur ut uidere uel in ipso Petronio est, in quo progredior

Pag eadem.

" Quid factum est quod te proiectis Iuppiter armis
Inter cælicolas fabula muta iaces?

Malim quî factum ~~[illegible]~~ est:

Pag. XCVI. in Circes sermone ad Pollienum: perfusus ego rubore manifesto etiam siquid habebam uirium perdidi, totoq corpore uelut laxato; quæso inquam * Regina, noli suggillare miserias; leg. totoq corpore uelut luxato non enim de lassitudine, quam iam confessus fuerat, cum dixit siquid habebam uirium: sed de contractione (ut sic dicam) corporis ac membrorum agit, ut rem eleuet et exaggeret; ad quod conroborandum rò ueluti præit, quî ergo moderaretur aut modificaret uocem laxato siue lassato.

* quid et quomodo hêic Regina doceo Schediasm. VII decad. 1.

Pag. XCVIII. rescribe modo blandiùs dominæ, animumq eius candida humanitate restitue; legerem callidâ: monet namq Chrysis Pollienum, ut callidè aggrediatur Circen, et in iratæ gratiam callidâ (quid candida!) redeat humanitate.

Pag. C. nerui paruerunt imperio, manusq aniculæ ingenti motu repleuerunt, J. Gruter. lib. IV. cap. XII. susp. inquieti motu legit; ego, turgenti; et nescio an superiùs pag. XCI. eodem modo legendum cum hæc Eumolpus ingenti uolubilitate uerborum effudisset, post ciuilis belli commemorationem, et reponendum, turgenti, aptâ materiei uoce.

Eadem pag. Vides inquit, Chrysis mea, uides quod alis leporem excitaui: alii aliis sic et illud ex Ouid.

" Credula si fueris, aliæ tua gaudia carpent
" Et lepus hic aliis exagitatus erit.

Sed ego miror dicendi modum non usquequaq cultum in cultissimo auctore, nec concinnam adeo sententiam hinc extrico. quid si, quot

alis

alis leporem excitarem? nec adfirmo: similis tamen locus in Trimalcionis conuiuio pag. XXVII. quo facto uidemus infra, scilicet in altero ferculo, altilia et summa, leporemq in medio pennis subornatum, ut Pegasus uideretur: en leporem pennatum heic, alibi alatum, sed in rem diuersam. Satis sit indicasse cum diuinasse non pote sit,

Eadem pag. premebat illa resoluta marmoreis ceruicibus aureum thorum, myrtoq florenti quietum uerberabat; leg. quietem, quia aëra non thorum uerberabat.

Pag. CI. in iniuria secundò Circi a Pollieno inlatâ, quas excitauit rixas, quas curas creauit, quæ acuit acumina uel ingenia exercuit uerbum illud insolens, inauditum, ignoratum, catogorare? manifestis matrona contumeliis uerberata, tandem ad ultionem decurrit, uocatq cubicularios, et me uibet catogorare. Turnebus Catamo ligare cui J. Guilhelm. accedit, alii catamolidiari, catamidiare scatorigare, catomis cædi, κάτα rogare, catorygare, κατωρυγὴ catalogare, quod uarium magis uel uulgus uel mare unquam fuit! sed hæ uirorum doctissimorum opinationes seu suspiciones. ineptias uerò ecquid congeram? nec defuit qui monstrum uerbi catamogare ut rem magnam adinuenerit, iactarit, aliis ut lac lacti, ouum ouo, sibi similibus ac congerronibus persuaserit. nec mirum, unus ille est

ὃς κατὰ λίμνω

Τιμᾶτο βατραχῶν ἡγούμενος ἤματα πάντα

Lemannum qui prope stagnum

Ranarum est cunctis dux cultus honore diebus

quiq præse de gyganteo genere gentem foenum putat: os hominis seu potius pugilis! seu siquid minus a patre, a se acceperit, sed ab iis manum, ne coinquiner, qui nihil aliud audiunt quam *λέρος πολύς; quiq eo (quodquod sit) ignominiæ uerbo non solum digni, sed perpetuò honoris loco ab omnibus accepti. Itaq ego temerè καταμεδιᾶν legerim, ut uno eodemq uocabulo Petronium heic et Spartianum in Adriano interpretarer. huius uerba sunt

decoct

*nugæ magnæ

decoctores bonorum suorum, si sua auctoritatis esset catamidiari
in Amphitheatro et demitti iussit. Hoc est derideri, aut ignominiâ
adfici, ut catamidiari apud hunc, Apologare apud Sen: ep. XLVII
ἀποκηρύττειν pro reiicere, repudiare, apud alios aporiari,
apud Petron. uox illa, quacunq illa sit, Cetèrum uerbo catarogare
passim hodiè in inclutis, ut inaudiui, Belgû Atheneis Louaniì uel
queri utuntur; etiamsi usus illos reruant, et pro uerberari, scio, utuntur
sant, quid si et camo ligare? non parum, fateor, utitata est, sed
latiam esse nullus dubitat, cum illâ notter interpres in psalmis
utatur. In camo et freno maxillas eorum constringe, qui non
adproximant ad te. Psal. XXXI. V. X. Hebraice בֶּחֱיָ֣ וָרֶסֶן
ionant Bemeteg Varsen, in camo et freno. LXX. ἐν χαλινῷ unde
Hieron. in Camo: ut Augustin. Theodor. ut latè disputant purpu
rati illi ter-maximi dignitate, uitâ, scriptis Toletus; Bellarminus:
nec non eruditiss. Lorinus, Agellius, alii; sic Prou. XXVI. flagellum
equo et camus asino et uirgâ dorso imprudentium: et quæ Pagnin,
et Mercerus in Thesauro notant: proprius ueriq utrum exprimitur
hebraicis illis; quod ignominiæ etiam genus nouè repertum fortasse.
nam eodem modo ligatus Polienus addit, nec contenta mulier tam graui
iniuriâ conuocat omnes quæstillariasq familiasq sordidissimam partem
ac me conspuì iubet: quod uerò subsequitur, uerberibus sputisq extra
ianuam eiectus sum: non ut alii putant referendum ad uerbera
iam illata, ut hîc catarogare, uerberare sit, sed ad illa, quæ è
ianuâ ui pulsus patiebatur: sic alibi pag. CXI nec me contumeliæ
laesant; quod uerberatus sum nescio, quod eiectus sum lusum puto,
modo redire in gratiam liceat: addo et institis etiam Ascylti
Gytonisq manus ac pedes a Psiche Quartillæ ancillâ ut melius
inriderentur adligatos: faciliori ac tenuiori uinculo; quia in in
risionem; hîc arctiori fortiorq, quia in iniuriam. Nam χημὸς
~~Regulus cum aa pedes manus contulerim, quam ne adsequatis~~
species freni apud Ephimum eo uersu, κέντρα διώξεχάλινθα φιλοφρεύθεσνα
τ' ἀχημος; sic et Aristophanes, καπίσαι σὺν τοῖς χημοῖς γαῖρ. sic in cap. τοῦ ἀνιόντ
et Pollux χημος χαλινὸς τὸ δὲ παρὰ γλῶσσον ἀπρόμενον. Vinaulum
itaq colli est, species freni, uti naulum inter alia camus est; qua
etiam uoce B. Ambrosius utitur lib. VI. Hexam. Unde nec noua,
nec inepta adparebit necesse est; redeo ad cetera.

Pag. CII. cum ea parte verba contulerim, quam ne ad cognationem quidem admittere seuerioris notæ homines solent. leg. cogitationem

Pag CIII.

„Quid me constrictâ spectatis fronte Catones
„Damnatisq nouæ simplicitatis opus?

Lego

„Quid mecum astricta spectatis f. C.
„Damnantesqß nouæ simplicitatis opus?

Martialis

„Et numeros nostros astricta fronte trientes.

Ibid.

Quis petat in tepido membra calere thoro?

Vet. lib. petit, alii uetat; ego uetet

In eodem carmine

„Ipse pater ueri doctus Epicurus in arte
„Iussit, et hoc uitam dixit habere τέλος

Leg.

„Ipse pater Veneris doctus Epicurus in arte

hoc est, voluptuaria uel venereâ, uel si mauis cum nostro Scioppio V. C. in stoicæ doctrinæ libello aureo

Ipse pater V. d. E. inertem
Duxit, et hanc V. d. h. Deos

Sed mihi telos probatur magis: ob illa Varronis περὶ ἀιρέσεως porrò inde ab unoquoq compito ternæ viæ oriuntur, e quibus singulæ extremæ exitum ac telos habent proprium; a primo dextram viam munit Epicurus. Apud Priscianum in dextimus; apud quem sic illa legenda, non ut in editionibus Priscian. et in fragmentis ueterum Poet: Hist. Stephan. pag. CCCXXXVI. sic et in Athenæi lib XII. Ἐπίκουρος ἐν τῷ περὶ τέλους φησὶ τιμητέον τὸ καλὸν καὶ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰ ἐὰν ἡδονὴν παρασκευάζῃ

Mecum sentiunt Scal. in Catull. Virgil. Palmer. in Spicileg. Christoph. Richard. in Notis. Franc. Pithoë in conlectan. Dou

F in

F. in Spicil. ad Petronium. et ego eandem uocem restituo Ciceronis fragmentis apud Nonium; uti et Lipsius Varronianis illis, et Cic. epist. ad Atticum; ut nos* alibi.

* Schediasm. II. Decadis V.

Pag. CV. ait Enothea Sacerdos

— mihi pontus inertes

— Sumittit fluctus, —

Forte inermes: hoc est, sine ui, placidos, quibus conueniunt cætera.

Pag. CVI. pocula quæ facili uilis rota finxerat actu

Forte aretu, uel artu: sic enim fiunt pocula lutea

Pag. CVII. non dubitauit crus meum serrato uexare morsu. leg. ferrato

Ibidem. Oblitus itaqß nugarum pedem mensulæ extorsi &c. in anseris unius sacri occisione, cui similis loquendi formula apud Senecam in Ludo Claudii: Claudius ut uidit uirum ualentem, oblitus nugarum intellexit neminem parem sibi Romæ fuisse &c. sic pag. C. dicto citius nerui paruerunt imperio: Sen: in eodem ludo, dicto citius Narcissus euolat: et sexcenta alia quæ in Petronio et Seneca possem paria commonstrare, ut pote eiusdem æui, eiusdem ætatis; quod eadem ratione in Persio obseruaui: quem aliquotiens secutus Petronius est, ut satyrum satyrus, tuum meus: in illis præsertim non procul ab initio pag IX. seduxit me paullulum a turba; ipsissima Persii uerba Sat. VI. Vers. XLII.

— paullum a turba seductior audi

Sic uox illa Pannucia apud utrumq. in Persio Sat. IV. N. XXI.

— Sum candidus, esto

„Dum ne deterius sapiat Pannucia Baucis

Quod uarie multi detorquent, ex Petronio tamen rectum efficiendum, et recte interpretandum.* Rhodiginus ait secundum Plinium mala esse celeriter in rugas marcescentia, unde Persio factum arbitratur, ut Baucis diceretur pannucia. Idem Dalecampius in Plinium cogitat lib. XV. cap. XIV. sed pannucea legit, quasi pannos fatiscentia, et rugarum plicatus, cum Turnebo, qui lib. XV. cap. III. et lib XXVI. et cap. XXXIII

* lib XXIX cap. XXIII Ant. lect.

pannucea

pannucea reponit; et multis conglobatam ac glomeratam pannis tumentem interpretatur, uel quòd pannus tumor sit in inguine. non uero pannosam ut putat* Donatus, cum inquit, proprium est anibus esse suffarcinatas, ut Dorsius Pannucea Baucis, et Plautus diolarem, Claudam, crassam: in illud

uidi cantharum

" Suffarcinatum

Sic et Nebriss. pannucea: Lutetiana Morelli editio; et Cornutus Scholiastes uetus: Hunaeus pannicea mauult; Murmellius, Iac Miggrodii, et Theodos. Pulmani codices,* Ruellius, Casaubon. Lugdunenses cum aliis impressis *pannucia; Sanctius et Graphiana editio panucia n. subtracto legum quis in tam dubio gurgite pedem figat? uel quid expiscetur, deliberabit. Ego uero in tantâ scripturae uarietate pannuciam legerem, tum ob tot uirorum doctissimorum testimonia, tum etiam ob Isidori membranas multas, in quibus semper uno consensu sic legi distinctis litteris, animaduerto Toleti in Bibliotheca Ecclesiae omnium ditiss. et nobiliss. hoc ad scripturam; ad uocem uero istud a pannis illam deduco, non uero à malis in rugas marcescentibus, ut ex Plinio illi putant; potius Plinium a pannis μεταφορικῶς id scripsisse autumem: uti apud Macrobium lib III. cap. Satur: XIX. Martialem lib XI. epig. XLVII. quod clarius in Petronio, ut illuc redeam: pro illa parte uindicabant preciosissimam uestem, pro hac pannuciam ne centonibus quidem bonis dignam. Sic ex Persio illa expressa sunt pag. XL. de rectitudine uotorum, quis unquam uenit in templum et uotum fecit si ad eloquentiam peruenisset? ac ne bonam quidem mentem, aut bonam ualetudinem petunt: sed statim ante, quam limen Capitolii tangant, alius donum promittit si propinquum diuitem extulerit, alius si thesaurum effoderit, alius si ad trecenties H-S. saluus peruenerit. Ipse Senatus recti boniq praeceptor multo pondo auri capitolio promittere solet, et ne quis dubitet pecuniam concupiscere, Iouem quoq peculio exorat. en ipsissima

non tu prece poscis emaci

Quae nisi seductis nequeas committere Diuis

At

* Act. IV. Sc. V. Andr.

* lib. II. de nat. stirp.

* Marcil. Turnorup. P. Pithoeus. Lubin. Amstelredam. editio An. M. DCII.

lib XIX cap. XXII Orig.

Sat II. VIII.

At bona pars procerum tacitâ libauit acernâ.
Haud cuiuis promptum est murmur humilesq susurros
Tollere de templis, et aperto uiuere uoto:
Mens bona, fama, fides, haec clarè et ut audiat hospes,
Illa tibi introrsum, et sub linguâ murmurat; ô si
Ebullit patrui praecordia fumus, et ôsi
Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro
Hercule! pupillumue utinam quem proximus haeres
Expello, expungam! &c

Vers. XXIX
—— qua te mercede Deorum
" Emeris auriculas ——

Vers. XLI.
" Poscis quem neruis ——

Vers. LV.
—— auro sacras quod ouato
" Perducis facies

Vers. LXIX.
—— in sancto quid facit aurum!

Pag. LXXXII. Nam ut quisq uersum pedibus instruxit &c. putauit se
continuò in Helicona uenisse: ex Persio 1 Sat. Vers. IV.

" Heliconiadasq pallidamq Pyrenen
" Illis remitto &c

Pag. LIV —— Afris eruta terris
Citrea mensa ——

Pers. sat. 1. Vers. LXVI.
—— quicquid denicq lectis
" Scribitur in citreis ——

Pag CXV Sicut nuta animalia cibo inescantur: sic homines non ca-
perentur spe, nisi aliquid morderent. Pers. Sat 1.

Quis

„Quis expediuit psittaco suum χαῖρε?
„Magister artis ingeniiq largitor
„Venter, negatas artifex sequi uoces:
„Quod si dolosi spes refulserit nummi &c.

Quid amplius? possem. sed alibi excutienda. ad cetera pergo,

Pag CXIII. Et per hanc successionem partem suam perseuerabat (Philo, mela matrona illa,) expendere: lego, partem.

Pag. CXIV. hæc locutus sustuli tunicam Eumolpoq me totum adprobaui uideor mihi subodorari similem dicendi etiam modum in Veneriis apud Hispanum uatem in tam obscoeno quam obscuro de Phyllide Epigrammate

Ep. XXXI. lib X.

„Cum duo uenissent ad Phyllida mane fututum
„Et nudam cuperet sumere uterq prior:
„Promisit pariter se Phyllis utriq daturam
„Et dedit, ille pedem, sustulit hic tunicam.

Quod ego prorsus, fateor, me nescire: amicus noster Queuedius flos illibatus populi Suadæq medulla nimis latine ac argutè interpretatur de illâ

—— Quæ pariter sufficit una tribus:

quæq a dorso simul et a fronte, et uice uersâ promissis staret: Nam malè omnino Domitius adlusionem ex uoce sustulit pro in altum tulit et surripuit captat: cum Mart: ipse dicat, promisit pariter &c Et Sed de utroq apud eundem Epigrammatographum mentio epig. LXXX lib XI. de Ledâ

Protinus accedunt, medici, medicæq recedunt
Tollunturq pedes; ô medicina grauis!

Sic Publius apud nostrum arbitrum [tollat pedes] sic Nonius in Atinar. fragment. [pedes extollas] sic Cic. Epist II. ad Atticum [pedem tollas] ut notauit argutè Douza P., sic apud Græcos ἄιρειν σκέλη esse propè ossa ex Aristophane obseruat Victorius.

Et Ep. C. in Lesbiam

Pædicam

" Pædicant miseram, Lesbia, te tunicæ,

Sed ut ad rem redeam, apud utrumq observo eodem modo dici sustulit tunicam. ex quo uerior fortasse sensus elicietur ab argutiori: ego despero.

Pag CXVI. quæ Petronianæ fabulæ Catastrophe, cui adnectenda illa puto, quæ apud Seruium de Massiliensibus inueniuntur, Massilienses quoties pestilentia laborabant, unus se ex pauperibus offerebat alendus anno integro publicis et purioribus cibis. Hic postea ornatus uerbenis et uestibus sacris circumducebatur per totam ciuitatem cum execrationibus, ut in illum reciderent mala ciuitatis: et sic proiiciebatur: additq, hoc autem in Petronio lectum est: ubinam! ego continuandum cum aliquo, ut solet, hiatu, in fine satyrici, ubi de ritu hominum uario res est, existimo.

In illud III Aeneid " Auri sacra fames.

Versus illos apud Terentianum Iambicos de dimetro Iambico claudo

* Agnoscere hæc potestis
Cantare quæ solemus:
* Memphitides puellæ
Sacris Deum paratæ:
Tinctus colore noctis
Manu puer loquaci
* Anus recocta mero
Trementibus labellis
. . . . . .
* Triplici uides ut ortu
Triuiæ rotetur ignis
Volucriq Phoebus axe
Rapidum pererret orbem

Apud Diomed. lib III.

Apud M. Victorinum de ratione Carm. lib. IV.

Continuandos reor aliquot interuallis relictis:

Pag. CXXVIII. in fragmentis Petronio adtributis

" Vna est nobilitas argumentorumq coloris
" Ingenui timidas non habuisse manus

Lego caloris: timor namq frigidus.

Lectionem a Magno Lipsio olim adsertam, descendentes ab aure capillos meos dentata manu duxit: pro tentata pag. XIII. ex talium nequiti

lib. I. Ant. lect. cap. IIX.

nequitiarum adsertore optimo Apuleio confirmo, qui Metamorph. I et pectinis arguti dente tenui discriminatus de capillo dixit; et communi loquendi apud nos modo usurpamus.

Pag. IX " Quid faciant leges ubi sola pecunia regnat,
" Aut ubi paupertas uincere nulla potest?

Concinnabam aliter.

" Quid f. l. v. s. p. regnat
Aut, ubi paupertas uicerit, ulla potest?

Argutiori sed non ueriori sensu

Pag. XLII. in Troiæ elegantissimâ halosi

— continuat in mortem ultimam
" Somnos —

Ego aliorum non parum iudiciis pensitatis legerem auidiùs

— c. in noctem ultimùm
" Somnos —

Ut ex auctoritate Virgilii Aeneid. IV. Sen. in Herc. Fur. Catull. Propertii et aliorum à me probatum* alibi probasti, mi ~~Josepho~~, nec hæc (quæ humanitas tua et in me amor est) puto improbabis, ab animo nimirùm, quia tibi concepta ad te in uitæ felicioris spem emissa nunc a me libenter Toleto missa, qui οὐκ εἰδὼς ἀλλὰ εἰκάζων, illa scriptione effutiui, transcriptione confirmaui. illud æternùm ut

* De nostris annis TIBI Jupiter augeat annos.

Ut adfectu concludam; VALE ut effectu

* Schediasm. decad III.

* non probè sciens sed coniecturâ ductus.

* Tertul. Apol. cap. XXXV hanc precandi consuetudinem refert, et expendit.

Sed heus amice reuoca in memoriam epistolion ad te de Petronio Toleto à me missum, quod si Petronio fortasse conducat, adnectendum censui. Ecce illud

~~[illegible]~~

~~[illegible]~~.

Post debita Hygeiæ soteria, quidni quietam in studiis a peregrinatione

cessa

cessationem optem. Bli Amice, debeo: aliter amicitia nostra tot nominibus
sacra sacra non constarent; nec adlubescentia Bluesarum Caritum

ora tuere

Dignam, vel

faciles in mea vota Deas

fiunare nisi temerario ausu possem: Non iam Bibliotheca tua (sic dicam)

finibus Arcis

Reddat incolumem precor

Et seruet animæ dimidium meæ.

Varium Fortunæ casum; sed te inter amicos tua

Tellus

Lare secreto tutor tegat

dictius Victurum, æternum noscendum. Verum quando, tuam curam

PETRONIVM Latini

florem inlibatum populi, suasæq; medullam

stricæ, quæ legemus, quæ gestabimus. Dē sirint in eruditionis doctrinæ coronamentum, in feliciorem publici saporis approbationem! cui non ornando condiendoue iucundo, magis nugas oggerens, post antiquas novas accino: videsis an ut Μόσχου ἀδὼν βουκολικόν, seu ut inter suaues odores obstreperus anser. Petronii non minus quam Horatio suo, curiosa mea iudicio felicitas. Tota Satyrici dictio ad amoenitatem facilis, ad facilitatem amoena: Personarum nomina maxime conuenientia proprie τὸ πρέπον decenter inspiciunt. Critici ad Petronium notant, non illud, cum aliis communia scriptoribus inter legendum obseruari. Ita cape hæc pauca. TRYPHENA matronæ nomen apud Basilium. Seleucia in Isauria Episcopum libri de vita S. Theclæ Iconiensis, & Simeonem Metaphrastem (ut ait Suidas) longiorem in eiusdem vita, qua B. Theclam domo excepit. τὸ τῆ τοιαυτῶν ἡ Τρύφαινα (verba sunt Basilii) βασιλέως τε ἀγχιστεία λαμπρυνομένη, καὶ πλούτῳ κομῶσα, καὶ ἀρετῆς τῆς καὶ τοῦ βίου καὶ τρόπου ἐπιμελομένη, πιστεύεται τε καὶ δέχεται τὸ θέκλαν ὡς eadem fere in Metaphraste. etiam apud Lucianum Tryphæna Dialog. mer. PANNYCHIS non virguncula sed mulier in Luciano Dialog. mer. sed ex corruptum cape Πάννυχις

POLIENOS apud Aristaenetum ep. iv. Philoxenus πολυαίνεω ubi emendatior scriptura dignus citur.

* dictione Ἄβρα ἔς

* Sine scriptura Veteri [Τρύφαινα] quam quæ in Erbardi editione

EVMOLPVS Lib. III Epigr. Græc. in Museum ex Antipatro.
vt puto.

Ἐυμόλπου φίλον ὕδωρ ἔχει τὸ φαληρικὸν ὕδωρ
Μουσεῖον. Φθίμενον σῶμα ὑπὸ τῷδε τάφῳ

Vt eum Verum

Eumolpi tenet hoc natum Phalerica earum
Musæum, corpus mortuum in hoc tumulo.

Idem apud Arnobium v. cont. Gent. Lanitij gregis custodis nomen I. Baubo, Ipsoclemus, capellarum Dryaules custos Eubolius porcorum, gregis lanitij EVMOLPVS, a quo gens & fluit (anne effluit) Eumolpidarum. & duciter clarum illud apud Cerealia nomen.]

CHRYSIS scortum apud Athenæum lib. XIII & Plutarchum ut Demetrij amicam: quem & Xeno Petreia sororem apud eundem Athenæum eod lib. cuius (Cum) fol. 609 Luciani Dialog. meret. meretrix est PSYCHE Apuleiana satius nota quam quæ apud Sagram, ut aiunt, Ex iis reliqua cape Vna & Lus ex tumultuaria lectione exerrantes animadversiones, fol. 52. edit. Erfurd.: [nec quo loco stabulum esset sciebam] non nic in antiquioribus: Dousa tenuerit [loco] addidit, vel legendum nic autumabat [quo iter ad stabulum esset, sciebam quid ni ego [nec qua ad stabulum issem, sciebam.] te iudica: nam certè ad ipsum iuerat; confirmant illa pagina seq. [nec inveniem quo loco stabulum reliquissem] fol. 55. subduxisti te iniquam a Praetoris colloquio, quid ego homo stultissime facere debui &c.] Hebes mihi in Cithæis oboratus, ni hîc Diatulum non odoror, aliter nescio an constent.

fol. 59. [Latrones tenere clamauit] sic, interpungens, lego [Latrones tenete audirem clamauit] alibi [prehendite furem, clamauit.]

fol. 64. [complosis (sic legendum fortasse an ab aliis animadversum) deinde manibus in tantum risum effusa est, vt timeremus] ius processit, ut augur Diatus: aliquid nang timendum erat.

fol. 65. [si quid vellent conari, infirmissima [scilicet] contra nos] expunge otiosum [scilicet] Venustissimæ orationis seriem deturpans fide.

fol. 66. post illa verba [periculo, quod & ipsum satyrio tinxerat Asyllium opprimebat] Diatus signum est, velim abiit, sententiaq ut propius adhæreas restabatur e superiori præcedentis paginæ sententia asteriscis ultro citroq vallata [tunc vero excidit omnis constantia admonitis, & mors non dubia

misera

miserorum oculos cœpit obducier. rogo, inquam, domina, si quid tristius paras celerius confice. neq enim tam magnum facinus admisimus, ut debeamus torti perire] [Ancilla quæ Psyche vocabatur &c] oculorum ista iudicii sunt, non calami. Tu vide mi Amice.

Fol. 70 Cuius esset puer diligentissima sciscitatione quæsiuit [anne indiligentissima]? Vt sine cura facta sciscitatio videretur quæ tamen non citra curam. ingenia mulierculorum harum talia sunt

Fol. 71. posse Taurum tollere quæ vitulum sustulit] ipsissima Nasonis verba 11. de Art.

Quem taurum metuis vitulum mulcere solebas.

interpretibus innotata.

Fol. 101. in Troiæ halosi.

Aperitur ingens clostrum, & obducti specus
Qui castra caperent, Huc decenni prælio
Irata Virtus abditur. stipant graues
Equi recessus Danai, & in voto latent]

Quid [in voto]? Zinzerlingus de in voto spe hominis, siue embryonis nescio quid argutatur; alii equum votiuum interpretantur: dignum tamen vindice nodum putat cum aliis Erhardus: mutarem ego (si fas esset) facillimam lectionem [& in tuto latent] sic credo. Catullus suppetiatum venit ad Sirmionem Peninsulam

Vix mi ipse credens Thyniam atq Bithynos
Liquisse campos, & videre te in tuto.

Non heic plura: audaciæ audaciam ad suam in eadem belli Iliaci descriptione

Fol. 102

Iacet Sacerdos inter aras victima
Terramq plangit

anne [terramq tingit]? dictum ex more scriptorum fere omnium maiorum gentium, & a Victorio eruditissimo obseruatum XXIX Var. lect. XVII cadunt namq quod Lucretius etiam tetigit, in vulnera, qui occumbunt: hic præsertim cuius cum ipso Petronio

— membra ad terram trahunt. Pergo

Fol. 117. expedite sarcinulas] Vtrumq iunxit Catullus.

Fol. 1176. funerata est pars illa corporis, qua quondam Achilles erant] simile

quid in Petri Abelardi epistola v. ad Haloiss. iniustissime et dementissime licet cum summa tui auunculi proditione, vt in multis crescerem parte illa corporis sum immiautus, in qua libidinis regnum erat.]

Fol. 178. paratus miles arma non habui] expressit conciuis meus Poetarum Hispanorum Princeps G. Lassus de la Vega cant. iv.

estoi sin armas en el Campo puesto

Vt iam monui in nostris ad ipsum obseruationibus.

Fol. 179 hoc peracto carmine &c.] quale illud? anne

Dum viuis sperare licet: tu rustice custos

Huc ades, et neruis tente Priape faue, ?

Credo, et sedem mutare iubeo.

fol. 183.

Quid me constricta spectatis fronte Catones

ad hanc normam Martialis

Si numeras nostros adstricta fronte trientes

Verum illud de ore exiguo antiquis in laude notum, ad osculum Circes quale Praxiteles Dianam habere credidit fol. 94 edit Raphel. ex Darete Phrygio Charact. Troian. et Graecor. apud quem Helena [ore pusillo] vt Polyxena apud Isacium Porphyrogenitum Charact. Graec. et Troian. μικρόστομος: et incertus auctor de Helena

——— modico dispensat hiatu

splen risum —

Sed sinamus haec futilia apud te tantum effusa, mi anime, qui

——— solebas

meas esse aliquid putare, nugas,

Aenigmata illa fol. 126 [Quod Baistor asylo notaueram] 144 non dubie redierat in animum moechile] 145 [non ibis ad spuitam] 148 [in terram trahere oream mugientem] et ceteras conrosi temporis exsuuias — illis relinq

quorum imagines lambunt hederae sequaces.

Tibi inprimis scruporum T. Petronii vero Oedipo: a me tantum has dissutas has laxioris vestimenti lacinias vna et salutem, quam vt habeas ex animo, ex merito, Deum veneror semper.

Tuus

Thomas.



DN. HIERONYMO DE MEDINILLA

Hieronymi Regij Consiliarij
Supremi f.
Ordinis Iacobi equit.

Persiani Versus ratio adhibita. Quid Musæ? vbi, vnde, quid Helicon? omnia nouè vel argutè. Lactantius, Giraldus, Scaliger, Casaubonus, alij reiecti. Ausonius correctus et interpretatus. Hesiodus animaduersus. alijs lucis aliquid inspersum.

SCHED. II.

Cui potiùs, quàm Caro Musarum pullo hanc de illis imputabo disputationem, Tibi inquam, Hieronyme amiciss. nobilitate et eruditione illustri? Cuius operâ Scriptorem prisci æui prudentissimum Crisp. Sallustium Hispani propediem auidè expectant; auidiùs ego, qui à te probè commendatum scio, à me cum illo, vt tua deinceps omnia, qui amorem in litteras tuum laudo, humanitatem amplector. Tu illo me, hac ista quæcunq; sint, quæ de Musis ego. Variè in Persio liminare illud

= Heliconidas, pallidamq; Pyrenen
= illis relinquo ——

Sat. I. V. IV.

àme sic metri ratione, et ueteris libri auctoritate lectum; ab alijs Legi uideo. mecum sentiunt Hermannus Buschius, Bernardus Autumnus, et Steph. Clauerius; Murmelius, Pulmanus, Sanctius, et Gryphiana editio cum alijs Heliconidasq; adiectâ particula reponunt, sed inconcinnè. Multum se præstitisse autumat Nebrissensis, quòd particulam [q;] uoci Heliconiadas addidisset; quem Morelli editio, et in eâ Martilius et Turnoropæus, nec non in suâ Is. Casaubonus sunt secuti; quòd, vt hic ait, grandisona Heliconiadas uox sententiæ, metrum defraudans, et claudicare faciens, conueniret: sed hoc illius acumen non admitto, acumini enim repugnat tumiditas. cui igitur laus duobus illis, ceu ipse vocat, totius doctrinæ apicibus Homero et Virgilio posset adferri, si cum voces adfectibus adaptarent, carminis cursum metis et limitibus constitutum interpellarent? sed ad Heliconidas. quæ ergo? nonne ab ipso procreata Heliconeæ? id adfirmat Sextus Pompeius Festus; et M. Terentius Varro inter alia Musarum nomina nimirùm Olympiadarum ab Olympo, id est cælo; à terrestribus Libetridum, Pim-

in Epist. ad Io. Murmell.

A. ∞ 1561. Lut. Paris:

lib. VII. de Vers. Sign.

lib. IV. de L. L.

pliadum,

pliadum, Thespiadum, Heliconidas etiam adnumerat. quid si hæc quasi trita negem? quid si illas abducam à monte? Me iuuat Ptolemæus in Musicâ non in monte Helicone, sed ab Helicone alio deducens Heliconides; organum enim Musicum est Helicon appellatum nouem chordas continens, tres scilicet epitritri, tres diapente, tres uerò diaplasij, quibus nomen Musarum inditum. Nouenarius enim numerus (vt auctor est Hesiodus) Musarum dies est Heliconiadum. Quapropter qui ab Helicone monte dictas autumat, longè fallitur: postea enim uero-similius ab illis monti nomen et omen fuisse delapsum; Cum Otus et Ophialtes primi Musarum in Helicone cultores tribus illis Meleti, Mnemei, et Aædrei rem diuinam sacrum compellantes montes obiierunt: quas in nouem postea Pierius extendit Macedo, licèt Thraces Helicona, Pieriam, libetrum ac Pimpliam Musis consecrasse suspicatur Strabo. Sed nouem numero sunt, teste Phornuto, [quòd quos in suorum numerum coaptarint, triangulares, vt dicit quidam, reddant. talis enim est nouenarius numerus, generationem quamdam suâ naturâ innuens, ac videtur à perfectione primi numeri particeps esse.] et Ausonius in Ternario

: Tris solas quondam tenuit quas dextera Phœbi;
: Sed Citheron totiens ternas ex ære sacrauit
: religione Patrum, qui sex præmisse timebant.

Sic legit Scalig. Lilius Girald. pro secundo uersu

: Sed Sicyon totidem ternas ex æ. s.

reponit. Vter melius nescio; illud scio, illum contra carminis legem pro Cithæron, Citheron, et contra Pausaniæ auctoritatem, qui in Tespijs, non in Citherone id accidisse testatur, reposuisse. Hunc absq; Vllius auctoritate Sicyon inseruisse, et totidem pro totiens sine sensu corrupisse. Varro declararat, et vbi adhuc ignoro. D. Augustinus illum laudat, sed ipsi etiam memoriâ excidit. eius sunt uerba, [non audiendi sunt errores gentilium superstitionum, qui nouem Musas Iouis et Memoriæ filias esse finxerunt; refellit eos Varro, quo nescio vtrum apud eos quisquam talium rerum doctior uel curiosior esse possit. dicit enim ciuitatem nescio quam (neq; enim recordor nomen) locasse apud tres artifices terna simulacra Musarum, quæ in templo Apollinis dono ponerentur, vt quisquis artificum pulcriora formasset, ab illo

Pausan. in Bœotic.

IX. Geograf.

1. Auson. Lect. cap. XVIII.

Syntagm. de Musis.

Lib. de Musica

potissi-

potissimum electa emeret; itaq; contigisse vt opera sua quoq; illi artifices æquè pulcra explicarent, et placuisse ciuitati omnes nouem, atq; omnes emptas esse, vt in Apollinis templo dicarentur. &c] Vnde conlego uel ipso fortassis Augustini tempore id ignotum fuisse, nec in Varronianis operibus exstare: quæ quidem obliuionis Augustino caussa proculdubio fuit. Addo, vt Ausonium aliquantisper inlustrem, intertio uersu, in vulgatis codicibus legi

— qui sex perijsse timebant;

in veteri lib. vt ait Scalig.

— qui sex præbuisse t.

mendosè, vt adparet; vnde ille

— qui sex premisse t.

ego aliter lego, et nescio an meliori sensu ex omnibus lectionibus coagmentato

— qui sex præmisse tenebant,

hoc est, qui acceperant sex tribus adiunctas ueteri religione. Ceterùm opinationem nostram confirmat, vt ad Heliconidas redeam, Hesiodus, qui in Θεογονια, de Ioue et Mnemosyne agens, inquit

Ἐξήραι Μοῦσαι χρυσάμπυκες ἰξεεγρύοντο
Ἐννέα τῆσιν ἅδον θαλίαι καὶ τέρψις ἀοιδῆς

: ex quâ Musæ aurea mitra reuinctæ natæ sunt
: nouem, quibus placent conuiuia, et delectatio cantus;

en τέρψις ἀοιδῆς, quibus conuenit illud Augustini, [quia facile erat animaduertere omnem sonum, qui materies cantilenarum est, triformem esse naturâ, aut enim editur uoce, sicut est eorum qui faucibus sine instrumẽto canunt; aut flatu, sicut tubarum et tibiarum; aut pulsu, sicut in citharis et tympanis et quibusdam alijs, quæ percutiendo sonora sunt.] Cui consentiunt Diodorus Siculus, Plutarchus, Censorinus, alij, qui Musicæ harmoniæ Musas adaptant. Vnde Heliconis instrumenti nomen illis inditum facile adducor, vt credam. Alij malunt aliam originem; vt mons hic ab Helicone, Vt à Cithærone Cithæron (quem à citharâ male Lactantius deductum probat) fratribus acerrimè decertantibus, in montesq; conuersis dictus sit. Doctiorum iudicij esto. Ille autem in Bæotiâ Parnasso æmulus (sicut Ptolemæus in Asiâ illum conlocat, ~~sed im-~~ ~~mensis~~) mons, vt Parnassus, etiam niualis et excelsus (teste Strabone),

ad

de Musar. numero, et varijs veterum opinionibus latè Arnob. III. Cont. Gent. ad fin.

lib. de Music.

lib. de Is. et Osir.
lib. Symposiac.
De Nat. dic.
1. diu. inst. XXII.

VIII. Geog.

lib. IX.

ad quem montes Onij protendunt, et Crissæus sinus subpositus est: ab ipso Permessus et Holmæus, præter alios, fluuij deriuantur; Tespijs etiam ad Austrum proximus, Phocidi adfinis ad Aquilonem, et ad partem dextram Ascræ coniunctus: Plinius Musis natale adsignari adfirmat, vnde virgineum à Nasone adpellari crediderim: Sic Hesiodus initio Theog.

lib. IV. cap. VII.
I. Metamorp.

Μουσαων ἑλικωνιάδων αρχώμ' ἀειδειν.
Αἱ θ' Ελικωνος ἔχρισιν ὄρος μεγατε ζαθεον
Καὶ τε περὶ κρηνὴν ἰοειδέα πόσ' ἀπαλοῖσιν
Ορχεῦνται, καὶ βωμὸν ἐριθηνεος Κρονίωνος
Καὶ τε λοεσαμενοι τέρενα χρόα Πεμηνοιοῦ,
Ἡ ἱπποῦ κρήνης, ἡ Ὀλμεῖου ζαθείοιο,
Ἀκροτάτῳ Ελικῶνι χοροὶς ἐνεποιήσαντο.

= Musas Heliconiadas incipiamus canere,
= quæ Heliconis habitant montem magnumq; diuinumq;
= et circa fontem nigrum pedibus teneris
= saltant, aramq; præpotentis Saturnij,
= atq; ablutæ tenero corpore in Permesso,
= aut in Hippocrene, aut in Olmio Sacro,
= summo in Helicone choreas duxerunt.

X. Æneid.
IV. Fastor.

Virgilius = pandite nunc Helicona Deæ —
Ouidius = pandite mandati memores Heliconis alumnæ,

I. epig. XLIV.
VI. Fastor.
in Beotic.
lib. IV. hist.

Sic Horatius, Martialis, alij plura apud Ouidium, Pausaniam, Ammianum.

Petro

PETRO DE VALENTIA I.C.
Historiographo Regio.

Martialem lubens meritò defendo; pristinæ lectioni restituo, nothâ explosâ, et obiter uerâ explano: Culex quo tempore à Virgilio decantatus? Scaliger non ualde in hanc rem probatus. BATPAXOMYOMAXIA an Homeri? Statius putat, sed temerè.

SCHED. III.

Lubens, inquam, meritoq; quem defendo, adte, Regie Historiographe, en defero: vt vtriusq; tam patroni, quàm clientis
= assertor venias, satisq; præstes;
cuius eccilla iudica, quæ
= Protinus Italiam concepit, et arma virumq;
= qui modò uix CVlicem fleuerat ore rudi.
ait de Marone Martialis lib viij. epig. LVI. ex cuius testimonio probari posse euidentissimè puto CVLICEM à Virgilio puero decantatum, ante Bucolica nimirùm, Georgica, et Æneiden; vt ex Focâ Grammatico, Seruio Honorato, et alijs in eiusdem vitâ fuit adnotatum: nec uerò à viro, maturoq; (quamuis illo dignum omnium iudicio opus, vt in Culicem probat Scaliger, eiq; ferè adsentiens R.^dus et eruditiss. Matthæus Raderus): Vnius mihi Martialis maior ac grauior auctoritas, quàm cuius cunq; (cuius cuius sit) nondum editi codicis. Scio non semper pœtarum labijs Veritatem auream insidere, multaq; in illis historica pœticè intellegenda; cuiusmodi illud in eodem Martiali
= Sic forsan tener ausus est Catullus
= Magno mittere Passerem Maroni;
cum nondum Magnus Virgilius uel Famâ uel ætate (duodecennis enim erat, et studijs Cremonæ operam dabat) cum Catullus è vitâ (vt probat Crinitus) migraret; et id genus plurima, quæ recensere laboris et scribenti et legenti non parum. At cum in hoc stricto carminis circo Martialis Æneidos tantùm meminerit, Eclogas et Georgica non ablegit; in illâ maiori ac famosiori sui operis parte has includendas doctus Hispanus voluit; Quin et Papinius in epistolâ ad stellam lib. 1. Siluar. præfixâ. [sed et Culicem legimus.

Mart. epig. LIII. lib. 1.

* Suetonij in vita Lucani nondum edita, vt ait Scal. fil.

et

et Batrachomyomachiam etiam agnoscimus; nec quisquam est inlustrium poëtarum, qui non aliquid operibus suis stilo remissiore præluserit. et si nescio an hæc omnia Statij uerba ad Veritatis normam adeò exacta, vt nec censuram possint pati: illud de ΒΑΤΡΑΧΟΜΥΟΜΑΧΙΑ aurem vellit; et an Homeri redoleat ΛΗΘΕΥΔΕΣ planè non ambigo, sed nego. Dicerent profectò, si Homeri esset, Herodotus, carminum opuscula ei adtribuit in eius vitâ; quæ ego hymnos interpretor, quorum testimonijs sæpe Pausanias vtitur; et Plutarchus, qui Iliadem tantùm et Odysseam illi adscribit; itaq; cum multa indigna Homero in illo opusculo animaduerterim et nihil aliud præter nominum propriorum fictam satis adpositè compositionem, quod mereatur Laudem, uel Homero Sellio Grammatico, qui hymnos scripsit, et Lusus vario carminum genere, et solutâ oratione de personis comicis, et argumenta Comœdiarum Menandri cum Domitio Calderino; vel Tigreto aut Pigreto cum Henr. Stephano, qui in exemplar incidit, vbi alij pœmatium hoc adscriptum erat, hocq; nomine inscriptum, lubet adtribuere, donec clariùs de eius auctore alijs constet.

Epist. ad Aug. Mass. in Stat.

Lib. VI. Sched. Var. Sch. XXII.

Ad Papinium iterum, qui ad Culicem lib. II. Siluar. in Genethliaco Lucani

= Hæc primo iuuenis canis sub æuo
= ante annos Culicis Maroniani;

Hinc progredior ad eiusdem Martialis Lemma CLXXXV. ex Apophoret. lib. XIV. in Virgilij Culicem

= Accipe facundi Culicem studiose Maronis
= ne nugis positis arma virumq; *legas.

*at conj.

Sic legendum censeo, non Marcilium, non eius adsertorem R. Raderum VV. CL. sequutus; quorum primus ita legit, et emendat

= nei nugis positis arma virumq; legas

in Comm. ad Pers. sat. I.

hoc est, nisi Legis Æneiden, accipe Culicem; inconcinna est et exigui, aut nullius acuminis interpretatio: Malo hanc antiquorum codicum seruatâ religione. Accipe Maronis Culicem, ne si illo caueris, Æneiden, aliaq; id genus grauia hoc Saturnaliium tempore cogaris legere; violatâq; huiusce temporis consuetudine, quæ nihil

grauis

grauitatis admittit, nugas hisce diebus concessas ac planè proprias ponas, defraudes, uioles. in *alijs huius carminis fulcris à Th. Marcilio dispositis placet ipsius Coniectura (vt omnia tanti viri, quæ uidimus) in hac displicet. Tibi non ego, magni Ariæ Montani auditor, uellem vnquam.

addo, et nihil adstruere Martialis Lemma CLXXXIII. eiusdem lib. XIV, Homeri Batrachomyomachia:

= Perlege Mæonio Cantatas carmine ranas
= Et frontem nugis soluere disce meis

Nam primo uersu non Batrachomyomachiam scriptam ab Homero, sed heroicis uersibus quibus vsus Homerus, et quorum princeps ipse, vnde Mæonio siue Homerico carmine pro heroico; si vero Homeri Martialis esse existimauit errore tantùm vulgari deceptus ipse est, vt et Statius: secundus versiculus nostræ sententiæ omnino et confirmator et adstructor est.

* Mart. lib. VIII. epig. XI. [nullum Roma ducem, non te sic, Cæsar, amauit.] vbi repon[illegible] [nei]. hoc est, n[illegible] [illegible] in Virg. Æneid. III. [nei t[illegible] neant cursus]. pro ne.

R. PETRO DE HOJEDA. S. I.
VEL.

B. Thyrsum nec Toletanum, nec Hispanum, Sed Græcum esse.
B. Liberatam Seguntinam: Vtriusq; historia enucleata.

SCHED. IV.

Ante annos aliquot Toleti Xenodochium vulgò regium solo antiquo moueri, in aliudq; commodius transferri, ac templi maximi pomeriũ in ecclesiasticos vsus vlteriùs extendi Ecclesiæ ac vrbis Curatores non exiguo vtriusq; emolumento iusserunt. Res eò annis labentibus

vti

An. M.D.XCV.

vtilitate communi fauente processit, vt vtraq; moles pœnè ad exitum perducta iam fuerit: sed in ipsis fabricæ initijs quòd in eiuscemodi ruinis fieri aliàs consueuit, hîc euenit: inter diruta fundamentorũ rudera, ædificij haud vulgaris pars aliud curantibus comparuit, quod quidem templi seu quadratæ domus faciem ex priscæ symmetriæ ritu præ se ferre Architecturæ peritiores facile iudicarunt: sed cum [hominum genus auidũm nimis auricularum] semper audierit, hîc præcipuè; nam multis hinc occasio nata est sua venditandi nugamẽta: inter ceteros fuit qui et templum constanter adseueraret aliquando ibi fuisse, et B. Tyrso Martyri dicatum, ac si ipsi dedicationi interfuisset, inhæsitanter demonstraret: accessit huic stabiliendæ viri in historiâ non exigui, vt putabant, nominis coniectura ossium frustim cæsorum cumulus, ac lapidum adfabrè exstructorum, ac quadratorum ordo repertus, quibus locus ille templorum vsibus deseruire facile indicabatur. Rem auxêre postremò litteræ, quibus extima aqualis ministerio sanguinis, vt fiebat olim, apti pars, notarum more, præsignabatur. Coronæ stellulis in apicem distinctæ subiacebant C.S. inter cetera exinde effosa. Hæc tot machinarum materies, hæc vna tot fabellarum exordia, quæ quanto secioris auctoritatis plus habere sunt visa, tanto plures habuere fautores. Nec proterua templi et dedicationis adseueratio satis ijs, qui bellè nouitatibus inhiant: alió vecordia cessit, et Tyrsum constantissimum Fidei nostræ testem è media Græciâ Toletum nasciturum adduxit: mirùm! Sed vt hæc discutiamus simul et illud discutiendum est an templum vnquam D. Thyrso dicatum Toleti fuerit, à quo, quo in loco. Fuisse aliquando, à Cixila, siue Cixiliano (vt in vetustis codicibus est) Toletanæ sedis Antistite hymnus D. Thyrso sacer e Gotthorum siue Muzarabum officio docet ijs verbis

: Templum in hoc, Domine, Cixila condidit
: Dignam hîc habeat sortem; in æthera
: cum summis ciuibus cantica præcinat,
: gaudens perpetuis seculis omnibus:

Quis verò Cixila ille, an è plebe aliquis? nullomodo; negenim

Sacro

sacro hymno seculare aliquod et quasi profanum nomen inseretur: nec simile in ceteris hymnis exemplum. Quirici Ecclesiæ eiusdem præsulis nomen in S. Eulaliæ hymno,

: Inter hæc amictus ipse conquirerat et Quiricus
: qui tui locum sepulcri, regulis monasticis
: ad honorem consecrauit sempiterni numinis.

Simile heic in Cixila Toletano illo ipso duræ inter Arabas seruitis tempore Archiepiscopo: vt a illa liberarentur. Sic Hymnus ipse

- Te Martyr lacrimis vernule poscimus;
- perte Omnipotens conditor, ocius
- durum, quo premimur, hoc iugum auferat;
- et lætos faciat secla per omnia.

bene, quia celeberrimum apud Græcos Latinosq3 B. Thyrsi martyrium, et nostris præcipuè hominibus in cultu, vnde Alphonsus Rex, cognomento Castus exemplo Iustiniani imperatoris, apud Procopium lib. 1. de ædif. Iustin. et Cæsarij V. C. apud Sozomenum hist. lib. ix. cap. 11. Ouetensi templo Patronum B. Thyrsum dedit; quem alij secuti aliquot templorum partes Thyrso dicarunt, vt videre Legione, Salmanticæ, Sarabri, aliisq3 siue vrbibus siue oppidis per Hispaniam est: adde, ab Vrbano inter ceteras sanctorum reliquias, Thyrsi etiam Ouetum Toleto diræ tyrannidis metu translatas, vt ex ipsarum pittacijs vel hodie in Ouetani Templi Ceimelijs constat: et fortasse idem, qui in Carpetanis [sanctotis] vulgo, corrupto nomine, in Nauarrorum tractu Pompeiopoli [sancerni] siue [san Saderni] pro S. Saturnino: sed illius templa non in vrbe; quæ si respexisset Cixila, nullius difficultatis apex relinqueretur: sed esto, in vrbe! vbinam? fateor me ignorare. ibine vbi antiquitatis illa destructa rudereta? non credam. Quis enim miseris illis seruitutis diræ temporibus tantos nostris animos inesse crediderit, vt iuxtà ipsam Arabum infidorum regiam, et oppletas idolis

domos

domos templum Christiano cultu exstructum, et Deo O. M
sacrum exædificarent? Nec mirum si ignoretur. Quænam,
amabo, certa templi illius Cosmæ et Damiano Sacri et
Monasterij Agaliensis magni, cuius Abbas Ildephonsus noster,
uestigia adparent? cum vrq3 ad tempora Ioannis Toletani
Archiepiscopi post restitutam Christianis vrbem III. durasse
constet ex donatione ab hoc Præsule Canonicis extra vrbem
regularibus S. Leocadiæ factâ anno Christiano ∞CLXIII.
quæ in fidis Ecclesiæ Toletanæ armarijs vel hodie exstat. Quid?
ipsâ etiam B. Ildephonsi ætate S. Leocadiæ nostratis sepul-
crum latebat, donec ipsa Conciui suo Ildephonso ac populo To-
letano se demonstrauit. Quid igitur mirum si Latericia illa
templi S. Thyrsi, vt medios inter Christiani nominis hostes,
et ab inopibus Christianis congesta, materies facile tunc rue-
ret, facile nunc lateat?

Verùm vestigia illa rerum diuersarum inter diruta monumenta,
reperta indicio fortassis erunt. Nunquam. Nam lapides illi
quadrati exigui numero et sic conculcantium pedibus excauati,
vt templo deseruire vlli, nedum isti, quod exiguo temporis spatio
exstitit, vllo modo possent, potiùs argumento multis sunt, vt
illa loca, quæ iuxta regiam Maurorum erant, balneis,
vt illis moris est, aspta essent, siue quod ex ipsis ruinarum
vestigijs adparet, et mihi probabilius est, monetæ cudendæ
forent adcommodata, metallisq3 sustentandis excauati
siue adtenuati illi lapides. Adde et ossium illas reliquias
nihili ad templi istius confirmationem efficere: cum potuerint
esse e ruinis maximi illius templi, quod tunc Maurorum
regia; quodq3 Gotthorum tempore aliam a Ferdinandi
regis cognomento Sancti, et Roderici Toletani Antistitis
fundatione formam habuisse certum est: vel è cemiterio,
vbi præcipuus olim sepulcrorum vsus. Sed quid aqualiculi

ærei cooperculum S.C. litteris prænotatum? nihil cum
vnius tantùm nominis notæ illæ non dudùm, Vt Chin=
dasuindus, Carolus &c. nec formam litterarum illius tem=
pestatis præseferunt: et si prætulissent, ministerio San=
guinis non esset aqualis ille aptus, præsertim cum tem=
pore Pij Pontificis Maximi, hoc est circa annum DLIII ritu
hunc in vtraq; specie communicandi cessasse adfirmet vir
doctus Thomas Vvaldensis: Vario tamen in prouincijs mul=
tis vsu. sic ex epist. II. Cypriani, sic ex verbis Ambrosij ad Theo=
dosium in hist. tripart. lib. IX. cap. xxx. sic ex sermone D.
Leonis. I. ex Quadragesimalibus. III. diuersis licèt ex caussis:
sed in Hispania nunquam, præsertim illo seruitutis tempore,
et annis, quibus præfuit Cixila, DCCLXX, quin nec regis
donum æreus aqualis, nec ministerio illi decens: fistulæ
enim aureæ vel argenteæ in hanc rem vsus. nec sacramentorũ
fortassis administratio in illo templo, quod cultui in B. Thyr=
sum magis quàm vsui exstruebatur, cum ex illi paræciæ,
quæ Mularabes vocabantur, destinatæ adsignataq; essent.
Quid igitur de epistola Silonis Regis ad Cixilanem?
meræ nugæ: quæ cum nullibi ~~extant~~ exstet,

Luget vt amissam, nescit vitane fruatur,
an sit apud manes, sed quam non inuenit vnquã

ESSE PVTAT NVSQVAM —

cum Nasone dicat quisquis bene senserit. Nam figmentum
illud putidum et viro docto indignum, de quo egonec ver=
bo. Pergo et B. Thyrsum suis Ciuibus post liminij iure reddo:
fragilis enim illa templi apud Toletanos exstructi ratio,
vt Toletanus sit; posset et eadem ratione Oueten sis,
Salmantinus et Legionen sis meritò vocitari. sed aiunt
Hymni ipsi Thyrso dicati uerbis Toletanum dici. mirum!
sed quæ illa? illa

: Tè, Martyr, lacrimis vernule porcimus:

en heîc signatè [Thyrsus vernulus] à Toletanis quasi conuernis

de Sac. cap. XC. XCI.

* Sect. IV. dist. XII. q. I. art. XII.
Palac. in IV. dist. XII. disp. V.
Bellarm. de Comm. Laic. lib. IV. cap. XXIV. §. V.
Enrig. II. tom. lib. VIII. cap. XLIV.
Cassb. vers. Enchar. error. XII.

*de Scripturâ ambigit Adamant. Martyrius in Orthograp. apud Cassiodor. Vid. P. Pithoeum Adu. Subs. lib. 1. cap. VI.

Amphit. Act. 1. Sc. 1.

lib. III. Cap. IV.

Suis dicitur. ô Achillæum telum! Verùm quid [*verna] Latinis sonet, videndum. Festo [vernæ qui invillis vere nati, quod tempus ducenaturæ fœturæ est, &] et Paullo eius compilatori [vernæ appellantur ex ancillis ciuium Romanorum vere nati.] Cornuto veteri Persij interpreti ad illud Sat. IV.

= Cum bene discincto cantauerit ocima verna.

[vernæ dicuntur vel qui Romæ nati sunt, aut seruidomi nati.] sic Mercurius mentitus Sosiam de ipso Sosia seruo

— hic qui verna natus est, queritur:

vt uilitatem seruitutis denotaret; et Valerius Maximus [vernam natum huic vrbi regem dando] sic Nonius etymologiæ Festi adhærens [vernas veteres appellabant qui vere sacro fuerant nati, et habebatur nomen hoc pro euitabili maledicto.] nam verè Seruus domi nostræ natus ex ancilla nostra aut seruo; probant L. seruus, §. fin. de leg. III. L. cum super vernis. C. de rei vend. Paull. in L. seruis vrbanis: nam pro seruo absolutè atq; etiam pro liberto accipitur L. xv. D. de aur. et arg. leg. et in inscriptione antiqua FORTVNATVS AVGVSTI LIBERTVS VERNA. vel seruus publicus, vt apud Suidam et Cedrenum; et verna pro scurra apud Martialem, et [Vernile dictum] Tacito lib. XIX. quid plura? uocenè dehonestamenti compellari honoris caussâ a Christianis B. Thyrsus deberet? nunquam: et qui libertatem Thyrsi intercedentibus meritis à Deo precabantur, seruum aduocatum ipsum dicerent? nequaquam. Sic de se ipsa plebs in hymno Gotthico Confessoris Pontificis.

= Præsul insignis, meritisq; clarè,
= Te sacra cleri, populiq; turba
= Corde postrato, pietate poscit
= Vernula patrem.

Sed Gotthorum temporibus lingua latina notiones latiùs sunt peruagata; sic vernularum vox latioris et significationis apud eosdem. In hymno B. Iacobi Apostoli Hispaniarum Patroni

XXV. Julij

= O verè digne, sanctior Apostole,
= caput refulgens Hispaniæ,
= Tutorq; nobis, et patronus Vernulus,

hoc est, quasi noster, et præcipue honore à nobis cultus: sic in Hymno nostræ Seocadiæ sacro

= Tu nostra ciuis inclyta
= Tu es patrona Vernula.

en ciuem, en Patronam, sed vernulam, hocest, quasi nostram, et nobis addictam obnoxiamq;. Sed Pergo, et Beatissimum Martyrem Thyrsum Apolloniæ reddo: de quo Romanum Martyrologium [Apol= lonia S.S. Martyrum Thyrsi, Leuci, et Callinici, qui tempore De= cij imperatoris variis tormentorum generibus cruciati, primus et vltimus abscissione capitis, medius celesti uoce euocatus spiritum reddens, martyrium consummârunt.] eadem in Menologio Græco= rum, sed non eodem die. Martyrium Latè scripsit Metaphrastes, à quo Surius tom. VI. Lippomanus tom. V. Ego hymnum è Got= thorum officio heîc dabo in eorum gratiam, quîs rarum illud inuentu est, præsertim cum antiqua hæc nostrorum procerum sacrata monumenta pijs omnibus venerationem exhibeat cum antiquitate coniunctam. en.

XVIII. Ian.

XIV. Dec.

Exulta nimium turba fidelium
Solenni hodie Martyris inclyti
est festum, modula carmina fortiter
in laudem Domini atq; potentiam.
Cœlestis patria gaudia cogitat
THYRSVS, vir, pepulit omnia seculi
Sanctus, quibus minimè crederet
in Deum afflatus subito flamine sancto est.
Sæuum conspiciens Iudicem increpat,
cur sanctos Domini (inquit) atrociter,
pœnis discrucias vàlde crudelibus?
Infelix, perenni igne cremandus es.
Illico rabidus tempore presserat
Hostis Cumbricius, membra colentium
In terra Dominum, multa peremptа sunt
Sanctorum nitida millia Martyrum.
Sanctus pro Domino Leucius nititur
electam animam tradere promptior,
diuersa genera pertulit Innocens,
pœnarum, cupiens præmia Cœlica.

Athleta

Athleta pedibus impiger ambulans
Thyrsus, regem vbi reperit impium,
apprehendens tenuit, admonet, et docet,
iam falsa vt colere desinat Idola.
Tunc læto simulans ore loquutus est,
Te Thyrse cupio consilio meo
Assensum tribuens, sacrifices dijs,
vt magnas accipias copias munerum.
Sanctus, perspicuum est, ait, impie
quod totus habitet ille nequissimus.
Inte nunc coluber prauus et Inuidus,
Cum tali pereas principe horrido.
Lustrum perniciter adfore præcipit,
plenum lympha, caput martyris suffocat;
corpus quod superest, fustibus cedere
nodosis acrius pestifer imperat.
Sed seruus Domini voce pijssima,
de vase miserum iudicem increpat:
Agnosce Dominum, lubrice, et inuide,
cum cernis opera magna et inclyta.
Turris construitur altus, et eminens,
pergyrum gladijs fixis in ordine,
almus fastigio positus, decidens,
ense susciperet membra fidelia.
Magnus tu Domine es, prædijs omnibus,
multum mirificus inte credentibus,
prauis muscipulas is; Sanctus in Æthera
Christi glorificat omnipotentiam.
Victus non valuit insatiabilis,
Scuus, terribilis, sed noua cogitat
tormenta, sitiens vincere martyrem,
Sed Sanctus Dominus conterruit malum.
Ne Thyrse timeas, sic ait Angelus,
Directus ego sum a Domino Deo,
Ate vt supplicia auferam omnia,
Hostem qz poteris vincere pessimum.

Exaudi domine, cogitat impius
Inferre onera, vincula omnia,
Feruentem oleum, plumbum, et vngulas,
vt Sanctum superet Martyrem, et nec-
Cernens proficere nil, suis viribus,
Sanctum precipitem in mare precipit
Iactari: videant ne oculi hominum,
Terdena stadia a littore longius.
Quam mira, domine, sunt opera tua!
adducunt manibus Angeli martyrem,
et dulci resonant carmine canticum:
Iudex non meruit cernere Angelum.
Debemus penitus facta retexere,
que sanctis meritis reddiderit bona,
tribus Iudicibus culpa labentibus,
quos terra repulit mortuos sepius.
exorant populi Martyrem; inquiunt,
oramus Domine, precipe protinus
terra vt suscipiat corpora Iudicum
que escam dent putridam vermibus, funditus.
Clementer lachrimans oraculum accipit,
designans locum vbi corpora condier
deberent; veniam precamur
Martyr: nos humiles credimus in Deum.
Letentur omnium corda, volentium
celestis patrie querere gaudia,
et parui faciunt vlla nocentia,
que venti a facie, vt stipula pericolant.
Te, martyr, lacrimis vernule poscimus,
perte omnipotens conditor ocyus,
durum, quo premimur, hoc iugum auferat,
et letos faciat secla per omnia.
Iam, summe Domine, respue saucium,
Delictis populum; dele chirographum;
et nostrum gemitum cerne propitius;
Dans nobis auxilium tempore congruo.

De

Defunctis requiem omnibus optime,
concedens tempora prospera, tribue
victum pauperibus, subsidium viduis,
omnes accipiant, quod pie postulant.
Templum hoc, domine, Cixila condidit,
Dignam hic habeat sortem: in Æthera
cum summis ciuibus cantica pręcinat,
Gaudens perpetuis sæculis omnibus.
Te nostra iubilet gloria perpetim,
Qui solus dominus trinus et vnus
Es, iugi imperio sęcula continens,
et cuncta dominans, omnibus imperans.
Pręsta ingenite per vnigenitum.
Regnas qui perpetim, cum sancto Spiritu,
Olympum continens, iugi iudicio,
sustentans aridam iugi imperio. Amen.

Sed quando de B. Thyrso, quem ex Hispania reducem Apollonia sibi fide bona vendicat, mentio facta est, ac ex verioris historiæ notitiâ curiosam Nouatorum audaciam vepressimus; simile quid in B. Liberatæ, cuius corpus insignis structura sepulcro in Segutina Ecclesia colitur, historia uidere est: quam Petrus quidem Salazarius Numantinus euulgauit Compluti Anno M.D. XXXVI. præfatione bene longa ad D. Rodericum de Miranda Decanum ac totius Senatus Seguntini Proceres præfixa, cuius hæc verba [quod ego munusculum appellem aureum planè ac diuinum opus, vestro nomini adscriptum et consecratum S.ma Liberatæ Virginis et Martyris vitam et mortem ex Archetypo fidelissimè transcriptam et pertypographum accurate formis excussam, &c.] Quam cum legissem, miratus sum viros impensè doctos non adhuc quid veri, quidue falsi contineret, animaduertisse. Statimq; iudicium de opusculo, illiusq; auctore in hæc verba protuli. De vtroq; sic, pace cuiusq; censendum statuo. Petrum hunc Salazarium tam elegantem quàm diligentem sese ostendisse. Epistola namq; vitæ passionisq; B. Liberatæ

præfixa.

prafixa illum vtriusq3 sermonis (Graium ac Latium intelligo) haud indicat inexpertem, sed antiquorum tamen monumentorum obseruationis impense rudem: cum enim eiuscemodi antiquitates in dias (vt ait ille) luminis auras ex abstruso vetustatis venerandæ penu tandem eruuntur, operæpretium se facturum quisquis illas eruit, optimè arbitratur, si per eum ipsarũ fides indubia constiterit. Magnæ in rebus antiquis tenebræ; ex ijs, vt è nocte grassatoribus, novatoribus ac (vt vocat Plautus) nugiuendulis audacia sæpius nata; quâ (cum Flacco) ex fumo dare lucem igne dignissimi, quia fumos venditant, audacter opinantur. Crebræ illæ et non citra ictum ac famæ iactum inter Baronium et Loaisam illustriss. W. de Toletanis Compostellanisq3 papyraceis teenis digladiationes exemplo possunt esse luculentissimo; quas qui probè norit, lyncæus fiat oportet. itaq3 nec antiquitatem redolere has schedas liberè et verè pronuntio, potius fabellæ male cohærentis speciem referre facile sibi quicunq3 antiquiores fuerit expertus, persuadebit. Nollem prafationem hanc Vitæ accessioni ei similliмæ ita præponi, vt non difficulter quis Vtrumq3 parietem vnâ eademq3 fideliâ dealbatum credat; atq3 Salazarium vtriusq3 actus (vt in Comœdijs adsolet) curionem esse. hoc meum sine alterius præiudicio iudicium.

Nec mirum, cum multis nec contemnendis rationibus in hanc agitarer sententiam. I. ipsius rei gesta inaudita ac pænè incredibilis enarratio, quæ vt veritatem adstrueret, bono veritatis ipsius inconcusse fundamini deberet inniti. II. similitudo ipsa fabellæ, cuius initium Apuleiano illi in fabella Psychis quam simillimum [erant in quadam ciuitate Rex et Regina, hi tres numero filias formâ conspicuas habuêre &c]. Nostris anubus satis familiare, vt *alibi ridens noto. ipsissima Salazarij verba. III. vbinam Balchagia, vbinam Æstutiana? quis nam Catellius? quænam Calsia? inaudita oppidorum et hominũ nomina. IV. quanam rerum vicissitudine exigui temporis momento Balchagia Ciuitas et Regni Catelliani caput, [quæ olim inter occidentaliũ partium vrbes, populorum frequentia, ac munitionis robore famosissima fuit, postmodum meritis exigentibus ad ea, quæ redacta breuitatem villulæ, mutato nomine sicut et statu Æstutiana est nuncupata]? Eiuscemodi enim vicissitudines non repente, nec vnius regis, cui

* Sched. II. Decad I.

non

non bellum, non aliqua fortunæ infestantis procella ingruit, imperio clauduntur: Temporis illa rerum mutationes sunt, sed tempore ipso, vt fiant, egent. V. [Rex ille nobilitate præclarus, diuitijs opulentus, subditorum multitudine potentissimus, inter finitimos reges nulli secundus] cui vnquam dictus? VI. [accidit autem diuina dispositione vt Calsia regina multiplici sobole fecunda, vno die nouem famulas pareret], præter ipsius naturæ vsum. Nam etsi fœtuum multitudo ex historijs nota, vel ex cœli non fauentis punitione, vel ex enerui Naturæ nimietate id accidisse certum est: præsertim cum eiuscemodi fœtus numerositatem paruitate diminuant, lucis plerunq; inexpertes. Quam aliter in Calsiæ filiabus! VII. Quonam persecutionis Tyrannicæ turbine hæc agitata? Latet adhuc, latuit et Baronium insignem rerum ecclesiasticarum scrutatorem, ante illum Metaphrasten, Lipomanum, Surium, Petrum de Natalibus, Boninum Mombricium, alios, quorum strenua in conquirendis martyrum gestis cura. VIII. cui hæc non suspecta narrationis formula? [fuit Rex Catellius, cuius vxor Calsia nouem filias vno die peperit, præ pudore iussit illas inscio marito occidi. eas obstetrix, cui demandata cædes erat infantium, pietate commota liberauit, aluit, creuêre illæ, et Christianorum, qui in vrbis submœnijs viuebant, relatione Parentes agnouerunt. Persecutionis in Christianum nomen nescio cuius propagata crudelitas est, comprehenduntur iuuenculæ, Parenti suo ipsæ sistuntur diiudicandæ. Fatentur facile et Christianas et Catellij filias esse: miratus pater, et re ex Calsia matre probe ab se cognita, rogat vt falso idolorum cultui veri Dei Venerationem porthabeant. Minis id fit: sed nec minæ proficiunt. Hinc suam quoq; viam instituit. B. Liberata ab ethnicis comprehenditur, martyrio adficitur. Corpus illius Segontiæ adhuc est.] Hæc totius rei gestæ, vt Salazarius edidit, summa: Caudex erit, cui suspecta et fabula similior quàm veritati non erit? Aliqua ex ijs fortasis vera. Fortasis, sed omnia, parum in rebus antiquis cernet, qui sic

iudicat

iudicet. liberiora enim in antiquioribus ingenia nouantium sunt. sed esto, verus Legitimusq; et ex natura ipsa partus ille fuit, et ex eo felix illa sobolis propago numerosæ. Tantæ obstetrici vires fuerunt, vt nouem sibi quasi adoptaret, aleretq;? Mirum! qui ergo tanto temporis spatio silentio latuit Regis esse filias, cum Christiani scirent, nec ipsæ ignorarent, et omnes intra vnius vrbis mœnia degerent? Mirum! ipsis etiam à Parentibus cognitis euadendi locus quî datus tam facile est, vt nulla de ceteris cognitio haberetur? vel antequam tutè euaderent quî parentum præcordia amor in filias, velodium in idolorum hostes, vt aliter illas exciperent, non pertentauit? Miro mirius! sed ridicularia multa, et sic efficta, vt (quemadmodũ de conscriptis ab hæreticis Martyrum historijs ait sexta Synodus) Dei martyres afficerent ignominia, et qui illas audirent, ad incredulitatem deducerent; vt etiam de Manichæis queritur B. Augustinus contra Adimantum. Postremò stilus historiæ Salazarij phrasim planè redolet, vt ex præfatione non difficile odorari: Auctoris, et ipsius corporis inuentionis primæ ignoratio, meo iudicio, indicio efficacissimo cuiuscumq; suspicionis proculdubio sunt, præsertim cum sat, superq; istarum nouationum mos, nostro malo, increbuerit, vt in nostro Thyrso, pessimo quidem exemplo, uidere est: Colophonem addam, si dixero, in nullo ex antiquis Martyrologijs sororum istarum iunctim mentionem reperiri: in Romano, quem ex antiquioribus et probatioribus sedula Romanæ sedis industria, et doctissimorum hominum vigiliæ selectum dedere, Geniuera, Eumelia, Gemina, Basilia Nuspiam sunt. Victoria Cordubensis est, XVII Nouembris, seu Romana XXIII Decemb. Germana Africana est XIX Januar. Martia Sicula XXI. Julij. Quiteriâ tantùm Hispani gloriamur XXII. Maij. Quid, rogo, discretius? quin et Liberatam Nouocomum in Martyrologio Romano XVIII. Januar. repetit, non Seguntia, sed vtrumq; verum. Comus Liberata Virgine fruitur, Seguntia Virgine et Martyre, vt Notationum in Martyrologium Romanum Lusitanicarum auctor probè obseruat: quæ et

Can. LXIII.

quæ sororum nomina leges apud Bas. Sanctorum XVIII. Jan. F. Thom. Truxillo Thes. conc. tom. II. D. Franc. de Padilla cap. XXVI. cent. IV. hist. Eccl. Hisp.

fol. XXI.

et Vvilgefortis Fl. Dextro ad Annum Christianum CXXXVIII. in Omnimoda historiâ, quam ab mihi amicissimis, inlustr. Dn. Jo. de Figueroa et R. Paullo de Rajas paristudio inlustratam propediem exspectamus, et Julio Archipresbytero Toletano, qui scripsit anno M.C. extatq; in bibliotheca Regia apud S. Hieronymum in Escoriali, Jo. Molano in Martyrol. Vsuardi, et Ambrosio de Morales Regio historiographo, lib. x. cap xviij. inlustr. D. F. Prudentio Sandovalio Episcop. Pompeiopolitano & Episc. Tudens. et hæc illa de qua in Martyrologio Romano tertio decimo Kal. August. [in Lusitania S. Vvilgefortis Virginis et Martyris, quæ pro Christiana fide ac pudicitia decertans in cruce moruit gloriosum obtinere triumphum.] Lusitana igitur Liberata seu Vvilgefortis, non Gallæ, vt concinnis meus Alfons. Villegas, et R. F. Bernardus Brito putant, inuenta a Simeone Episcopo olim Seguntino, et eximia structuræ prastantiâ sepulchro decorata hodie in Seguntina Ecclesia visitur, colitur, et eximiis in res sacras Zelo inlustrissimi Dn. Sanctij de Auila Episcopi Seguntini, [è cuius publica familiariq; doctrinâ, dum Seguntiæ degerem, semper memini me decesisse doctiorem; tam sanctissimus ille præses omnes res et præcipuè Ecclesiasticas adprimè callet!] in dies coletur ardentius.

in SS. Hispan. II. p. lib. V. cap. XVIII. Monarch. Iusit.

Hæc in S.S. Thyrsi et Liberata historijs digna visa sunt, quæ animaduerterentur, et adte V.CI. cui omnium verum et præcipuè Ecclesiasticarum [qui tuus est in Dei cultum genius] notitia contigit felicissimâ, mitteremus; ne diutius hoc malum serperet, cum videam non solùm narrationem illam putidam Salazarij Jo. Marietæ Dominicano, quem nihil moror, nullius enim auctoritatis apud honoratiores scriptores in historia est, imposuisse, sed Viris etiam doctissimis facum quodammodo fecisse. R. Andreas Scottus Seguntius [corpus S. Liberata V. et M. cum VIII. sororibus Martyrium passis esse dit. in quâ etiam hallucinatione inlustriss. Episcopus Seguntinus; Quin et R. Jo. Mariana [Seguntiæ Liberata et Quiteria] sunt: cum Liberatæ solius corpus Seguntiæ sit.

Lib. IV. cap. IV.

tom. I. Cap. V. Bib. Hisp.

Cap. VIII. lib. III. Vens. Relig.

Lib. IV. Hist. Hisp. cap. XIV.

PETRO PAVLLO RVBENIO NOSTRI temporis Timanthi PHILIPPI Fratri

Poetæ veteres multi uel emendati, uel explicati quâ coniecturâ, quâ auctoritate; Bibaculus, Caluus, Catulus, Cinna, Macer, Metius, Atacinus, Pomponius, Ædituus, Furius, Laberius, Augustus, alij. Gramatici, apud quos ipsi, inlustrati. de Vtrisq; disceptatum argutè, nouè animaduersum.

SCHED. V.

Nihil picturam à pöesi distare fateatur necesse est, qui te viderit, mi Rubeni, in vtrâq; principem, cum tantùm in vnâquaq; valeas, vt in eâ videaris magis excellere, quâ cùm maximè vteris. Ab ijs; à Fratre Philippo τῷ μακαρίτῃ

— * ὃς μετὰ ζώντων θ' ὅτ' ἦν,
Ἠκουάριστα, νῦν τε τῶν τεθνηκότων.

— ~~qui cùm viuus optime~~
= ~~olim audiebat, tum vel iam inter mortuos~~,

imò inter eos, qui bonæ Famæ beneficio æternùm viuunt; quiq; mihi ob insignem litterarum cognitionem, et magna Ter-magni Lipsij præconia passim obuia semper carus; à inlustris et magni viri Christop. Vanetten vtriusq; amicissimi familiaritate, qui de tuo ingenio et εὐφυΐα, facetissimôq; ac cultissimo genio præclara prædicat, iam diu te amaui; nunc quasi amoris obsidem, Leuiculam hanc vtriusq; commemorationem inspice.

Auctorum tam Græcorum, quàm Latinorum fragmenta, quæ
— edax abolere uetustas

non adhuc potuit, sæpius perlustro et multorum tantùm quasi desiderium (heu!) relictum miratus, dolensq; tot Heroum curas nebulônum fortassis incuriâ lethes ipsius vndis sat madidas, vt nec uestigia formæ prioris adpareant, ciuicâ dignum coronâ pronuntio quemcunq; disiectam ebullientis (sic dicam) animi partem conseruantem, ne penitus pereat, uiderim: uidit hoc Rob. Stephanus, conatum præstitit; euentum exspectabamus à Henr. f.; neuter est adsecutus; congessit ille, hic digessit fragmenta pöetarum veterum Latinorum, et vulgauit anno M.D.LXIIII. sed eius requisiui non semel

dili=

* qui cum viuus optime olim audiebat, tum vel iam inter mortuos

diligentiam, qui mendosa multa, plura incorrecta inconsulte dedit; ego quâ emendem, quâ coniecter in aliquot bonæ notæ auctoribus, qui apud Grammaticos antiquiores: apud Tranquillum lib. de Claris Grammat. in Valerio Catone, qui ad extremam usq; senectutem vixit in Summâ pauperie ac ferè inopiâ, exstat epigramma hoc M. Furij Bibaculi

: si qui fortè mei domum Catonis
: depictas minio assulas, et illos
: custodes uidet Hortulos Priapi,
: miratur quibus ille disciplinis
: tantam sit sapientiam assecutus,
: quem tres calculi, et selibra farris
: racemi duo tegulâ sub vnâ
: ad summam propè nutriant senectæ

ex edit. H. S.: lego tamen aliter tertium versum hortuli Priapos; sextum colliculi; septimum pergulâ subvnâ; pro hortulos Priapi, calculi, tegula s. v.:

Apud Probum Grammaticum exstat fragmentum C. Licinij Calui ex pœmate lo inscripto,

: mens mea diva sibi prædicens omnia vecors,

emendo omina frequenti apud omnes auctores errato.

Apud Senecam hæc de illo [et carmina quoq; eius quamuis iocosa sint, plena sunt ingentis animi,] dixit de Pompeio

: fasciola qui crura ligat, digito caput vno,
: scalpit, quid credas hunc sibi velle? virum:

ad Senec. ep. LII. sic legit Lipsius: Henr. Steph.

— digito c. v.
: scalpit; quid credas hunc sibi uelle virum?

alij emendant aliter. ego tantùm dispungo sic

— quid? credas hunc sibi velle virum?

mordaci satis sale. Lipsianum illud argutè expunctum, sed nimis Latinum, ac cuiuis obuium; reprehensio namq; ambiguo ex omnium Rhetorum præcepto præcipuè in maiores debet esse, vnde argutior intellegenti. Stephanicum prorsus inconcinnum. Verùm τῷ δακτύλῳ ἀκρῷ τὴν κεφαλὴν κνᾶσθαι, summo digitulo caput scabere mollis et effeminati hominis notam Lucianus exprimit; Iuuenal. Sat. IX. Senec. epist. LII. quod genuino quodam more faciebat Pompeius, vt inquit Ammianus lib. XVII.

C. Catu

C. Catuli epigramma refert Cicero lib. 1. de Nat. Deor. hoc

: Constiteram exorientem auroram forte salutans
: cum subito à læuâ Roscius exoritur
: (pace mihi liceat, cælestes, dicere uestrâ)
: mortalis uisus pulcrior esse deo.

lego exoriente, vt à læuâ respondeat; quod reperiri in m. s. scio, et notat Steph. et parenthesi claudo tertium uersum, vt secundi sententiâ quarto continuetur. huic simile epigramma alterum ex tribus Asinij Corn. Galli cum elegiâ ab Scaligero filio in Opusculis datis, sine titulo,

: occurris cum mane mihi, ni purior ipsa
: luce nouâ exoreris, lux mea, dispeream,
: quod si nocte uenis, iam uero ignoscite diui,
: talis ab occiduis Hesperus exit aquis.

quod non bellè cohærere ait Scaliger: ego quominus cohæreat non prorsus uideo.

In Agellij. ix. noct. Attic. cap. xii. est uersiculus C. Heluij Cinnæ in poëmatis

: somniculosam vt Panus aspidem Psyllus,

ex quo semihendecasyllabi partes sic constituo

— somniculosam vt Panus aspidem
÷ Psyllus —

uel vocem hinc inde retraho

: Psyllus somniculosam vt Panus aspidem,

vt cum vocali initio sequentis carminis, quodquod illud fuit, coniungeretur extremitas huius, vt in Virgil. i Georg.

: et dulcis musti Vulcano decoquit humorem
: et foliis undam tepidi despumat aheni.

Apud Sosipatrum in dictione Ibes tria sunt fragmenta Æmilij Macri, sed ἀδιαφ operis nomine

— tum sacræ ueniunt cultoribus ibes;
— altis ex vrbibus ibes
: auxilium sacræ ueniunt cultoribus ibes

puto duo tantum debere esse, et ex vltimo primum conflatum, facile enim potuit, en uestigia

— um s. v. c. ibes.

Apud Agellium xx. cap. ix. Cn. Matij

: sinuq amicam recipere frigidam calido
: columbatamq Labra inferens labris,

columbatim, etiamsi; vt figmentum verborum novum, quo Antonius Julianus delectabatur maximè, citat;

Apud Senecam lib. Controu. IV. ex Varrone Atacino, ex quo Virgil.

: desierant latrare canes, vrbesq; silebant
: omnia noctis erant placidâ composta quiete,

tacitâ legitur: non male, etiam si aliter uideatur Seneca explicuisse illis [nulla placida quies est, nisi quam ratio composuit.] sic et illud etiam mecum explicat quod aduersus Ouidium, qui

: omnia noctis erant —

uolebat legi tantum: [quid prodest totius regionis silentium, si affectus fremant?]

Charisius [humile de homine aliquo, vt Pomponius Secundus in Cænâ ex humile rege, humili, ablatiuo; si res est,] inquit; Henr. Steph. auguratur fortasse hoc opus fuisse inscriptum Cæna, et descriptionem continere cænæ illius, cuius Plinius lib. XIV. meminit, [in Caij Cæsaris Germanici filij principatu, annis CLX singulis vncias vini constitisse nobili exemplo docuimus, referentes vitam Pomponij Secundi vatis, cænamq; quam Principi ille dedit, cum de uino ageret opimiano,] acutè. sed maioris diligentiæ uirum Plinium credo, qui nequaquam, si ita esset, rem tam memoriâ dignam tacitam præterijsset: Vnde subijt animum emendandi conatus sic apud Charisium in Scenâ: Nam cum Publius Pomponius iste tragediarum scriptor fuerit, non mirum si eius ita fragmenta citentur; vt apud Terentianum Maurum fragmentum alterum [ex choro Tragœdiæ Pomponij:] quod an istius sit non opus ambigere, cum non esse potuerit alterius, cui prænomen. L. quem Atellanarum poëtam vocat Agell. XII. cap. X. Noct. Attic. eorumdem Cap. XIX. lib. IX. versus sunt Valerij Aditui, [quibus mundius, venustius, limatius, pressius, Græcam Latinumue nihil quicquam reperiri puto;]

: dicere quum conor curam tibi, Pamphila, cordis
: quid mî abste quæram? uerba labris abeunt;
: per pectus miserum manat subitò mihi sudor
: si tacitus, subidus: duplo ideò pereo.

Verba labis abeunt lego in primo pentametro; in secundo exhametro subitus pro subitò corrigo, et acumen puto ex ijs uocibus elici adludentibus subitus, subidus;

Furius

Furius lib. VI. annalib. apud Macrobium lib. VI. Cap. Saturn.

: quod genus hoc hominum Saturno sancte create?

ex quo Virgilius II. Æneid.

: quod genus hoc hominum, quaue hunc tam barbara morem
: permittit patria? —

Legerem : quod g. h. h. Saturni sanguine crete?

ad Iouem.

Laberij ex Mimis exstat titulus cacomemnone apud Agellium lib. XV. cap. VII. et CÆCVlis apud Charisium in mauricatim; nescio an cacodæmone, et CÆcubis legendum. sed constanter pronuntio. eiusdem annalib. in Nonio, vbi conlabella: adiunge labra:

: peranna, collabella osculum.

fortè : perenna, c. o. alij legunt perge iam. idem Centenario in Nonio, vbi [Cugium, media pars inter naturalia muliebria] exponit,

: quare tam arduum ascendis? cum concupisti, cugium scindere?

Lego : quare tam arduum ascendis? an concubuisti vt eugium scinderes?

Octauio Augusto Carmina Virgilianum epos comburendum vetantio ab omnibus ferè tribuuntur: initium est.

: ergo nè supremis potuit vox improba uerbis
: tam dirum mandare nefas? —

Vt Tiberius Donatus in Virgilij vitâ: alij negant: Sebastianus Corradus in prologomen. in Comment. ad I. Æneid. lib. contrà innitente C. Plinio lib. VII. Cap. XXX, qui mentionem illius prohibitionis Augustæa facit, vt epigrammata Corn. Galli, et Sulpitij Carthaginiensis de eâdem re: quidquid sit, elegantia illa sunt carmina, quæ sic corrigo vers. XIV.

: hæc dabit vt pereant? ipsum si dicere fas est
: sed legum seruanda fides; suprema voluntas
: quod mandat fierique iubet parere necesse est.
: frangatur potiùs legum ueneranda potestas
: quam tot congestos noctes q3 dies q3 labores
: hauserit vna dies, suprema q3 uerba parentis
: amittant uigilasse suum — &c

et

Et muto in
—— ipsum sic dicere fas est?

Succedunt enim
—— si forte furenti
: errauit in morte dolor —— &c

Et inferiùs —— supremaq; uerba parentem
: amittant vigilasse suum ——

FRANCISCO SWERTIO Antuerpiensi V.C.

Multa, quæ priscis temporibus acciderunt, nostris obuia; ab ijs illorum in præcipuis origo.

SCHED. VI.

Pietas in magnos viros Abrahamum Ortelium, et Iustum lipsium, et Eruditio tua, Francisce SWerti, volentem ac lubentem me adegerunt, vt quâcunq; arreptâ occasione ad te adirem, vt et amoris et doctrinæ particeps quodammodo fierem: pro illo tibi impensiùs exhibendo Vtriusq; aliquid, precor, instilla: vt ego huius uel tantillum possim redolere. sed dum doctrina desit, amore contentus alterius pignus, conatum alterius, hæc cape; quæ nostris temporibus pariter et non nostris accidisse interlegendum adnotaui. Post Sebastiani Summæ spei Portugalliæ, et Algarbiorum regis incluti, totq; tam Lusitanorum, quàm ceterorum Hispanorum stragem diram, et cum durâ Mauritanorum ac Numidarum gente cruentum prælium, ac sub PHILIPPI. II. cui Prudentis Cognomentum, si cui Vnquam, debet adtribui meritissimò, ditione Lusitanorum regnum nobile paci almæ redditum: non vnus Pythagoræâ velut παλιγγενεσία

Exempl. 1.

Sebastia

Sebastianus emersit è tenebris in nebulonis et agyrtæ cuiuspiam corpus intrusus: qui popelli ad nouas res semper proni et in fraudes inconsultè ruentis animos subdolâ vafrâq; pellexit suasione: sed regiâ detractâ larua vnusquisq; se populo inridendum, sibi lugendum statim dedit, cum extremæ scenæ catastrophe è tot fraudum labyrintho mæandri detecti non Thesei filo, sed funis Yphios ductu sunt, ipseq;

: Non falsâ pendens in cruce Laureolus
(: in quo quæ fuerat fabula, pœna fuit)

vilia Vulturibus membra, aëri immundam animam præbuit. ô Augusta et diadematibus digna capita, quorum res regiè gestæ vel Hipponactęo præconio celebrantur, vel quadratis longisuè litteris conscribillantur! Hoc nostro æuo heri aut nudius tertius. quod olim huic simile? multa. illud præsertim post Neroniani obitus annos xx. Verbis dicam Io. Zonaræ in Tito Ἐπὶ τούτου καὶ ὁ τὸν Νέρωνα ἐκφαίνων ὃς Ἀσιανὸς ἦν, ἐκαλεῖτο δὲ Τερέντιος Μάξιμος τὸ εἶδος καὶ τὴν φωνὴν τῷ Νέρωνι ἐμφερὴς καὶ τὴν κιθάραν ὁμοίως ἐκρούετο. ὡς δὲ τὸν Ἀσίας τινὰς ἐφ' ἑαυτοῦ ἐποιήσατο, καὶ ὑπ' εὐφυΐας τῶν χωρίων πολλοὺς πλείους ἀνήρτησατο. καὶ τελευτῶν πρὸς Ἀρτάβανον τὸν τῶν Παρθων κατέφυγεν ἄρχοντα· ὃς καὶ δι' ὀργὴν τοῦ Τίτου συνειλημμένος ἐδόθη τοῦτον, καὶ κατάγειν εἰς Ῥώμην παρεσκευάσατο.

[Sub eo Pseudo-Nero exstitit, qui Asianus erat, nomine Terentius Maximus, facie verò et voce Neroni persimilis. atq; etiam citharâ canebat. Is in Asiâ quosdam sibi adiunxit, et ad Euphratem progrediens longè plures conciliauit. Deniq; ad Artabanum Parthorum regem confugit, qui Tito infensus recepit eum et Romam reducere statuit.] minus signatè Suetonius in extremo Nerone, [deniq; cum post x annos, adulescente me, exstitisset conditionis incertæ, qui se Neronem esse iactaret, tam fauorabile nomen eius apud Parthos fuit, vt vehementer adiutus, et vix redditus sit.]

M.

Solet nostra hac tempestate honoris loco Magistratus, aut Magisterij titulo insigniri in Academijs nostris quicunq; statis solemnibusq; studiorum spatijs emensis in sedentariâ ac Musis operaturâ semper vitâ alios nactus honores uelit permanere; et si multi [cathedras ascendunt magistrales] (vt Matthæi Parisiensis verbis dicam)

vt

[Vt nomine illo vsurpato tumeant eleuati, et facti venerabiliores sine fundamento scandunt ad culmina cessiora.] quò et Doctoratus, uel Doctoralis tituli renuntiatio spectat, cum Magister idem, distinctis licèt iam honorum compellationibus distinctorum, quod Doctor. sed eorum origo à priscis petita temporibus, et ab Hebræorum litteris primò petenda. ex illis Rabbi Nathan hæc tradit de hac re; Hebræis parco, quia multa (ad Græciam alij ex certaminum et coronarum vsu putant) Quorum sententia hæc. [Rabbi tribuitur sapientibus terræ Israel quibus imposita fuit manus illic in Concilijs eorum: quod dicunt propter impositionem manuum seniorum, qui imponunt alicui manum, et uocant eum Rabbi, quod est Magister mi, et faciunt ei potestatem cognoscendi causas mulctatitias:]

*Hadrian. Iunius VI. animadu. cap. XXI.

[Rab autem est sapientum Babyloniæ (Rabbinorum scilicet exsulum) quibus imposita est manus in scholis eorum. At homines priscæ ætatis qui maximi erant ac præstantissimi non opus erat vt Magistrarentur per Rabban, quod est Magister noster, nec per Rabbi, nec per Rab, sed solo ac simplici nomine adpellabantur.] Sic honorum gradus inter Abâ, Rabbi, Rabboni, Rabbon, Rabban, Rabbana, Abai, Maran; et id genus aliæ adpellationum diuersarum inflexiones, quas apud Angel. Caninium uidere est.

Cap. VI. Locor. Nou. test. III.

Pergo ad alia. Vectigal siue stipendium, quod apud Hispanos (credo et apud alios) uocatur [el Chapin de la Reina] iam diu apud Antiquos in vsu esse ex Herodoto constat, ubi memoriæ prodidit Ægypti Regimi magnæ alicuius vrbis redditus pro calceario adsignator; quod et Plato in Alcibiade primo de Persis, ἐπεὶ ποτ ἤκουσα ἐγὼ ἀνδρὸς ἀξιοπίστου τῶν ἀναβεβηκότων εἰς Σάρδεις, ὃς ἔφη πορεύεσθαι χώραν πάνυ πολλὴν καὶ ἀγαθὴν, ἐγγὺς ἡμερησίαν ὁδόν, ἣν καλεῖν τοὺς ἐπιχωρίους ζώνην τῆς βασιλέως γυναικός. εἶναι δὲ καὶ ἄλλην, ἣν ὑποδήματος καλύπτεσθαι. καὶ ἄλλοις πολλοῖς τόποις καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς εἰς τὸν κόσμον ἕκαστα μέρεσι τῆς γυναικὸς, καὶ ὀνόματα ἐπὶ ἑκάστοις τῶν τόπων ἀπὸ τῶν κοσμίων. [Audiui equidem à quodam fide digno, eorum qui legati ad Regem profecti erant, cùm diceret se magnum quendam fertilemq; agrum vnius prope dici itinere patentem peragrasse, quem

incolæ

incolæ Zonam Reginæ nuncuparent. esse et alium quempiam, quem Reginæ Calyptram: aliaq; adeò loca esse et lata et feracia ad mundum muliebrem illi suppeditandum destinata.] Sic et Xenophon, ἀναβάσεως. A. Αἱ δὲ κῶμαι ἐν αἷς ἐσκήνουν, Παρυσάτιδος ἦσαν, εἰς ζώνην δεδομέναι, [vici autem in quibus castra metabantur Parysatidis erant, illi ad Zonam dati.] Non ζωὴν uitam, vt elegantissimus obseruauit Muretus. Nec feminis tantùm, sed et viris, vt Themistocli apud Plutarchum Persarum quinq; vrbes Magnesia, Lampsacus, Myus, Percope et Palæscepsis in victum et uestitum adsignatæ.

XV. Var. Lect. Cap. X.

IV.

Admiramur Indorum, Iaponiorumq; picturatas artifici manu, illusasq; auro uestes, quæ pulcerrimam quasi alterius et pretiosioris mundi imaginem repræsentant: multiplices diuitis Naturæ fœtus, et omnigenas rerum multarum formas in illis contemplamur, et quasi ad uitæ munia perrecturas extimescimus: id uidere uideor in homiliâ ἀνεκδότῳ Asteri Amasææ Episcopi, de diuite et Lazaro hisce uerbis ἐκεῖ λέοντες, καὶ παρδάλεις, καὶ ταῦροι, καὶ κύνες, ὕλαι, καὶ πέτραι, καὶ ἄνδρες θηροκτόνοι, καὶ ἅπασα ἡ τῆς γραφικῆς ἐπιτείδευσις, μιμουμένη τὴν φύσιν. [Sunt ibi Leones, pantheræ, vrsi, fauni, canes, siluæ, saxa ac venatores, et omnia deniq;, circa quæ pictorum uersatur industria, ad imitationem naturæ expressa.] Hæc inter alia, quæ vestibus inserta vt imagines, titulos, idgenus multa*: Apud nos etiam in agitatione Taurorum (turpi ferociq; spectaculo, Tracibus aut Scythis non vrbanis Iberorum animis digno, dignè meritoq; à Summo Heroë, (communi mortalium adpellatione adpellare R. Ioannem MARIANA amicum nostrum religio est;

apud Philip. Ruben. Elect. II. cap. I. post cuius obitum edidit iam J. Brantius S. P. Q. Antuerp. ab Actis.

*de vsu vario pictarum vestium Vid. Iun. An. I. cap. XIII.

V.

: quo nil exactius, eruditiusq;,
: sed nec candidius, benigniusq;,

dælala rerum Natura efformauit,) elegantissimè aureo [de spectaculis] Tractatu exagitato; homines fœnei illorum occursui solent obponi, quod et obseruaui fragmenta Ciceronis recensens, in Oratione nempè pro C. Cornelio VII. apud Asconium Pædianum uersu à princip. circiter CLXI. [postulatur apud me prætorem primum de pecunijs repetundis, prospectat uidelicet Cominius, quid agatur. Videlicet homines fœneos in medium ad tentandum peri=

culū

culum proiectos.] fragmen est, sed ex eo sat liquet.

VI. Addam et corollarij uice quæ ad Græcorum normam in mentem, cum Pintiæ degerem, reuocata sunt: ibi namq; in Xenodochij (ad s. Stephani atrio Lapis parieti iniectus obuius cuiq; est, cum hac sepulcrali inscriptione effigiei scalptæ illius loci domini olim Petri Miago adpositæ

: Io Soi don Pedro Miago
: que en lo mio iago;
: Lo que Comi ibebi logrè;
: el bien, q^d fice, fallè;
: lo q^d dexè, non lo sè.

qui quidem rythmus ex sepulcro Σαρδαναπαλλου; lib. III. Epigramm. Græcorum videtur desumptus. Hoc illud, tu confer.

Εν εἰδώς ὀλίγ θνητὸς ἐὼν, τ' ἤτορ ἀέξε
ταρπόμενος θαλίῃσι, θανὼν δ' οὐκέτι ὄνησις.
ἐκ γὰρ σεῦ τοσσόνδε εἰμι νέκυς μεγάλης, βασιλεύσας
τόσσ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἀφυβρίσας, καὶ μετ' ἐρώτων
ταρπύσθεν, τὰ δὲ πολλὰ, καὶ ὀλβία κεῖνα, λέλοιπα.
Ηδε σοφὴ βιότοιο πρόκρισις ἀνθρώποισι.

: Cum te mortalem noris, præsentibus exple
: diuitijs animum, post mortem nulla voluptas,
: namq; ego sum puluis, qui nuper tanta tenebam
: Hæc habeo, quæ edi, quaq; exsaturata libido
: Hausit. at illa manent multa et præclara relicta.
: hoc sapiens vitæ mortalibus est documentum.

Hæc ille

—— Epicuri de grege porcus:

à quo Miagus meliori sensu, feliciori euentu: quæ meminisse haud piget, et ad te mittere, qui his egregie caperis, et raræ eruditionis specimen exhibuisti. Iwerti. simile illud de Cratete

Τόσσ' ἔχω, ὅσσ' ἔμαθον, καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετὰ μοχθων
σωρεύσαλλω. τὰ δὲ πολλὰ, καὶ ὀλβία τυμβος ἐμοὺς

: Tantum habeo quantum didici, quantumq; labore
: percepi et studio; rapuit sed cetera tumba.

et ijsdem pene verbis.

his su-

his succedat inter antiqua antiquis nouitius inter nouos casus. VII.
Toleti uidimus non annis abhinc multis in fidei memoriam fidissimum canem, siue potiùs canis spolia elatiori vrbis loco omnium oculis obuia. Pastorem quemdam, vt accepi, altorem habuerat canis. hunc ille socium. Fato concessit Pastor. Canis doloris signis editis efferentes dominum sequitur: terrâ conditum comitatur, et terræ adcubat. templo abigitur, sed frustra. inediâ ferè consumitur. sed lubenter. Constantiam multi mirati offulas panis illuc adsiduo comportant: per dies aliquot tenuem uitæ spiritũ sustentat, tandem macie ac marcore Hero incubans defuncto, uitâ defungitur. Ô fidelissimum ante omnia, vt ait Plinius, homini Canem! ô dignum, qui inter illos, qui Pyrrhum, non regem illum, uel in rogo ipso non deseruit; qui Histrionem Polum, qui Lysimachum, qui Hieronem regem, qui Eupolidem pöetam, qui Iasonem lycium, qui alios postremo officio hoc sunt prosecuti, meritissimò vberiori descriptus stilo referatur! Sed hoc ego in patriæ* laudem strictim recensere duxi operæ pretium: verum de alijs alibi.

* Vid. Not. nostras in Gars. Lassi opera fol. 16.

R. R.
GABRIELI LOPIO, LVCÆ DE MONTOIA
è sacrâ Minimorum familiâ
Theologis celeberrim.

De B. Paullo præcipua. an cum Petro eodem die martyrium passus? de aduentu ipsius in Hispaniam quid certè? quot Paullinæ epistolæ, an plures olim, quo ordine, quouè tempore scriptæ? Petri locus expensus.

SCHED. VII.

Historia uerè [est testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra

uita

Cic. II. de Orat. uitæ, nuntia uetustatis.] scitè ait Romanus Sophus; Hebræus præ-
Eccles. I. vers. IX. dixerat, [quid est enim quod fuit? id ipsum quod erit, et non est
quippiam notum sub cælo:] Hinc æternùm Historiographis poste-
ritas debet, vt potè quibus, vt etiam præteritis seculis uixisse
uideatur, acceptum possit referre: in quâ nimirùm possis ὥ
Plutarch. in Timol. περ ἐν ἐσόπτρῳ, κοσμεῖν καὶ ἀφομοιοῦν πρὸς τὰς τῶν ἄλλων ἀρ-
τον βίον, hoc est, [tanquam in speculo ornare, et componere vitam
tuam ad alienas virtutes:] Quamobrem εὐεργέτις τοῦ κοινοῦ τῶν ἀν-
Diod. Sicul. I. Biblioth. θρώπων γένους, .. beneficia in omne genus humanum, rectè
adpellatur: et benefici in ipsum etiam qui eam colunt, et stilo
profundunt: Vos ex his, amicissimi eruditissimiq; Gabriel, Luca,
qui historiæ omnigenæ, ac variarum rerum cognitioni oppidò
addicti: Tu præsertim, mi Luca, qui religiosissimæ tuæ familiæ
parietinas situ temporis lapsas iterum exstruis, et à te vt viro-
rum inlustrium animæ meliorem rursus uitam spirant; Ego cum
ijs, si vtriusq; eruditionis aura his; quæ quia sacra, quia historica;
ad vos Theologiæ, cuius inte peritiam admirabilem miramur, mi Ga-
briel, et Historiæ doctos defero. de B. Paullo præcipua è varijs
auctorum viretis,

= floriferis vt apes in saltibus omnia libant,

in hoc quasi sertum panxi. ab ipsius obitu, qui natiuitatis felicioris
exorsus, ordior: ex quo variorum auctorum trama difficilis. Pe-
trum namq; et Paullum eodem die passos esse, sed non eodem anno
adfirmat Abdias in Vitâ Paulli, biennio nimirùm post Petri mor-
Serm. XXVIII. de Sanct. tem; Augustinus huc inclinat his uerbis [currunt itaq; vterq; ad
palmam Martyrij, et vterq; perueniunt ad coronam, non quidem
eodem temporis cursu, sed eodem anni uertentis occursu.] et Pru-
dentius de vtriusq; martyrio

περιστεφάν. Pes. P. et P. = Vnus vtrumq; dies, pleno tamen innouatus anno
= vidit superba morte laureatum;

sed tamen Anacletum discipulum Petri Epist. III. aliter sensisse
Hinc constat, [adhibita est etiam societas in eadem Romanâ
vrbe Beatissimi Paulli Apostoli vasis electionis, qui vno die
vnoquoq; tempore gloriosâ morte cum Petro sub Nerone principe

agonizans.

agonizans, coronatus est.] Hieronymus etiam in Catalogo Scrip. Ecclesiastic. de Paullo loquens eum passum esse adfirmat eodem die, quo Petrus passus est; idq; Neronis anno XIV. et postea de Petro, passum esse inquit anno XIV Neronis; eodem modo Isidorus ait Petrum crucifixum XXXVI. anno post passionem dominicam (quamuis Hieronym. et Nicephorus fuisse dicant anno XXXVII. post passionem) et postea in vitâ Paulli passum esse adserit eodem anno XXXVI. eâdem die, quâ Petrus. Idem ex Ambrosio conlego, [in illis haec beatitudo est, quòd ambo eodem die passi nascantur, scilicet vt quos vna fides seruitio deuinxerat, vna fides martyrio coronaret.] et Gaudentius Brixiensis Praesul vtrumq; coniungit; Bernardus ait illos in morte non fuisse separatos, quod et credidit Nicephorus, qui latiùs de vtriusq; morte. Gelasius vtitur uerbis Anacleti: Mortuus est autem Paullus postquam XXXV. annor. spatio euangelium praedicauit, teste Niceph. lib. II. cap. XXXIV. sed quod eisdem anno et die, queis Petrus, apertè docet cap. XXXVI, et XXXVII. vbi priorem refutat opinionem et hanc roborat ex Tertulliano et Caio scriptore eccles. qui tempore Zepherini P. floruit, et ex Dionys. Corinthior. episcop. in epist. ad Roman. scriptâ. quae quidem ex Eusebio excerpsit Niceph. Nicolaus etiam I. P. M. eos vno eodemq; die martyrij palmam adeptos defendit. Haec de obitu; ad reliqua in ipsius Actis controuersa me accingo. *Quidam negare uolunt Paullum exijsse Româ, postquam semel vinctus ductus est, sed eorum falsa est opinio ex Hieronymo, et *alijs, qui ita exponunt illud II. Tim. vlt. in primâ meâ defensione &] Chrysostom. ait Paullum primò coniectum in uincula fuisse à Nerone, quòd pellicem, quam Nero deperibat atq; indelitijs habebat, ad Fidem conuerterit, fugere fecerit incestum et nefandum illum concubitum, cumq; nec ita Paullus desisteret, aut Neroni obtemperaret, obtruncatus ab eo est. sed vt propiùs res nostras explicem. Ambigitur an in HISPANIA nostrâ praedicauerit. Annales nostri pronobis. Gelasius negat. Nobis consentiunt Chrysost. Hieronym. Sophronius Hierosolymitan. Patriarcha. Gregor. Isidor. Thomas. Hieronymus etiam epist. ad Æph. III. uidetur subindicare, [uidebat se de Hierusalem vsq; ad Illyricum euangelium praedicasse, ipse Romam, ad Hispanias uel perrexisse, uel ire disponere, totus mundus, ad doctrinam ipsius de potestate principis tollebatur. &] eiusdem sententiae apertè adsertor est Theophilactus in priam. epist. ad Hebr. secutus vt in alijs, fortasse Chrysostomum

* Domin. Sotus, in epist. ad Rom.

* in Vita Paulli Nicephor. lib. 2. cap. 34. ex Euseb. lib. 2. Hispor. Eccl. cap. 22.

circa

circa princip. epist. ad Hebræos. homil. LXXVI. in Matth. homil. XIII. in I. ad Corint. Sic Epiphanius lib. I. contra hæres, in hæresi Arpocratis. Anselmus in Epist. ad Rom. XV. ex Historicis Joannes Ægidius lib. V. de præconijs Hispaniæ in princip. et ita adserit legi in omnibus Chronicis Gallicanis, Jacobus Philippus Bergomas lib. VIII. supplem. supplem. Chron. Petrus Antonius Beuter. I. p. Chronicor. Hispan. lib. I. cap. XXIII. Lucas Tudensis in Chronic. suis. Antonius Figuerola Valentinus I. p. summæ contra Judæos narrat Paullum, cum esset in Hispaniâ, rogatum à Judæis Zamorensibus, vt redderet sibi rationem fidei, quam prædicabat, scripsisse ad illos epistolam ad Hebræos. Jacobus Lupus lib. de Assertionibus Catholicis Apostoli Conclus. XX. citat Isidorum dicentem in Regno Nauarræ esse oppidum Viana dictum, in quo Paullus Apostolus instituit Basilicam, in quâ illud legitur carmen

= Paullus præco crucis tibi dat primordia lucis. ✝

Pergo ad ipsius scriptorum numerum discutiendum. Cum plures scripsisse epistolas, quàm eas, quæ in nouo testamento exstant, conlegi potest ex ipsiusmet uerbis I. Cor. V. [Scripsi uobis in epistolâ, ne commisceamini fornicarijs] &c. Quod tamen in II. ad Corint. diligenter quæsitum haud quaquam inueni. Chrysostomus existimat id dictum esse propterea quod superiùs scripserat, [Expurgate vetus fermentum, vt sitis a Zymi,] Sed hoc ego non credo, cùm Apostolus veluti in aliâ scriptum epistolâ intellegat, et in hac addat, [nunc autem dico uobis, si is qui nominatur frater &c.] et ita retur Ambrosius in aliâ epistolâ id fuisse priùs ab Apostolo scriptum. Vel igitur fuit in II. epist. uel in aliâ. si in II. constaret profectò eam scriptam fuisse ante primam, quod tamen falsi conuincitur, nam loquens de illo fornicario, et reprehensione, quæ sunt, Cor. V. inquit in II. Cap. II. [Nam ex multâ tribulatione et angustiâ cordis scripsi uobis per multas lacrymas] & quæ latiùs prosequitur; et rursus Cap. VII. [quoniam et si contristaui uos in Epistolâ, non me pœnitet, et si pœnitet videns quod epistola, et si ad horam, vos contristauit.] Quæ quidē uerba de eâ etiam reprehensione intellegi possunt, quæ est. I. Cor. VI. Præterea Petrus in II epistolâ cap. vlt. ait, [Propter quod, Charissimi, hæc expectantes satagite immaculati, et inuiolati ei inueniri in pace, et domini nostri IESV Christi longanimitatem, salutem arbitramini. Sicut

et Cha

✝ Quin et Michael Glycas Scriptor Siculus non ineruditus Tom. III. Ann. recenset Paullum in Hispania a femina nobili inuitatum, fronte has litteras præferri visum PAVLLVS CHRISTI PRÆCO: quo viso totam familiam ad fidem veram conuersam. cui compellationi consentit Prudentius, cui Paullus præco Dei est: quo adlusit Theorus Prodromus expost. in Prouid. cum dixit illum λόγου στόμα. sed de ijs accuratius non semel egi Commentar. in Dextrum, et Cap. I. Disquisitionum aliquot rerum in Historia Hispanorum ecclesiastica illustrium.

et Chariſsimus frater noſter Paullus ſecundùm datam ſibi ſapientiam ſcripſit uobis.] Hæc autem, quæ Petrus refert, neſcio quo in loco reperiantur apud Paullum. *Quidam citant Rom. 11. ſed, meâ ſententiâ, ineptè; propterea quòd ibi ſit uox longanimitatis, quâ hîc utitur; at uerba illius capitis parum ad rem attinent, [an diuitias bonitatis, et patientiæ, et longanimitatis eius contemnis?] Quamuis hæc Petri uerba ea aliis, quæ ſtatim ſequuntur, mihi uideor intelligere, ait enim continuò [ſicut in omnibus epiſtolis loquens in eis de his;] uult ergo Petrus omnes nos immaculatos, et inuiolatos ſeruari in diem aduentus domini, idq; Paullino confirmat teſtimonio, qui non ſemel, ſed in omnibus fermè epiſtolis ad idem nos exhortatur, uel ſub nomine alicuius diſcipuli, uel alicuius Eccleſiæ omnes fideles adloquens. 1. Tim. VI. [ut ſerues mandatum ſine maculâ irreprehenſibile, uſq; in diem aduentus domini noſtri IESV Chriſti:] et ad Tit. 1. [ut abnegantes impietatem, et ſeculária deſideria ſobriè et iuſtè et piè uiuamus in hoc ſeculo exſpectantes beatam ſpem, et aduentum gloriæ magni Dei.] 1. Cor. 1. [qui et confirmauit uos uſq; in finem ſine crimine in die aduentus domini noſtri IESV Chriſti] quòd et confirmat D. Thomas, uti poſtea accepi, qui exponit [loquens de his] de aduentu domini, de gratiâ, de tentationibus. &. Nicephorus negat plures epiſtolas ſcriptas eſſe à Paullo; de his alij eius interpretes. Aſt quo ordine et tempore ſcriptæ fuerint ſatè Theodoret. in princip. Comment. in Paull. et. Chriſoſtomus ibid. Certè 11 ad Timot. conſtat ultimam eſſe, et ſaltem ſcriptam poſt epiſt. ad Epheſ. nam 11. Timot. IV. ait [Tychicum autem miſi Epheſum,] at Eph. IV. [ut autem ſciatis quæ circa me ſunt, quid agam, omnia uobis nota faciet Tychicus dilectus frater et fidelis minister in domino, quem miſi ad uos in hoc ipſum.] eam enim epiſtolam deferebat Tychicus; et ſimul uidetur ſcripta epiſtola ad Col. Nam eadem fermè ſunt uerba Coloſ. IV. eodem tempore ſcripta fortaſsis eſt epiſtola ad Philomen. Nam illam ex uinculis dictauit, eamq; detulit Oneſimus, quem ſemel cum Tychico miſit ad Coloſſ. ut ibi cap. IV. patet. Certè cùm ſcripſit ad Philem. et uinctus erat et ſenex, ut in eâdem epiſtol. uidere eſt. Nicephorus lib. 11. Cap. xxxIV.

*Examen. in Pet. Epiſtol.

ait

ait Paullum cum primò Romam uenit scripsisse 1. ad Timot. II. autem cum adist Romam secundò et cæsus est. de II. ad Tim. ita omninò Hieronym. in vitâ Paulli, et Eusebius lib. II. eccles. hist. cap. XXII. Epistola ad Romanos non solùm scripta est ante quam ~~Romam~~ Romam Paullus mitteretur, sed etiam ante quam ueniret Hierusalem vltimò, cùm captus est et missus Romam. Actor. XXIV. [post annos autem plures eleemosynas facturus ingentem meam ueni. &. et apprehenderunt me. &.] ex Cap. XV ad Rom. et 1. Cor. V. et II. Cor. III et VIII. constat 1. ad Cor. scriptam esse ante II, et vtramq; ante epistolam ad Rom. ex Galat. II. constat Epistolam ad Galatas esse scriptam post has tres. vbi ait [tantùm vt pauperum memores essemus, quod etiam solicitus fui hoc ipsum facere.] Epistolam ad Ephes. ex cap. III et VI patet esse exaratam Romæ cum teneretur in carcere. ad Philipp. eodem tempore scripta est, cum primò nimirùm vinctus fuit; vt illa ex cap. I testantur, [Scitè autem uos volo &c. et hoc confidens scio quod manebo &.] Epist. ad Hebræos, quæ inter Ecclesiasticas recepta iam erat tempore Hieronymi, vt patet ex eodem, scripta fuit in Hispaniâ, vt superiùs dixi.

Plura, scio, de hac re apud multos inuenietis. quæ ego in Scripturâ Sacrâ, uel in Sanctis Patribus Scitu digniora iudicaui, En. amicissimè et humanissi.

LVPO

LVPO FELICI DE LA VEGA

Carpio omnium poëtarum Hispanorum Celebratissimo.

Carmen de religione ex antiquo et Christiano poëtâ in lucem nunc primum datum; ex illo menda plurima conrigendi conatus.

SCHED. VIII.

Quid de te sentiam, amicissime Lupe, animo semper, linguâ sæpe, interdum stilo et testor nunc et testatum habeo: aliter non nemo? quid? scito, aliter catuli atq; sues olent. qui ergo? Quibus vnum hoc studium, detrahere. quibus quidquid bonum, mihi malum; quidquid malum, mihi bonum: quod probro, honori; quod honori, probro certiori euentu semper fuit. Noui homines laudum non propriarum certè, vti auaros decet, solicitos; qui Alexandri in Antipatrum exemplo, non animo [suæ demptum gloriæ existimant quidquid cessit alienæ.] Miselli! qui mendicatis suffuratisq; honoribus semper inhiant, nec indeptis uictitant: Tu tuis: hoc est, eximiâ ingenij uel in magnis facilitate, suauitate singulari, innato acumine, doctrinâ incredibili, comitate amabili, et his tandem omnibus Naturæ propè beatæ dotibus; quibus adfatim instructus orbem instruis, ornatus Hispaniam ornas, inlustratus sic te Famâ maiorem (uel adfatente inuidiâ) inlustrans; vt poëtarum nostratium facilè princeps vt habearis meritò, et uerè sis, quod uel

: rari post Cineres habent poëtæ.

Tu certè maximus, sed hoc nomine maior, quòd pietati eruditionem, virtuti dulcedinem, religioni elegantiam adeò impensè adiungis, vt in vtrâ melior adpareas, non facile iudicem. Vtrâq; impulsus carmen hoc ad te amicitiæ pignus, Amicissime, defero. illud vide, et magis meum animum ergate satis probum. Aliquot abhinc annis, dum Præsul ac Prorex Paleampoli meorum honos D. Matthæus de Burgos esset (qui Seguntino postea Episcopatu tot rebus præclarè gestis abse se et recto et conrecto) tanto religionis ac Reip. litterariæq; damno, ac nostri et mei præsertim tum parentem, tum Mæcenatem amittentis dolore, vitam hanc in dies labentem cum illâ commutans immortali, è nobis nuperrimè excessit; annis, inquam, abhinc aliquot, cum in Nauarrâ commorarer accepi à doctiss.

re

religios. q3 Abbate Fiterensi ignatio de Viuero carmen hoc ex Abbatia, quam de Fitero vocant, bibliothecâ desumptum; quod (licèt non nimiùm eius lectio videatur profectura) quia et antiquitatem, quam æquo iure uenerari debet quisquis de litteris benemeritus est, redolet; et à viro docto pioq3 scriptum adparet; non bono litteratorum iure mihi facturus videbar, nisi hisce meis HORIS, vt illas probè consumerem, adtexuissem. Eccillud à mendis repurgatum, quæ ad calum breuiter adsignabo, vt et mea et alterius, nescio cuius, adhibita manus tot mendorum farragini dignoscatur.

= incipit prologus sequentis operis
= versificè editus.

Quisquis ad æternam cupiens pertingere uitam
currere felicem Monachi contendis agonem,
sectari ueterum satagas uestigia patrum,
quæ tibi trita uia, et tanto moderamine trita,
gaudia det regni, quam spondet gratia Christi:
nam dubium, temerè callem si caperis ire
. . . . . .
inde tui iniugulum uibrare uidebere telum,
Hinc meritò Sanctus Pater hortatur Benedictus
nil, Monachus faceret, nisi quæ Patres tenuêre.
vt teneas rectum, deuitans deuia, cursum.
quæ capiunt animas prædonibus arma ministris,
quod sic iustitiæ normam solet annihilare
vt Monachus studeat maiorum spernere sacra,
frænaq3 Lasciuæ vitæ laxando perire.
ergo mandatum quisquis tenet inuiolatum,
quiq3 triumphales dignè desudat agones,
ante Deum clarus serto nitido redimitus,
laude placet geminâ, quando sibi uindicat astra:
et bene uiuendi normam dat posteritati:
At contrà stultè, mundi qui feruet amore,
tendit et ad uitia, et uirtutum spernit honesta,
ad pietatis iners opus, ad sua commoda solers:

hunc

. hunc horrenda nimis rapit inclementia mortis,
Signaq3 fert animæ confusio cauteriatæ.
Namq3 voluptates carnis sectando fugaces
in puncto miseræ barathri descendit ad ima:
quòd malè dum vixit, uestigia fœda reliquit,
Seq3 secuturis iter obstruxit grauitatis.
Sed licèt atra lues sceleris confundere calles
iustitiæ soleat, ChRISTVS tamen hoc iterum dat
carpere directos illis, quos censet amicos.
præsentis ratio probat hoc tibi temporis ergo
Sensu solerti cur hæc præmisimus, audi.
. . . . . .
dum quod erat Legis, quod morum, quod probitatis
confundens uerè lasciuia, fasq3 ne-fasq3
sic corrupisset, vt uix species superesset,
vixq3 licèt ulles, inter multos reperire,
qui Monachus factus, Monachi uigilaret in actus.
almâ Dei bonitas hominum miserata ruinas
complanare suis iter intendit pietatis;
Hinc tibi pro uoto claret Cistercius ordo,
quem uelut in tenebris radiando nitescere cernis:
vt per eum sumens animarum millia CHRISTVS,
. . . — lucretur. Zabuli fraus annihiletur,
qui licèt infestus Cunctis, nimiumq3 molestus
instet Christicolis; est tucta tamen specialis
contra Cisterci professos ordinis illi,
quos quia flere uidet sua iura tyrannica, frendet,
et nimis impatiens, furtiuaq3 retia texens
illaqueare cupit, quos CHRISTI gratia munit.
Sed nil proficiet, metuenda nec agmina uincent.
cumq3 Ecclesia sit mater nimium speciosa
ordinibus uarijs sed non præstare negabis
Hunc quem deuota commendant munia iura,
qui magè fructificat, grandis quem fœtus honestat;
hoc Cistercienses excellunt ordine fratres,
quos labor attenuat sacer, et pia pœna coronat.
Hîc . . . . . vestigia sacra requiras.
Religionis, et hîc spes, terra salutis, et istic

impolluta uia est, per quam transitur ad astra.
At nunc intentus scrutare uoluminis huius
textum, quo planè ualidâ pandam ratione
principium celebris uitæ, qua gaudia cœli
parturit, et terris parat incrementa salutis.
Hîc quam sublimes Cremus Cisterciа flores
iam dudum sterilis produxit, vitè docêris:
cuius mellifluus mundi per climata fructus
emissus populos pascit, recreans moribundos,
vt capiant uitam, quam demerûere supremam.
Perfectam sobolem docet hæc te pagina matrem,
perfectam sæsis genera sse per omnia uotis:
inclyta quando domus Cistercia nobile pignus
edidit, et Claram-vallem bis, terq; beatam,
vt solem mundo, pietatis fudit ab aluo.
Hinc Vallem Claram meritis clarissimus ABBAS
fecit opem miseris, salutricem sceleratis.
Hîc et gesta patrum describuntur uenerandа
quos vtriusq; decus regimen tenuisse probamus
proq; suis, operâ CHRISTI, se stigmata ferre
monstrârunt, patrum patrando consona dictis
post Claræ-vallis Seniorum strenuitatis
Lectio testis adest, qua lecta, relectaq; . . . .
His quibus illecebræ carnis non prævaluêre,
quò sponsus sponsam uocat, hic est mysticus hortus,
hîc diuersarum uirtutum spirat amomum,
hinc noua det poma, et sancti feruoris aroma.
inde rosæ fulgent patientum; lilia candent
castorum, retinens violæ dat purpura mites,
cunctaq; cælestis uernant plantaria patris.
desuper infusa, et quæ profert vallis opima,
virtutumq; viros maritis facit esse beatos.
ipsorum sit cruta tibi, vogo, Lectio trita.
iureq; Censoris vitiosos corrige mores,
vt castigatis affectibus his merearis
inter purpureas iungi super astra cateruas;
illic vera salus, illic sine morte iuuentus,

lux indeficiens, carmen præcordia mulcens,
dulcis amor CHRISTI dans gaudia pace perenni,
omne quod est triste, sciet illic vita perisse.
nunc igitur quisquis vult his intendere scriptis
moribus et uitâ probet ista sibi fore grata
et quod miratur in Patribus, ipse sequatur;
ast piger, ac torpens, ac mortis corpore stertens
otiâ suspirans, arentia pectora gestans,
cui sacri studium feruoris sit onerosum
illius è manibus totus uolet iste libellus.

Hæc ille quisquis fuit huius libelli (vt vocat) auctor: quæ in m.s. reperi. de cuius tamen nomine, nihil uel coniecturâ potui, fateor, inuestigare: suspicor tantum Monachum eum fuisse ex dulcissimi Bernardi familiâ, ex qua Abbatia Fiterensis: de tempore autem, quo uixerit, coniector tantum. Carmina illa

= quisquis ad æternam cupiens pertingere uitam
= currere felicem Monachi contendis agonem:

et alia respexisse uisa sunt ad illa

. = quisquis ad æternæ festinus præmia uitæ
. felici currat tramite &.

ex Commonitorio S. Orientij Episcopi Illiberitani, quod ex m.s. membranaceo veteri Abbatiæ Aquicinctinæ Del-Rio meus dedit, probauit, anno dominico DXVI et DXVII Illiberitanum Episcopum fuisse. Fortè illius vel coæuus, uel post eum non multo temporis interuallo. in re dubiâ quid opus diuinare? Transeo ad Notas emendationes, quæ quidem frequentissimæ tum ob tineis et lituris abrosas lacerataſue membranas, tum etiam ob vitiosam mendosè transcribentis manum: cuius incuriæ plurima adtribuerim errata; vti non paucas auctori (vt illud ferebat æuum) licentias: quæ in margine reposui, vitiosa sunt, vel ab illo nescio quo malè detorta, aut prauè conrecta: illa uide, et his non inuide,

V. 4. = quæ tibi trita uia et tanto moderamine trita;

sic conrigo, vt inferius vers. 94

= ipsorum sit uita tibi, rogo, lectio trita,

vbi conrupte

= ipsorum vita sit tibi rogo lectio viua:

amat auctor iste quisquis sit, vt eius æui plures, in carminibus consonantiam, et conrespondentiam ex mediis versus et vltimis syllabis, quæ

leo

leonina dicuntur: hoc autem carmine repetitio concinna ualdè pro illâ
: q° tibi trita uia cauto moderamine trita.
pro cauto; canto correxit ille quisquis fuit transcriptor falsa coniecturâ. nos tanto maluimus ad iugum nostræ religionis adprimè suauè, et onus CHRISTI planè leue adlusione. 7 heîc aliquid desiderari absq3 dubio obsensum malè cohærentem crediderim, licèt nullo hiatu in m. s. legeretur. 8 inde tui iugulum vibrare uidere telum
pro: inq3 tui iugulum uibrare m debere tellum
uel manu conrectoris
: hincq3 tui — m sublato ex quo in.
14. = vt monachus studeat maiorum spernere sacra
pro: vt m. studia. . nam non ibi licentia, sed uitium; quamuis non me fugiat posse ab ijs, qui de religione magis, quàm de carminum dimensione curant, similia vsurpari: hic tamen sacra substantiuè efferendum: et studeat ad sensum ad commodandum.
22. = tendit et ad uitia et virtutum spernit honesta,
ad curatiùs quam illud
: tendens ad uitia virtutum sp. h.
25. : signaq3 fert animæ confusio cauteriatæ.
sic conrigo pro illis
: dignaq3 fert animam ofusio cauteriatam
quod ex Paullo sumptum, 1. ad Timoth. IV cauteriatam conscientiam adpellante: sententiam expedio lib. II. Notarum mearum à consuetudine in medicinâ tractam.
35. hic hiatum reor debere fieri, ob defectum, quem auguror inesse. Ni finem prologi (vt ipse vocat) quis reatur: initium tamen opusculi defectuosum adparet. 38.
: sit corrupisset, vt —
sensum non satis aptum odoror: t autem à multis indifferenter communiterq3 in carmine volunt: aliter pes trochæus — 45 pro his
= vt per eum summus animarum millia CHRISTVS
46 . . . . . lucretur. Zabuli fraus annihiletur.
lego et impleo lacunam sic
: vt per eum summens animarum millia CHRISTVS
: plurima lucretur —
hoc sensu. vt per millia animarum in cænobijs viuentium, plurima millia lucretur. Zabulus pro diabolo à Cypriano, ac alijs *notum.

* Dixi Sched. Dec.

58 = hoc

58. = hoc cistercienses X. per synęresin littęræ contrahantur
60. : hic . . . . . uestigia sacra requiras:
mutilus ualdè hic locus: in m. s. Legebatur
= hic h' sæpius vest. s. r.
fortassè
: isthic, si sapias, vestigia s. 2.
nihil tamen adfirmo.
67 : hic quam sublimes Eremus Cistercia flores;
Eremus penultimâ productâ passim apud Auctores: huius tamen carminis auctor ad illud è lectionibus Ecclesiasticis fortè respexit in Hymno D. Ioanni Baptistę sacro
: præpotens martyr, eremiq; custos.
84 = lectio testis adest, quæ lecta relectaq;
lacunam ecce aliam, fortassè implendam sic
— quæ lecta relectaq; semper,
hoc est semper volutanda.
90. — renitens violæ dat purpura mites,
mirè hunc uersum deprauatum constat ex margine: illud tamen obseruo mites ibi ad beatitudines à CHRISTO O. M. mirè prædicatas adlusum.
104 : et quod miratur in X. trochæus. 105
— mortis corpore stertens
hoc est, humanis rebus indormiens, piger et torpens ad diuinas: et est adlusio ad illud Paulli [quis me liberabit de corpore mortis huius?] 104
— totus uolet iste libellus.
sic legendum. non abolet, vt Correctoris vel Corruptoris ineptimanus exarauit carminis et grammatices normâ repugnante: aduolet adparebat in textu. sed nescio an bene? certè suspicor ex litterarum uestigijs, et more ab hoc et alijs antiquis vsitato retinendum
: illius è manibus bellus volet iste libellus.
en, libellum adpellat, certè non magnum, sed hîc partem, uel potiùs prologum scriptum reor: quem inueni, do; locupletiorem daturus maiorem inueniens: ab animo commendo, non à re: et cum Aiace Pacuniano
: de virtute ego cernundi do potestatem omnibus:
tibi præcipuè, mi Felix, ob tuum quâ ob meum inte, quid quid hoc est, proba.

BALTHASARI ELISIO DE MEDINILLA TOLETANO V. N.

Aliquot Virorum eruditione inlustrium Toletanorum commemoratio; Alphonsi de la Fuente Montalbani laus. cum illo mihi de Apum naturâ sermo. de earum rege; an aculeum habeat necne, ex experimento enodatio. Vulgi in hoc error, quin et non vulgi.

SCHED. IX.

Nunquam sine admiratione felicissimorum fœtuum felicem parentem TOLETVM nostrum intuor; mi amici; Miror namq; Viros magnos Garsias Lassos, Pulgarios, Salmeronios, Ciaconios, Vergaras, Gomecios, Vtrosq; meos Covarruuias et Vargas, et inter omnes melioris naturæ delicium, humanæ prodigium, Aloisiam, Angelam Sigæas, atq; alios plures ad communem litterarum vtilitatem natos, atq; ad totius orbis (heu! fatum!) demùm denatos: ideò admirationem indignatione commisceo; quam tam in parte Levant aliquot Tagicæ arenæ thesauri, hoc est, aurei Toletanorum ingeniorum genij fulcra, quibus uera de nobis apud exteros opinio sustentatur: quibusq; *loco ipsis destinato latinè non oratoriè, uerè non amicè, tam omnem Laudem tribuo, quam omnium celeberrimis ingenijs adtribui par est. Vivant, valeant, et nos illis cum uotis pro incolumitate et vitâ Soteria debemus. Vtinam et ille, cuius humeris bona istius machinæ pars innitebatur. Vixit,

*In Elogiis VV. Inlustrium Tolet. nostris

— et quem dederat cursum Fortuna,

peregit felicissimè felicissimis illis primis adnumerandus. Cuius, quia eruditionem probabatis, verba, credo, non improbabitis. Mihi cum Alphonso de la Fuente Montalbano coniunctissimam amicitiæ necessitudinem intercessisse nostis. Unde inter sermones crebros, quibus vnà nobiscum de litteris decertabamus; incidit ille, cuius ipsum experimento et scientiâ adprimè doctum scripta de eo arguunt: ille, inquam, de apum præstantiâ, origine, cultu, arcanis ab vno se obseruatis. quo quidem, vt cum Varrone loquar

— bene cocto,

: Condito, sermone bono —

Non Vos, non eruditum quemquam defraudabo, Mira, nec multis

obuia

obuia recensuit ille, ex ipso diceretis sapientiæ penu propè desumpta. Apum Rempublicam, leges, et iura mirantur omnes: docent* Aristoteles, Varro, Virgilius, Plinius, Columella, alij. sed illud à nemine satis exploratum, habeat, nec ne aculeum illarum ductor, siue Rex, quem Magistram Hispani uocamus. de ceteris experimento scimus. de hoc non adhuc. Aristoteles habere dicit, sed illo Regem non vti; Plinius in adfirmatione uacillat, censens maiestate tantùm innatâ esse defensum; vel, si sit, nullius ei esse vsus. Columella cunctanter hisce verbis uidetur innuere de formâ regis agens [sunt autem hi reges maiores paullò, et oblongi magis quàm ceteræ apes, rectioribus cruribus, sed minus amplis pinnis pulcri coloris et nitidi, leuesq ac sine pilo siue spiculo, nisi quis fortè pleniorem quasi capillum, quem in uentre gerunt, aculeum putet, quo et ipsi tamen adnocendum non vtuntur.] eadem sentit B. Basilius in Hexamer. [Regi apum aculeus est, sed eo ad vlciscendum is non vtitur. Sunt hæ naturæ quædam ueluti leges non scriptæ, vt quisquè maximè potens est, ita tardum ad puniendum esse oportere.] quæ ex Aristotelis doctrinâ desumpta lib. v. Hist. Cap. xxi. κέντρον καὶ οἱ βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνες ἔχουσί μεν, ἀλλ' οὐ τύπτουσι. διὸ ἔνιοί μεν οὐκ οἴονται ἔχειν αὐτούς.

[aculeum reges et duces habent quidem, sed eo non pungunt. quare quidam nec habere eos censent.] quò Plinij etiam ac Columellæ de hac re uerba recidunt. Seneca aliter lib. i. de Clement. cap. xix. qui aculeum ab eis prorsus abiicit, quiq inter alia, hæc de illis profert. [præterea insignis regi forma est, dissimilisq ceteris tum magnitudine, tum nitore: hoc tamen maximè distinguitur. Iracundissimæ ac pro corporis captu pugnacissimæ sunt apes, et aculeos in vulnere relinquunt. rex ipse sine aculeo est. Voluit illum natura nec sæuum esse, nec vltionem magno constaturam petere: telumq detraxit, et iram eius inermem reliquit. exemplar hoc magnis regibus ingens est. &.] quid plura? omnium in hanc rem meræ tenebræ, ex ijs mihi

* θυμὸς ἐν στήθεσσιν ἄπιστος

nec scio in contraria distractus, quò me vertam. Tu, inquiebam ego, mi senex, depelle procul lucido tuæ doctrinæ radio aliorum tenebras, et me duc in veram lucem. Tum ille excipiens. Bene cum alijs addubitasti; ego quod experimento præceptore fuerim consecutus, et labore im-

probo

* Lib v. et ix de Hist. animal. De re rust. lib. iii. cap xvi. Georg. iv. Lib xi. c. iix Hist. nat. Lib ix de re rust. Cap. x. lib. ix.

* incredula pectore mens est.

probo, breuiter exponam. in II. *Noctium mearum dialogo dixi iam ex hac auctorum incertâ in hanc rem doctrinâ prouenisse vulgi errorem; qui apum regibus spicula aut aculeos abesse autumat. Ast cum illis adnasci expertus sum. Nam cum eumdem errorem animo imbibissem inani opinionis vulgaris defluxu deiectus, tandem aliquando illis eo modo institisse sum potis. examina die nescio quo, vt probè alueos relinerem, et industriè conderem, scrutabar: et interuasa cetera quoddam iuueni, vbi plures nouæ magistræ uel reges erant. illos singillatim (ne examina in diuersas postea partes, vt adsolet, discinderentur) prehendi, et in manus cavam partem cunctos distinctè conieci: tum spicula nescio cuius altè in manum fixa persensi: vnde opinione populi ductus me deceptum fuisse facilè sum ratus, et commistum populum cum Regibus credidi, sed exploraturus, manum, et aculeum (vt mos est) cum visceribus illi relictum expulsurus; neutrum inueni. Hinc obscuritas intricatior, et maior extricandi me et scrutandi quidquid esset auiditas. quibus vt facerem satis: quamdam ex illis nuper natis magistram, experturus probè rem, duobus digitis mediæ corpusculi parti, uel (si fas sic dici) lumbis interiectis artaui. sed ecce tibi caudulam motitantem, et spiculum, vt ceteræ, exserentem. digitum sinistræ illi admouens, acumen et subdolorem (sic uocabo) tamquam ab alijs sensi; eo tamen discrimine, vt nec fixum reges relinquant, nec vbi figant, tuberet, nec etiam noceant; vnde licèt omnibus magistris innascantur spicula, et aliquandiu insint; proprio munere fungentibus, et iam exercitio et senio prouectis nequaquam adesse expertus sum. Hinc non sine ratione coniector à ceteris apibus illud abrodi, vel elici, uel (quod uerius puto) abse ipsis expelli, uel tempore inlabente labi, mutariq; illud obseruatione dignum omnium et mea vnius compertum; inde absq; dubio prouenire, vt examina, quæ Magistris Regibusuè nouis conduntur, deteriora flant: tempore namq; quo illo armati quasi incedunt, nequaquam ad fœtus eliciendos idonei: quod uel quisquis experimento uelit addiscere, facile comperiet; Ceteræ αἱ δὲ τύπτουσαι ἀπόλλυνται [intereunt quæ percutiunt, et vnaquæq; mo-
τὸ δὲ κέντρον ἀποβάλλουσα ἢ μέλυττα ἀποθνήσκει [~~moritur~~

apis

* Hunc præfixit titulum tribus voluminibus. I. de hac Apum materie II de monetarum Veterum explanatione. III de Religione Veterum. I. breui dabimus notulis nostris inlustratum. et liceret Vtinam quam plurima huius viri e vulgare quæ apud hæredes prostant, diceres absq; dubio secundum fuisse vel, ut ego reor, primum Hispanorum Tostatum. Tot tantaq; elucubrata ex historiis posthuma reliquit, in Vitâ nihil edi passus.

Videnda Nicander in Theriac.

apis iniecto aculeo;] vt ait Aristoteles lib. IX. hist. anim. et vt eleganter Virgil. IV. Georg.

—spicula cæca relinquunt
= affixa venis, animasq; in vulnere ponunt.

aliter in Rege. Regem enim dedecet per se ipsum supplicia imponere, quem collatio beneficiorum, et suppliciorum per alios inlatio solùm conciliat: Nam [melius beneficijs imperium custoditur, quàm armis,] ait noster sophos. Hinc amore in eum ducta [Regem suum sequuntur,] vt inquit Varro, [quocunq; it, et fessum subleuant, et si nequit uolare, subcollant, quòd eum seruare uolunt;] et vt Didymus in Geop. signat συμπολαμβάνει, φέρει, διασώζει cum agrotat, aut volare nequit. ratio inter alias ex penitissimis politiæ præceptis, nam illo

Ἰανότος, ἀποτρέχει καὶ συγχέχυται τελείως:

mortuo, examen fugit, et prorsus confunditur,

Isacio Tzetze auctore. Vtrumq; noster Maro copiosè et eleganter,

— Regem non sic Ægyptus, et ingens
: Lydia, nec populi Parthorum, nec Medus Hydaspes
: obseruant: rege incolumi mens omnibus vna est:
: amisso, rupere fidem: constructaq; mella
: diripuere ipsæ, et crates soluere fauorum.
: ille operum custos; illum admirantur, et omnes
: circumstant fremitu denso, stipantq; frequentes.
: et sæpe attollunt humeris, et corpora bello
= obiectant, pulcramq; petunt per vulnera mortem.

Hi Clementiæ adfectus, aiebat ille uerè Philosophus ex ipsius Philosophiæ adytis et penetralib. Tunc ego. mira, inquam, mi Amice, et nulli vnquam uel libata refers. Fortasse et illud ad hanc rem quod in Ciceronis quæst. Academ. me legisse commemini, cum iocatur in Democriti non tam Lac Lactis, et Aquam Aquæ, mundo similes, addit [vt similia sunt oua ouorum, et apes apum.] Nam omnes adeò similes, vt nec spicula vlli desint: quæ non in cicuribus tantùm, sed et feris (vt eas uocant Caius L. v. D. de acquir. rer. dom. Justinianus inst. de rer. diuis. §. Apum. Paullus l. si apes. D. de furt. et distinguunt Aristotel.

* Seneca de breu. Vit.

Lib. III de re rust. cap. VI.

Plut VII. Politic. Xenoph. Oeconom. lib v. Dec. p. Arist. lib IX Hist. animal. Aelian. cap. XI. lib. V. Basil. Hom. IIX Hex. Plin lib XI. cap. XVII. Auct. Geop. lib. XV. Ambros. lib. v. Hex. cap. XXI.

Vid. Phil. Beroald in Apul. H. Magius lib. I. Cap. III Miscel.

lib. I cap. I. et lib. V. de hist. an. Varro de re rust. lib. III. Plin. lib. VII. cap. LVI. et lib. XI. cap. V. Columel. lib. X. cap. III. de r. r.) adesse facile esset improbari. Quid plura? probauit ille. vos, reor, ista, quia ex illo. Nam licèt

= in tenui Labor. at tenuis non gloria —

Vt in eamdem rem canit Maro.

R. P.

FRANCISCO MARTINIO S.I.

Thaleti olim meo

Quoties an quotiens; ocium an otium; dissidium an discidium scribendum? varia in hanc rem ex varijs. Persio, Corippo, alijs lux. Virgilio enodatio. Iezechiel pro Ezechiel.

SCHED. X.

En, ad te reuertor, mi Doctor iterum erudiendus; nec pudebit vnquam quidquid adsequimur, acceptum referre: debeo profectò; et, si tanti hæc mea sunt, debebunt et ipsi, quibus vsui erunt. Tu enim vnus (Bonifacij, Sanctij, Braui virorum ex tuâ Societate doctissimorum non tam auditor, quàm amicus audio) ad illa

= edita doctrinâ Sapientum templa serena,

Viam præmunijsti. Cui cum non sim soluendo, hoc saltem grati erga te animi testimonium lubitum est adtexere, vt eruditorum iudicia rectissimò in meis tuo prome gratificentur. cum his ego, si me in istis dirigas: in Persio illud

* Io: Bonif. Gasp. Sanct. Bartholo Brauus Scriptis euulgatis (quæ videre potes apud Patrem de Ribadeneira in Catal. Script. S.J. inlustrium) satis noti. Sat. I.

= Sede legis

= sede legens celsâ ——
de recitatore illo pezo
—— togâq; recenti,
agente, scriptum diuersimodè inueni in codice m.s. meo
= sede sedens celsâ ——
fortasse non malè et ab auctoribus non paucis vsurpatum. Sic Virgilius Lib VII Aen.
—— patriâq; Latinus
Sede sedens ——.
sic implenda Corripi Africani lacuna
: huic sacra capiti (imperij) facta est Sapientia concors, Lib. II. de Laud.
= quæ mihi commissum pariter regat inclyta mundum Iust. Aug.
: * * sedens vnâ ——
lego
: sede sedens Vnâ ——
hoc est vnâ eâdemq; manu imperij gubernacula dirigens, et nobiscũ
(dicebat Iustinus)
= sede sedens ——.
Verùm vulgatiorem lectionem magis adprobo; primò auctoritate veterum librorum; secundò sensu et sententiâ; vnde mirari non desino quare Casaubono vni non adriserit, vnde illi animus veterum m.s. et impressorum pariter auctoritatem derogandi; et non hanc solùm vocem, et aliam colluerit vi offendi, imò corrumpendi: cuius verba, ne hæc à nobis temerè et tumultuariò effutiri in eum, quis putet, lubens subiiciam. [Scribendum leges, et si aliter antiquæ membranæ, inquibus est, legens, simili errore, vt cum totiens, quotiens, et alia scripserunt pro quoties, toties.] Hæc ille. in quibus fœdè lapsum et miror et doleo. Miror, quia taxarat vulgatam et retinendam sine dubio lectionum. doleo, quia tam malè reprehensionem taxationem protegat, et tam futili se ratione tueatur. Vtriq; breuiter faciam satis. Primò à taxatione, vt ab eâ ad locum, vnde recessi, deueniam. Quotiens improbat, et.n. ab illo expiangendum retur; aliter ego cum doctiss. sentio. Nam quamquam (vt inquit in hanc rem Barth. Scala) minutior, mihi crede, res est, quàm quæ bona diutiùs ingenia distorqueat; tamen qui carpit, talionis, si errant, se lege adstrictum, et eâdem compensandum mensurâ profitetur: ideoq; leuem alioqui rem leuiter iudicaui discutiendam. Caper Grammaticus Sine.n. inquit, [scribenda sunt millies, centies, decies; totiens, et quotiẽs * In epist. ad Ang. Polit. lib. v. ep. ii.

cum

cum scribuntur, per.n. scribenda sunt.] Victorinus etiam Grammaticus (nam abijs hæc petenda) [aduerbia uerò cum .n. scribenda sunt, vt totiens, quotiens.] Priscianus lib xv. [à quinq; uerò vsq; ad mille ines, producta desinunt aduerbia, vt quinquies, sexties, sic reliqua; vt suprà dictum est: à quot uerò et tot in ns, terminantur, vt quotiens et totiens.] Tenuêre etiam idem doctissimi viri Barth. Scala, [illegible] epistolâ iam adsertâ ad Politianum. [idem de duobus quoq; aduerbijs dixerim totiens, quotiens: placet tibi ea scribi absq; .n. litterâ, et arbitror auctorem habere te, ac causam cur ita placet. at videbatur aliter Prisciano nobili Grammatico, idq; vsus comprobauerat.] Politianus ad Scalam epistolâ sequenti: [Totiens et quotiens defendis auctore Prisciano, ceu verò non et ipse hoc semper adfirmauerim analogiam quidem postulare quoties, toties; sicuti decies et millies. Prisciano autem auctore etiam .n. litteram in his duobus, vt in illo multotiens interponi. Nec uerò negat Priscianus et sine litterâ .n. vtrumq; vsurpari, sed et.n. ait interponi; quoniam, credo, quibusdam rectiùs ita tum uidebatur. esse autem hoc vitium seræ iam et adfectæ Latinitatis aduerbium quoq; illud multotiens testatur. quod arbitror apud idoneos non reperies. illa uerò ætas et item paullò superiùs centiens quoq; et milliens, item uicensimus, tricensimus interpositâ .n. litterâ vsurpabat: quod in pandectis ipsis archetypis Iustiniani Principis, vt erratum librarij, semper inducitur.] Hæc ille antiquitatem rei depromēs, licèt aliquantulùm dissentiat uerbis, non animo, illius memor, quod statim subiungit, Sæpe item (quod Cicero ait) [scientiam mihi reseruo, vsum loquendi populo concedo.] Io. Pierius Valerianus in illud Virgil. ec. III.

Lib. v. ep. iii.

= ô quoties, et quæ mihi Galatêa locuta est.

iam vsu, inquit, inoleuit, vt quoties ueluti millies, decies, absq; .n. litterâ scribatur: in omnibus tamen codicibus antiquis, quos euolicerim, quotiens per ns scriptum obseruaui.] Ioseph. Castalio in Satis illâ emendatâ, et adnotationibus sanè bonis inlustratâ Rutilij Galli itinerarij editione, illud explicâs

* Quod ex eis omnibus, quos vidi, possum et ego confirmare præsertim in M.S. bonæ notæ, quem in Bibliotheca inlustris. Comes Arabuli Vidiue contigit nuperrimè. sed an sit vox latina quid quærendum cum Laur. Vallâ non esse ineptè blaterante?

ex lib. I.

ex lib. 1. vers. v.

: ô quater, ô quotiens non est numerare beatum!

quotiens scribit, et per tertiam addit, et quinctam semiuocalem scribimus. Vt habent lapides et libri m.s. Nam adeò uterum tum librorum, tum marmorum consuetudo haec constantissima est, vt reliqua quoq; aduerbia contra etiam Prisciani sententiam per.n. et.s. scripta passim inueniantur, cuius rei confirmandæ gratiâ testimonio lapidis uetustissimi, quem ad vrbem in vineâ viri ornatiss. Sangalleti, et Legit et scripsit, vtitur:

IN HOC
POMARIO
GESTATIONIS
PERCIRCVITVM
ITVM ETREDITVM
QVINQVIENS
EFFECIT PASSVS
MILLE.

Hactenus et illi litterarum proceres, quorum auctoritate nostram firmari, et Casauboni debilitari quis non uideat? nec audiendi qui.n. expungunt à quotiens et totiens, vti à milliens, centiens (seu coniunx et seiunx [quæ sine n. putat Nisus] apud Velium longum) [esse scribendum, quoniam genitiuus casus faciat coniugis et seiugis.] sed Velio [uidetur non euellendum hanc. n. qua sonus enuntiationis insistit.) et fidem lapidibus Capitolinis et alijs ueriss. abrogat non inspectâ Capri, Victorini, Prisciani, et Rationis ipsius ratione; sine quâ nullo modo id obseruassent. Secundò (vt promissum exsequar) vulgatam lectionem confirmabo. et legens Lego: explicoq; eo modo, quo Virgilium in illis

: obseruant quæ signa ferant, quò tendere pergant
: Pascentes illæ tantùm prodire uolando
: quantùm acie possent oculi seruare sequentum.

de columbis loquentem, quæ Æneæ adparuerunt: vbi multis dubitationis causa fuit, ne dicam in poëtam summum reprehensionis, qui columbas pascentes simul et uolantes induxerit: sed quam ad hunc locum uarient enarratores non est huius loci disquirere,

illud

* Lib de Orthog.

Cap. 11 Orthog. è varijs collect. a Cassiodor.

* Lips. in Dial. de Rect. Lat. Serm. pron. Politian. in verb. adsertis.

VI Aeneid.

illud tantum adseram ibi Pascentes substantiuè poni, hoc est, aues; sicuti in Ouidio adnotauit Nebriss.

= misitat omnis amans ——

Lib. IV Gram.

rationemq3 addit Grammaticalem, et nec teneriusculis puellis ignotam: ad cuius amussim interpretor in *Persio

Vide me in Comment. ad hunc locum.

= sede legens celsâ ——.

in uoce hac otium an ocium ambigo. tu expedi: sic et negocium, hoc est nec otium: in queis multi dubitant. Pierius ocium mauult ad illud

* Vt ait Festus in hac Voce.

= Parthenope studijs florentem nobilis oci.

IV. Georg.

ex lib. Romano. Hunc sequitur Muretus in illud à se emendatum Terentij in Heautontimerumenon

= dissolui me ocius, operam vt tibi darem,

et alibi

= nos ociosi operam dabimus Phædriæ.

cum autem in primo legeretur

= dissolui me ocyus operam vt darem tibi,

quem conrexit, et inuenit Pierius in Rom. lib. et altero Bernardini Lauredani. sed ad ocium. cum antea per. t. scriberet Muretus auctoritate Pierij, per c. deinceps scripsit. et duûm Terentij cod. et vno Sallustij antiquiss. Paullus Magnolus in conlatione Librorum Ciceronis de officijs inuenit semper per. c. vtrumq3 nomen; vt et Muretus in alijs Cicer. libb. Aldus in Orthograph. hæc. [otium cum t. libb. vetores et Q. Papirius Grammaticus his uerbis; in his syllabis sonus litteræ I immistus inueniri tantùm potest, quæ constant. t. et. i, et eas sequitur vocalis quælibet, vt Titius, otia, Iustitia, et similia; cuius ego sententiam sequor lubentiùs, quàm eorum, qui inducia et ocium cum. c. scribunt Donati auctoritate adducti, eum enim scripsisse dicunt inducia dicta, quod inde ocium, quod non adfirmo, potuit enim indutiæ, quòd inde ocium; quod sententiam meam confirmare uidetur.] Hæc ille. Donatus in illud Eunuchi

= suspiciones, inimicitiæ, inducia.

inducia, inquit, [sunt pax in paucos dies, uelquòd in dies dentur, uelquòdim dies ocium præbeant.] si hoc illi adrisit, ergo uel vsitatum tempestate suâ,

uel

uel sibi placitum includit Muretus. Augustinus* Dathus ocyum scribit, nam ociumdictum uolunt, quòd non ocyus sit, sed tardum: namo cys uelox Græcis, et ocymum Leguminis genus à celeritate nascendi; ita& dum hæc destruere conatur Dathus, ineptit (vt vellicat* Sanctius otium scribens) Philosophans nescio quid de uitâ contemplatiuâ et actiuâ, quòd in ocio celeriùs moueatur mens; vnde à celeritate mentis uocat ocyum. quàm ineptè quid pluribus? ineptire. ego in uetustis codicibus manu exaratis tam longobardicis, quàm latinis litteris, quos in bibliothecâ Toletanæ Ecclesiæ videre contigit, semper [quotiens, totiens, ocium, negocium,] me legisse probè memini. Veluti et discidium pro dissidio in omnibus exemplaribus Tertulliani præsertim, Cypriani, et Arnobij: quæ planè consentiunt cum illis, quæ ex Cypriano viderunt Morellus, Manutius, et Pamelius, vbi discidium constantissimè à discindo non dissidium à dissideo legebatur, vt in Tertulliani lib. de Præscriptionibus aduers. Hæret. sic et legendum docuit Obertus Giphanius in Arnobij lib. V. initio, vbi vulgo [cum dissidio partium fluit sanguis immensus.] sic se inuenisse Theodorus Canterus ibidem testatur. in Glossario ueteri discidium διαχωρισμὸς χήρου· et alibi, [discidium, diuortium dicit] (fortè legendum fecit) διάλυσις γάμου· vt in alio Glossario διάλυσις γάμου [diuortium, discidium, repudium. in elegijs Maximiani falsò Corn. Gallo tributis illud ex fine tertia

: dissidij ratio vita pudica fuit.

emendandum, et discidij legendum reor cum Theodoro Pulmano id opinante; cui illud Lucretij ad fine est lib. I. de nat. rer.

: discidium parere——

et : discidio redeunt in tempora materiai.

obseruatum à Lambino in tribus m. s. vt exscidium à uerbo exscindo, quo vtitur Virgilius lib. III. et VII. Æneid. sed quod mireris lezechiel pro Ezechiel in eisdem reperi, adnotatum ante à Pamelio in Cyprianum, et nominatim in m. s. Commentar. Hrabani. quod et cum Hebræo, Græco& consentit יְחֶזְקֵאל et LXX Ἰεζεκιὴλ quod et in Isaiâ etiam notat Pamel. se inuenisse lib. de Lapsis.

* In Antipbras.

* in II Parad. in Gramm. antiph.

in Cyprianum

quæ quidem cum ab aliis addubitata uel sparsim, et leuiter adnotata scirem, in unum quasi fasem conlegere libuit; ut uel illos confirmem, uel a te, Vir doctissime et religiosiss., quid sequar, addiscam.

DECAS SEXTA

HORARVM SVBSECIVARVM

AD

AMICOS, DOCTOS, NOBILES

DECAS SEXTA.

HORARVM SVBSECIVARVM.

AD

AMICOS, DOCTOS, NOBILES.

~~Petronio~~ Iuvenali, Livio, Caesari, Plauto, Plinio
Iunioni, Arnobio, multis apud Omnium
Scriptoribus, Legum Visegottorum
Latori.

SCHEDIASMA. I. D. Petro Salazar de Mendoza V. CL.

Francisco Bravo de Acuña. II. D. ~~Io. Fonseca de Figueroa V. perinlustri.~~

III. Balthasari Ansidæo V. CL.

IV. D. Alphõso Carrillo V. N.

V. ~~D. Alphonso Guillen de la Carrera I. C.~~

Lud. Trib. Ant. de Rojas VI. ~~Ludou. Tribaldo Toledo, Ant. Rojas.~~

VII. D. Christophoro Vannetten V. N.

Hieronymo de Cevallos IIX. ~~Alphonso et Eugenio Narbonis~~ I. C.tis

IX. ~~Iosepho Perezio, Petro Diazio de Riuas.~~

~~D. Diego Alcamuñon~~ X. ~~DIDACO VAZQUEZ MUÑOZ~~ I. V. C.mo

D. PETRO SALAZAR DE MENDOZA V.CL.
Canonico Toletano.

Petri Castellæ Regis iusta Seueritas Laudata.
Pro hac aduersus eos, à quibus Crudelis adpellatur immeritò, Apologia.

SCHEDIASMA. I.

Aliquid etiam in varia hac miscellarum rerum serie Patriæ dandum, quam iri illustrandum modis omnibus et vellemus et conamur. votum hoc nostrum in primis votis; ast

: Si desunt vires, tamen est laudanda voluntas.

verùm illud, si quid agimus, agamus. Prima et quasi vna historiæ lex est ita ab effectibus immunem Historiam esse, [nequid falsi scribere audeat, nequid veri non audeat, ne quam in scribendo suspicionem gratiæ, ne quam simultatis ostendat] Tullij scito; [historia siquidem non ostentationi, sed Fidei Veritatiq; componitur] Plinij monitu. Thucydides Græcâ

— primus in Historiâ

exemplo est, qui vel in exsulium eiectus à suis Atheniensibus, instigante Brasidâ et infestante Pericle, tam suus semper exstitit vt nec irâ nec odio vnquam in historiâ raro et primo exemplo succubuerit. Aliter illi, quorum industriâ res à Petro Castellæ nostræ rege gestas conscriptas legimus; Crudelem immitemq; ac inexplebili humani sanguinis desiderio inhiantem illius nobis animum repræsentant, et quæ prudenti seueritati deberent adtribuere, innatæ ferociæ dant. Quæ à nostris scripta nostris non parum, exteris impendiò imponunt, quorum nec tam fauens adfectus, nec tam diligens obseruatio. Tam in Regis huius plusquam Neronianam Crudelitatem altùm declamant qui de illo scripserunt, vt vel mitissimi temperantiæ metas transilire uideantur. Franciscus Petrarcha eruditi ac temperati ingenij vir non Crudelitatis tantùm notam, sed et hæreseos Regi vero iustitiæ amatori incautus inurit: quem secutus V.CL. Thomas Bozius eamdem illi labem Vvitizæ Rudericoq;

com-

II. de Orat. Gast. lib. IX.

Marcell. in vit. Thucyd.

lib. de vit. sol.

lib. XII. de sign. Eccl. cap. XI.

lib. IV. de laud. Hisp. vir.
lib. III. de Reg. Hisp.
in Chronic.

communem adspergit, et [scelestissimum à cunctis dicit scriptoribus nominari]. Lucius Marinæus Siculus [nota crudelitatis accusari a multis] etiam prodidit. Michael Ritius [Famâ teneri eum fauisse in necessarios atq; per interpositum fœdus in socios], refert. Io. Vasæus [Petrum cognomento Crudelem] indigetat. idem alij, sed immeritò. Scriptoribus, et rationibus res agenda est. Ea sic se habet. Duplex de hoc rege circumfertur historia, altera typis mandata, altera nondum multis visa; illa adulationi propior, hæc veritatem propiùs adtingens: quæ in omnium manibus adhuc est, auctorem præfert Petrum Lopezium de Aiala Toletanum ciuem, Virum nobilem, qui Aragonum Regis partes secutus, à Petro, quem deseruerat Regem, perduellionis reus Alpharì dictus est; quod nec ipse negat, cum Cap. VIII. Sui Chronici anno x. Petri Regis, ingenuè fateatur nomina illorum, qui à Petro perduelles facti sunt, à se prætermittenda, quòd ira potiùs percitus quàm ratione ductus Rex id sit ausus; illosq; omnes Regio nomini ac partibus exinde fuisse auersos; inter quos cum et ipse adnumeretur, meritò ex illorum numero non reiiciendus: præterea Henrici Petri fratris, fratriq; infensissimi vexilliferi apud Tritium (Nasera hodie uocant) functus munere est illo prælio, quo Henricus Petri fortitudine fusus, eiusdem benignitate liberatus est. Quæ quidem scriptorem vulgati Chronici suspectum cui non reddant? Quæ adhuc latet, auctorem, vt creditur, habuit Io. de Castro Episcopum Mentesanum et Palentinum, qui Petrum Regem in Angliam eius filiæ Constantiæ sacellanus, et in Hispaniam Reginam Catherinam Alencastrij Ducis filiam est comitatus. Prostabat olim illius Chronicum in Monasterio ad Aquas Lupias: quod cum Doctor Caruajalius Regis Ferdinandi V. Consiliarus et historiographus, à suo rege illac cum Hispalim tenderet, transeunte impetrauit, vt illius Monasterij Monachi ei commodatò chronicon istud committi cogerentur: Fit hoc regio iussu: et Caruajalij manu chirographo apud ipsos retento, quo apud se esse testificabatur, Caruajalio mortuo ab Hæredibus

Histo

Historiam repetierunt suam Monachi: acceperunt, sed non illam pu-
ram putam Io. de Castro, sed eamipsam, quam vulgò habemus,
scriptam tamen vt facilius Monachos falleret, manu; quæ vel
adhuc in Monasterij bibliotheca non animaduertentibus viris pol
bonis adseruatur: itaq; vel à Caruajalio dum viueret, exstincta,
vel ab illius hæredibus post mortem suppressa est. Auctorum vtriusq;
ex auctoribus confirmanda veritas est. Hispanos Hispanè profe-
ram, quid mirum in re Hispanâ? id mirum si in nostra exter-
nos sequeremur. Primus è nostris vetustus et bonæ notæ Historio-
graphus GRATIA DEI, cuius verba aliorum verbis quasi
commentario inlustrabo. Eccilla [Cosa es digna de ser entendida
vique no passe en dissimulacion el agrauio que los historiadores hi-
cieron al buen Rey Don Pedro, que por culpa dellos el mundo le llama,
el cruel. delqual entiendo breue mente decir, de sus descendientes.
Los historiadores, las mas vezes, maiormente los de acá, caen en vn
yerro notable i, daño so, que en las cosas quetienen alguna antiguedad,
por no trabajar en buscar i, inquirir La verdad, se contentan en se-
guir en sus historias al primero que hallan auer escrito algo delo
que tratan, sin aueriguar la racon que tuuo para escriuirlo, o si
tuuo afficion para decir, o callar La verdad, siguiendo en esto la cos-
tumbre de las ouejas, que sin mirar, va vna tras otra. Esto acaesció
en la historia del Rey Don Pedro con gran daño de su honrra i, esti-
macion. Porque como el que escriuió al principio su historia por
ser pagado, i, y aun compelido del Rey don Enrrique el segundo la
escriuiere tan cruel, tan sin racon, tan sin causas ni ocasiones a hacer
las justicias que hico; siguiendole despues todos los que han escrito,
sin mirar ni aueriguar mas, escriuen lomismo. De do ha venido a
derramarse i, confirmarse esta opinion de cruel por historiadores de
todas las lenguas, de manera que el mundo tiene aeste rey don Pedro
por hombre cruel, tyranno, sin piedad, i, casi diferente i, contrario a
toda condicion humana i, tal con quien sin gran peligro i, riesgo
de la vida aun los mui queridos i, allegados no podian tratar: como
se podra decir de vn osso, o Leon, que quando mas seguro esta el q̃
lo crio, regalo, le mata: Siendo todo mui al contrario en este

rey

rei don Pedro, por que fue muy buen Rei y de gran coraçon y animo, amador de Justicia i y preciabase de saguardar i mantener. Gouernaba su reyno con mucha prudençia, aunque empeço a Reynar de poca edad: fue de mucha clemencia i piedad, i y las Justicias de muerte que hico, con tan bastantes causas, que otros reies publicados i tenidos por muy mansos i clementes, si las tubieran, pasaran mas adelante que este rei passo en la Justicia. antes el perdonar tantas veces a sus hermanos fue causa, que despues le viniesen a matar i tomar el reyno, como le mataron i tomaron.] sic alter ille, quem vulgo [el Despensero maior] vocant; quiq in Regina Eleonoris Io. 1. Vxoris prima ministerio, in Chronico illius temporis de Petro Rege sic inquit, [segun que mas larga mente se contiene en la Chronica verdadera deste rei Don Pedro: por que ay dos Chronicas, vna fingida por se descul-par de la muerte que le fue dada &c] cui succinit alter Toletanus, qui in bibliothecâ Toletanâ adseruatur, Hispanica-rum rerum Rapsodus, vbi de hoc rege [Algunos le llaman el cruel, i en la verdad el hizo matar algunos vullicios, porque no se burlasen con el, como con el rei su padre, i como hicieron con los otros reies sus progenitores; Mas como caio la Chronica en poder de sus enemigos i amigos del Rei don Enrique su hermano, como quien auia leido el Psalmo de Placebo Do-mino &c escriuieron a su gusto mas de lo que fue. Mas pues un tertigo solo no haze fe, aun que sea Caton, pasare en esta Chronica con lo commun.]. Clariùs poëta antiquus in Regum Castella epilogo.

El gran Rei don Pedro, que el vulgo reprueba,
por serle enemigo quien hico su historia,
fue digno de clara i famosa memoria,
por bien que en Justicia su ma no fue seua;
No siento yo como ninguno se atreua
decir, contra el tantas vulgares mentiras,
de aquellas locuras crueças, e iras,
que su muy viciosa chronica prueba.

No curo de

No curo de aquellas, mas yo meremito
al buen Juan de Castro prelado en Jaen,
que escriue escondido por zelo de bien
su Chronica cierta como hombre perito.
Por ella nos muestra la culpa, delito
de aquellos rebeldes, que el rei Justicio
con cuyos parientes Enrique emprendio
quitarle la vida con tanto conflito.
Pues sumo los Reyes preclaros, no quiero
caer en la culpa de malos Jueces,
que priuan la fama de buenos avezes
Juzgando por malo, lo que es valedero,
Don Pedro en Castilla por ser Justiciero
mató ciertos grandes asi inobedientes
contrario al Juicio vulgar de las gentes
vsó de la regla del Justo y severo.

Sic in Palentinâ (vt Vulgo dicunt,) historiâ, quam Archidiaconus Alarconij et Canonicus Palentinus fol. cxxix. signatè [este obispo Juan de Castro fue primero obispo de Jaen, el qual escribio la Chronica del Rei Don Pedro, no esta que anda publica, mas otra que no parece, por que, segun dicen, no pintó alli al rei con tan malas colores de crueldades i uicios como esta otra: creese que aquella se escribio, por que assi cumplia a los principes de aquel tiempo.] Bene. nunc noster historiographus subtemen exorsum prosequatur [i para que esto mejor se entienda, sabed que el conde don Enrique Tocano hermano bastardo deste rey don Pedro, despues que mató en Montiel al rei don pedro i se alcó con el reyno, como el hecho fuese tan cruel, tan feo, tan tyrannico, temio que las gentes, el reyno, el mundo se auian de leuantar i venir contra el, por ser cosa natural i propria condicion de mal hechores temer, por que la consciencia les acusa i representa ser aquello que temen cosa hacedera, i que puede ser: i para colorar i remediar este hecho, i que no fuese de las gentes tan abborrecido, i tuuiese alguna desculpa, hico con gran diligencia escriuir la historia deste rey, i que la pintasen

en

en ella tan cruel i tyrano como oi se vee, i en fin hecha a su propósito, quitando las causas i raçones que tuuo de hacer justicia, mesclando algunas verdades con muchas mentiras, passando en dissimulacion i callando lo que era tan notorio que entonces no se podia negar. Hizo hacer desta historia gran numero de traslados, derramandolos por prouincias i reinos, para que entendiendo auer sido el rei don Pedro tan cruel i malo, esto ablandase i mitigase parte de la indignacion que las gentes contra el que le mató podian tener de hecho tan desmesurado. Mas dios nuestro señor que no quiere que las cosas queden ocultas, permitio que uuiese algunas personas, que aunque escondida mente i con temor escriuiesen la historia verdadera del Rei don Pedro: i asi es sabida de pocos.

Pues es asaber que el Rei don Alonso padre del rei don Pedro tuuo muchos hijos bastardos, que antes que nasciese el rei don Pedro, eran ia hombres: a los quales el Rei don Alonso amaba tanto, que del amor que les mostraba juzgaban las gentes, holgara de dexarles, si pudiera, el reino, ide no tener hijo legitimo que se lo estoruase: i ia que esto no podia ser, procuraba acrecentarlos, dandoles estados: i para hacerlos mas queridos de los del reino, ordenaba que todas las mercedes, que hacia, saliesen hechas por mano destos sus hijos, i a su suplicacion i ruego: especialmente de don Enrrique Lozano conde de Trastamara por ser el maior i ia casado: i desta manera se puede casi decir que estos hijos bastardos, en vida del Rei don Alonso gobernaban el reino i todos los caballeros i grandes hombres del, dependian de ellos, i a todos tenian obligados: de que tenia gran pesar la reina doña Maria muger del rei don Alonso, i madre del Rei don Pedro; i les tenia odio, asi por esta causa, como por doña Leonor de Guzman madre de algunos dellos, que era viua.

Muerto pues el rei don Alonso, sucedio en el Reino su hijo el rei don Pedro siendo de edad de quince años: i todos los del reino i los hermanos bastardos del Rei le juraron por Rei i señor i como estos sus hermanos fuesen ia hombres i apoderados (como esta dicho) en el reino i el Rei don Pedro moço; empeçaron a señorearse del, continuando todavia la costumbre que tenian de mandar i gouernar en vida del rei don Alonso su padre i aun entonces lo hacian con mas libertad i osadia que antes: i asi pusieron casa al rei don Pedro, repartiendo entre si i entre sus aliados los mejores cargos i officios della, en mando i prouecho; de manera que al rei solo le dejaban el nombre de Rei, que en el effecto e interesse ellos lo querian ser i gozar. Por que estos hermanos del rei siempre desde en vida del Rei don Alonso su padre tuuieron el fin enderecado a reinar, o a lo menos

agob

a gobernar, grado, o desagrado del rei don Pedro.

El rei don Pedro, aunque era moço era de valeroso animo i coraçon; suffrio este gobierno algun tiempo, dissimulando las libertades i atreuimientos de sus hermanos: i durando esto, trataron de casarle en Francia con doña Blanca de Borbon. no fue este casamiento mui a contento del rei, i no tanto al principio que se trató, como despues andando el tiempo, por algunas cosas que se descubrieron por el rei don Pedro, que fueron causa de diuision i apartamiento que el rei hizo de la dicha reina doña Blanca, i de donde sucedieron algunas muertes.

Hæc omnia ex fide Historicorum: Quatuor annis hæc inter fratres pax constitit. Matthæus Villanus illorum temporum scriptor lib. I. cap. XL., testatur: consentit Villano Reginæ Eleonoræ obsonator fol. XXX VI. [duró assaz tiempo en que se andaban holgando i auiendo solaz por el reino el rei don Pedro i sus hermanos.] posteaq; industriâ Io. Alphonsi Albuquerquij, qui imperantem diu regem non vna ex caussa ferebat agrè, fratrum animi in Petrum ita sunt concitati, vt illum odio plusquã Vatiniano donec in vincula coniicerent persecuti prosequerentur. Audiamus Historiographum [Quando el rei fue mas hombre, no pudiendo mas sufrir la tyrannia i mando que los hermanos sobre el tenian, procuró poner alguna resistencia a sus cosas, iendoles a la mano en ellas, iellos no pudiendo dexar de continuar su costumbre, començaron a amotinarse contra el, Juntandose con la dicha doña Leonor de Guzman su madre, hacianse fuertes en sus tierras, Juntaban gentes contra el rei, tomabanle las rentas reales, trataban conjuraciones con los criados del rei i con los que mas cerca tenia de si: de manera que muchas veces el rei no tenia persona de quien fiarse, por ser los de quien mas se fiaba participantes en las conjuraciones i tratos, i esto muchas veces. Lo qual descubierto i venido a noticia del rei don Pedro, a unos castigaba i otros huian, i a otros perdonaba, i toda via el rei procuraba llegar a si a sus hermanos i los perdonaba: mas como ellos tenian el fin, a mandar o reynar, i ser libres, nada que fuese fuera desto les contentaba, porque luego tornaban a leuantar bullicios i alianças secretas contra el rei, especialmente con los que el rei tenia mas a sulado (como está dicho) representandoles las obligaciones, en que les eran, del tiempo del rei don Alonso su padre, prometiendoles otros interesses para atraherlos a su con-

jurá.

juracion, la qual descubierta, attenta la calidad de los delitos, i recaidas en ellos, fue forçoso al rei hacer justicia de los culpados.

Manifiesta clara mente la mucha clemencia del rei don Pedro i la obstinacion de sus hermanos, que conosciendo el rei su mala intencion i ingratitud, despues desto auiendose conjurado i leuantado contra el en la villa de Toro, donde tenian exercito formado, de gente de pie i de caballo estando el rei en Tordesillas, hacian correrias hasta llegar a vista del Rei, i entendido que el rei llegaba gentes i le acudian cada dia para ir sobre ellos, temiendo lo que les podia suceder, si el rei los cercase, fingieron vna traicion, tomando por medianera a la reina doña Maria madre del rei don Pedro, que estaba en Segouia; diciendo i haciendole entender que ellos querian venir a la merced del rei, i les pesaba de lo que hasta alli auian hecho en sudesseruicio; i la Reina vino al rei a Tordesillas sobre esto, i el rei no la queria creer. Al fin tanto le persuadio la reina su madre, que el rei condescendio en quererlos admitir i perdonar. i assi aplaçaron dia para venir a vistas con el rei en el campo entre Toro i Tordesillas. i venidos todos los hermanos del rei i los demas caballeros, que con ellos vinieron, demandaron perdon al rei, i el rei los abraço, i con lagrimas los perdonò, i dixo que dios los perdonase, i se fue con ellos desde alli a Toro contra la voluntad de los caballeros que iban con el rei, que le aconsejaban no se fiase dellos: i con todo eso el rei quiso ir con ellos a Toro, donde estaban la reina Maria, i la reina doña Blanca: i entrando por la puerta de la villa que dician de Morales, prendieron al rei i a los que con el iban haciendoles malos tratamientos de obras i palabras delante del rei con grandes desacatos, i tuuieron al rei preso quatro años, haciendole firmar al rei todo lo que querian, conjurados i juramentados todos de nole soltar, i tenerle siempre preso: i por esto repartian entre si cada vn dia la guardia del rei con mil hombres de armas, i si alguna vez daban licencia al rei de salir a caça de raposos, ribera de Duero, era con la dicha guarda hasta que don Tello vn dia acabo destos años, que le cupo la guarda, auiendo lastima del rei su hermano, le soltò i se fue con el. Estas cosas i otras compelieron al rei a hacer la Justicia que hizo, i ellos continuaron su mala intencion perseuerando en ella, hasta q̃ le mataron i tomaron el rein

Coprosiu

Copiosiùs hæc et distinctius ille, quem sæpe aduoco, Eleonoræ Reginæ obsonator in hunc modum [A caescio que vndia copo laguarda adon Tello su hermano, e el rei don Pedro sintiendose opresso e contra su voluntad segun su coraçon, de estar tanto tiempo como auia estado: fabló al dicho don Tello su hermano en poridad, rogandole que le diese lugar como el se fuese de alli, pues en su mano era, e que ledaria la villa de Aguilar del campo con todas las Asturias de Santillana, e el señorio con toda Viscaia, que serian todos mas de setenta mil vasallos, e que regiria e gouernaria sus reinos, e señorios. El dicho don Tello le respondio que el no lo podia façer, porque todos tenian fecho pleito homenage de no lo soltar sin consentimiento de todos; i el rei don Pedro le dixo que el como rei le alçaba el pleito homenage e que le faria pleito e homenage de le no quitar los dichos lugares en toda su vida e que ledaria cartas dello: e tanto le afincò que selo ouo de otorgar. e amos ados se fueron para vna hermita, que es cerca del rio de Duero, adonde andaban a caça e porque llouia por entonces se entraron en ella: e alli escriuio el dicho don Pedro de su mano la dicha merced de los lugares susodichos, e el pleito homenage homenage con vnas escribanias e vn pedaço de papel que les dio vn secretario del dicho don Tello. El luego que esto fue fecho, mandaron ir a toda la gente de armas de la guarda tras vnos cerros pequeños que ende estaban e cabalgaron en sendos caballos e pasaron el rio Duero anado con grande peligro, porque entonces venia mucho crecido: e non curaron de ir a la puente, por no ser descubiertos: e començaron de aguijar contra Castronuño, e alli dexaron los caballos e tomaron otros: e otro tanto ficieron en Arcualo: e assi fueron en esa misma noche puestos en la ciudad de Seguouia: e como este rei don pedro se vido en Seguouia, luego escriuio cartas a todas las ciudades e villas de sus reinos recontandoles lo que le auia contecido en Toro, e como sus hermanos e la reina doña Blanca de Borbon su muger lo tuuieron opresso tanto tiempo, con esfuerço e fauor de algunos grandes caballeros de sus reinos. Porende que reuocaba las cartas que le auian fecho firmar contra su voluntad durante la dicha oppresion: e que doliendose del como de su rei e señor natural, le quisiesen todos aiudar: que el entendia de los punir i castigar: e que el mandaba que todos los omes de beinte años arriba, e de sesenta años ajuso, todos se viniesen para el luego. E como las cartas fueron llegadas, vinose mucha gente, assi de pie como de caballo, de vnas partes e de otras de sus reinos: e el mouio contra Toro; e como esto supieron el Conde Lozano se fue para Galicia a su condado de Trastamara, e del temor que

tenia del dicho rei don Pedro, no oso parar en todo el reino: antes se fue por mar fuera del. E el Maestre don Fadrique se fue para su maestrazgo, e comenco a bastear sus fortalecas, e todos los otros condesi caballeros se fueron fuiendo, que ninguno no quedo en Toro con las reinas.] Iterum Gratia Dei. [No menos racontuio el rei don Pedro de hacer la justicia que hico del Rei Bermejo de Granada: que auiendole hecho Rei de Granada, i auiendole de reconocer vasallage, queriendose el rei don Pedro ir a la guerra de el Reino de Aragon, le prometio seguro para todo el reino del Andalucia; i despues estando occupado el rei don Pedro en la dicha guerra de Aragon, el rei Bermejo pospuesta la obligacion que al rei don Pedro tenia, i la fe i seguro que auia dado al reino del Andalucia, entro en ella que estaba desapercebido, tomando, robando, talando todo lo que hallo, leuando gran numero de christianos captiuos: i fue tanto el daño que hico que forco al rei don Pedro a dexar la empressa de Aragon, q estaba apunto para ganarla, i quedarse señor del, por venir a socorrer al daño que el rei de Granada hacia. i aun visto que el rei de Granada auia quebrado su palabra, fue aconsejado el rei don Pedro en consejo de hombres letrados i de guerra, que el rei podra hacer otro engaño al rei Bermejo, haciendole venir de qualquier manera que fuese, tomando emienda de la maldad que contra el i su reins auia cometido: i que en esto no hacia el rei don Pedro cosa que no debiese i pudiese hacer; pues por guerra no podia tan presto effectuar la emienda de la traicion en que el rei Bermejo auia caido.] At de Fratre Fadriquio et Maria matre [La muerte del Maestre don Fadrique hermano del rei don Pedro tuuo dependencia i causa del casamiento de la dicha doña Blanca de Borbon, y la aspereca que tuuo con su madre la reina doña Maria dio ella grandes causas i occasiones al rei don Pedro, para estar sentido de su madre. pues su hermano el rei de Portugal la hizo morir auiendose ido allá.] alias harum rerum causas adnectunt obsonator ipse, Guterrius Diaz de Gue Gomez in histor. fol. DXI. et Toletanus Rapsodus CCC XIV. qua in omnium ignominiam, itaq; illis super se debo. Pergit Historiographus [La muerte de la reina doña Blanca, ella murio de su enfermedad i el apartamiento fue descontento que el rei tuuo deste casamiento: que fue harta parte para perseuerar en la amistad de doña Maria de Padilla.] distinctius Toletana Historiarum summa fol. CCCXXII. [es cosa de notar, que siendo doña Blanca de Borbon hija del duque, parienta cercana del Rei de Francia, si la trataba tan mal el Rei don Pedro que

esta

esla causa q̃ el Rei de Francia i su padre no hicieron demonstracion para su remedio; queni el Rei ni el Papa, ni sus Legados ai memoria que tratasen dello, que es imposible si fuera uerdad el mal tratamiento, dexaran de voluer por su sangre]. Qua aperte pugnant cum vulgata historia, eiusq̃ auctorem mendacij conuincunt, et Veritatem, quam defensum imus, confirmant strenue. Progreditur. [Las muertes de criados i personas fallecidas del rei tuuieron dependencia de las conjuraciones i alianças secretas que el rei don Pedro descubria que trataban contra el. Ivale forçado hacer justicia de los culpados. i los robos que don Samuel Leui su thesorero hico en la hacienda de el Rei; iel negarlo siendo cosas notorias iaueriguadas fue causa para que el rei se indignase contra el, ihiciese justicia: como de los thesoreros, que despues de muerto el dicho don samuel parecieron, se justificò la dicha muerte.]

fidicularum, dum iure torqueretur, vi spirasse Samuelem istum ait obsonator fol. L. Noster iterum [A doña Leonor de Guzman mandola matar la reina doña Maria madre del Rei don Pedro]. Summa Tolentana expressius fol. CCCI. [embiola a matar la reina a Talauera con un escudero suio, que llamaron Alonso hernandez de Olmedo] Hinc noster

[Por manera que aunque las ocasiones que el dicho rei tuuo de hacer las justicias que hico fueron causa que por justicia muriesen en su tiempo muchas personas: no fueron tantas quantas el historiador pone. Mas las que fueron con tanta justicia i causa, que ano hacerlas, caiera en falta el rei don Pedro de no hacer niguardar justicia: ilas que perdonò a sus hermanos auiendose conjurado tantas veces contra el, fueron causa de su muerte i perdicion; cumpliendose en el lo que sedice, que quien a su enemigo perdona a sus manos muere. i en resolucion este rei fue de mui buen entendimiento, gouernado con gran prudencia. Ai sentencias dadas por el que parecen cosa diuina por ser amigo de pobres: su desdicha de heredar de poca edad quedandole tantos hermanos, como le quedaron bastardos ia hombres enseñoreados del reino; i el casamiento que le hicieron hacer teniendole sujeto, i las cosas que del sucedieron, fueron las causas de su muerte i perdicion; que si esto no fuera, animo, coraçon i condicion tubo de ser tan excelente rei que pudiera ser comparado con qualquiera principe Valeroso i Sabio.

i para que conste claramente la maldad i falsedad del Historiador que compuso la historia del rei don Pedro, se trahen dos exemplos i

de

demonstraciones que no se pueden negar ser verdaderos. el primero el historiador desde el primer año que heredó, el rei don Pedro empieça a contar crueldades i muertes que hizo; siendo mui gran falsedad, por que el rei don Pedro despues que heredó, quatro años pasaron de mucha paz i tranquilidad con sus hermanos i con todos sus vasallos, andando como andubo todos estos años holgandose con ellos i visitando sus reinos, porque el rei don Pedro era moço, i podria lleuar con paciencia la tyrania de sus hermanos hasta que fue mas hombre. Demas desto al rei don Pedro tubieron preso sus hermanos tres años en Toro: en los quales aunque quisiera, no pudo hacer las crueldades i muertes que el historiador le atribuio en aquellos años. i sin esto quando el rei don Pedro fue a Inglaterra estuuo alla tres años antes que Voluiese con el Duque de Alencastre quando fue la batalla de Najera: que tam poco en estos tres años, estando como estubo fuera del reino, pudo hacer crueldades que contados todos estos años, se hallara que son diez años en que el rei don Pedro ni hico muertes ni crueldades, ni las pudo hacer. i en todos estos diez años el malo i falso historiador pinta las mas muertes i crueldades que el rei don Pedro dice que hizo.

La segunda demostracion es el testamento que hico el rei don Pedro, que siendo de edad de veinte i siete años poco mas, vn rei moço se acordase que auia de morir, i que sano i bueno ordenase su testamento tan christianamente, e con tantas limosnas e descargos, demostracion es que este rei era temeroso de Dios, i que entendia que auia de hauer Juicio i auia de dar cuenta de lo que en este mundo mal gobernase: i que siendo esto asi como es, no es de creer haria las tyranias, muertes, i desafueros, que el malo del historiador le atribuie, callando las causas i raçones que tubo i le compelieron a hacer, si algunas justicias hico.]

exstat uel hodie testamentum hoc membranaceo codice scriptum manu ac plumbeo regis sigillo notatum; sed vlterius progreditur Historiographus [el rei antes que se casase con doña Blanca de Borbon quiso bien a Doña Maria de Padilla, en la qual tubo las hijas doña Isabel i doña Costança, i aiudo a querer mas a esta doña Maria de Padilla el descontento que tubo del casamiento de Doña Blanca. Doña Beatriz murio moça.]

eadem

eadem videre est in testamento, vbi Reginæ titulo Maria decoratur.
[Despues desto el rei don Pedro se casò con doña Juana de Castro, hija de don Pedro de Castro, que decian de la guerra, muger viuda que auia sido casada con don diego de Haro señor de Vizcaia, en la qual tubo vn hijo que llamaron el infante don Juan, que esta enterrado con el rei don Pedro, en la iglesia de santo Domingo el real de Madrid, como oi se vee; al qual hijo, por tener color de legitimo, no quiso el historiador nombrarle.]
Sed ex testamento Regis patet et ex historia Guterrij de Guzman. deinde
[Tubo el rei don Pedro otra hija en Toledo, que llamaron doña Maria de Castilla: la qual fue priora en S.to Domingo el real de Toledo, como oi dia se vee. i parece por vna sepultura que esta en este Monasterio.]
constat ex testimonio membranis scripto, et notariorum manu subscripto Toleti die Mercurij, xv Julij An. Mcccxciii, his verbis [Sepan quantos esta carta vieren como io doña Ines de Aiala hija de don fernan Perez de Aiala, muger que fui de Don Diego Gomez que Dios perdone, Alcalde maior que fue de T.o vez. i morador en esta ciudad, otorgo i conozco que de mi buena propria i libre voluntad, e sin premia alguna, e no induzida ni forçada ni engañada, e por el buen deudo que vos soror doña Maria mi nieta, fija del rei don Pedro que Dios perdone, e de mi fija doña Teresa, priora que sodes de las sorores de S.to Domingo el real, del monasterio de la orden de los Predicadores, en la ciudad de Toledo, auedes con migo, e io con vosco de vos, e fago vos donacion de vn baño que io la dicha doña Ines è aqui en Toledo, que dicen del fierro.]
Et in ipso monasterio sic legitur [Aqui iace la mui noble señora doña Maria, hija del magnifico rei don Pedro, que fue Monja en este monasterio. Murio a xvii dias de Septiemb. An. de Mcccc xxiv.] et ibidem Tharasia eiusdem matris epitaphia inscriptio [Aqui iace la mui noble señora Doña Theresa de Aiala, monja deste monasterio.] sic aliud eiusdem matris Tharasia filiæ D. Didaci Gomez de Aiala, et D. Agnetis de Aiala; obiit vltimo August. An. Mcccc xxiv. Hinc noster
[i tubo el rei don Pedro otros dos hijos en otras mugeres, al vno llamaron don Sancho, i al otro don Diego. De los descendientes del infante don Juan i deste don Diego diremos en particular, porq el don Sancho no tuuo hijos.]
perijt vterq; Sarabri, vnde translatum Toletum ad monasterium S. Dominici Regium, vbi vno eodemq; sepulcro vterq; clauditur hac epigraphe [aqui iacen los mui nobles señores don Sancho i don Diego ohijos

del

del magnifico rei don Pedro, los quales fueron sepultados en su monasterio a xxiv de diciemb. de MCCCCXLVIII. sed notatione dignum Vtrumq; ab infantia vinculis ab Enriquo compressum: Sanctius illis constrictus non obijsse dicitur sed abijsse, quia à multis inter Beatos adnumeratur; Didacus illis liber. II. Februar. An. M.CCCCXXXIV. sic in chronico D. Joannis II manu scripto, quod in bibliotheca Academiæ et Collegij nostri D. Catherinæ Toletani adseruatur; et in excusso An. XXIV. Cap. CCXLII. fol. CXXXV. Gratia Dei iterum [El Rei don Pedro, viua doña Blanca de Borbon tratò (como està dicho) de casarse con doña Juana de Castro hija de don Pedro de Castro, Viuda, que auia sido casada con don diego de Haro, nieta de don Diego de Haro, señor de Viscaia, diciendo como decia el rei don Pedro a los parientes i deudos de la dicha doña Juana (que lo contradecian por ser casado) que era libre para poderse casar, por no auer sido valido el casamiento que hiço, con la dicha doña Blanca de Borbon, por las causas e impedimentos que el alegaba; los quales se offrecio aprobar i probò delante de los obispos de Salamanca i Auila, a quien hiço Jueces de esta causa, estando el rei en la villa de Cuellar: i estos obispos sentençiaron ser libre el rei para poderse casar con la dicha doña Juana de Castro, i con esta sentencia los parientes de la dicha doña Juana Vinieron en el casamiento; i el rei se casò i velò en haz de la iglesia con la dicha doña Juana de Castro el año de M.CCCLVIII. velòlos en Cuellar con toda solemnidad el obispo de salamanca. Dio el rei don Pedro a doña Juana de Castro la villa de Dueñas i la de Castro Geriz i desde ai adelante se llamò reina. Algo deste casamiento diçen las historias fingidas que andan; aunque callan que de esta doña Juana de Castro tubiesse el rei don Pedro hijo, como le tubo; al qual llamaron el infante don Juan, que aunque este rei don Pedro tubo los otros dos hijos, que tubo, don Sancho i don Diego; a ninguno llamaron infante sino al don Juan por el casamiento dicho. Esta doña Juana de Castro se recogio i murio en Galicia, donde era natural; està enterrada en la iglesia de Santiago con titulo de Reina puesto en la piedra de su sepultura. Fue esta doña Juana de Castro hermana de don Fernando de Castro,

de donde

de donde descienden oi los de la casa i linage de Castro: el qual i todos sus deudos siguieron siempre la parte del Rei don Pedro. i este don Hernando de Castro se subia a los pulpitos a persuadir al pueblo que siguisse la parte del rei don Pedro como a su rei legitimo i natural: i despues de muerto el Rei don Pedro jamas don Hernando de Castro quiso jurar al rei don Enrique el bastardo que lo mató. i assi se fue a inglaterra dexando a sus hijos su estado, donde murio. i le pusieron en su sepultura: [Aqui iace don Fernando de Castro, que solo el en Castilla i Leon fue leal a su Rei natural.] como dice don Gutierre dias de Guemes en la historia que escriuio de la vida hechos i successos del conde don Pedro Niño. i alli dice que el abuelo deste Conde don Pedro Niño que se llamó don Pero fernandez Niño, que tenia su assiento en su casa de Villagomez, siguio tambien siempre el partido del Rei don Pedro.]

El Año de mil i trecientos i sesenta i quatro; el rei don Pedro viendo q̃ el Conde de Trastamara don Enrrique su hermano, se auia intitulado Rei de Castilla, i venia contra el con exercito i que no le acudian los del Reino a sus llamamientos, salio de Burgos i vino a Toledo, donde tanpoco le acogieron, antes salieron trasel i le robaron parte de su recamara; llegó a Sevilla, donde tambien se leuantaron contra el. visto esto, determinó recoger todo el dinero i Joias que pudo, i dos hijas suias (que la otra tercera hija era muerta) i al infante don Juan su hijo i dela dicha doña Juana de Castro, i se fue a Galicia, i desde alli se passó a Inglaterra, con intento de affectuar el casamiento, que tenia tratado de casar la maior de las hijas, llamada doña Costança, con el duque de Alencastre, hijo segundo del rei de inglaterra. por que el principe de Gales hijo del rei era casado. i llegado a Inglaterra se effectuo el dicho casamiento de la dicha doña Costança con el dicho Duque de Alencastre. i a la hija segunda casó con Monsiur de Aimon, otro señor de Inglaterra hijo III del rei; Señor mui principal de aquel Reino. Despues desto el rei de Inglaterra passados tres años que el rei don Pedro alli llegó, determinó de dar aiuda al rei don Pedro para que tornase a recobrar su reino, i entre otra gente le dio onçe mil hombres de acaballo sacados de Inglaterra, i del ducado de Guiana, que era entonces del rei de Inglaterra: i esta

gente pagò el rei don Pedro de los dineros i Joias que lleuaba vinie-
ron tambien con esta gente el principe de Gales, hijo maior del rei
de Inglaterra. i el Duque de Alencastre su ierno del rei don Pedro, i el
infante don Juan dexò en Inglaterra con sus hermanas por ser de poca
edad. i assi auiendo estado el rei don Pedro en alcançar i concertar esto
tantos dias i años en Inglaterra, vinieron primero al Ducado de
Guiana i desde alli por Nauarra llegò hasta Najara año de mili
trecientos i sesenta i siete. Donde le salio al encuentro el rei don Enrrique
con exercito: i el rei don Enrrique fue desbaratado, i el rei don Pedro
vencedor, que recobrò todo su reino, i le tubo pacifico hasta el año de
mil i trecientos i sesenta i nueue que el rei don Enrrique Voluio en
Castilla con fauor del Rei de Francia: viniendo por general de
la gente Mossen Beltran de Cleaquin, Condestable de Françia. i con
su venida tornò a rebelar lo mas del reino contra el Rei don pedro i en
fauor del rei don Enrrique.

Per-inluſtr. D. IOANNI FONSECA de Figueroa inluſtriſſ. Marchionis de Orellana F. Hiſpalenſ. Eccleſ. Canonico.

In Iuuenalè Coniecturæ aliquot, explicationes pauculæ, in aliis vel lux, vel nota.

SCHED. II.

Amicis, doctis, Nobilibus Litteraria hæc Horarum Subſeciuarum Pensa (quid morer?) debeo: soluendo non essem, ni illi ipsi pro amicitia, doctrina, nobilitate, quo minus id fieret, vel dissimulare vellent, vel supplere: quorum profectò gratiâ et fidem resigno meam, et tanto æris alieni cumulo me libero: si cui tamen verè me debitorem professus sum, Tu, inluſtriſs. Ioannes, manum iniice, me proscribe, sub hastâ conloca, Licitare. Potes, fateor, qui à triplici illa notâ τριγιγαντος, et quasi Ter-maximus, siue Ter-geminus amicitiæ, doctrinæ, nobilitatis, Hispanicarum Geryon. Amicitiam singularis tuæ humanitatis beneficio lubens experior: doctrinam tot eruditionis rarioris monumenta, quæ vel adfecta iam, vel breui publicæ vtilitati adficienda cultior eruditorũ Senatus exspectat, cui non commendent? Nobilitatem tot maiorum præclarè gesta, tot stirpis nobiliſsimæ decora, tot domus antiquiſsimæ stemmata, tot (quod dignius reor) propriæ virtutis commendationes non referunt, sed ad cælum vsq3 efferunt. In trium harum (sic adpello) Gratiarum gratiam quæ, dum in Plinium promiſsa conlego, ad te mitto, cum illis amiciſsimam salutem lectiſsimo nobilitatis flori; Cn. elegantiſsimas I. Iuuenalis Satyras libuit pellegere et ad libri oram nonnulla adnotare cursim, paruæ rei, ea sic dabo. à limine igitur;

Satyra prima;

—— quis fercula septem
secretò cœnauit auus? ——

luxuriem rerum omnium suæmet ætatis taxat Satyrographus, eamq3 cum præteritâ conferens: non hoîc de priuatis cœnis (vt omnes intellegunt) Licet priuata fuerint antiquis cœnæ, hæ enim frugaliores deberent esse; Sed hic sensus. quis vnquam antiquorum cœnauit fercula septem, cum maximè vellet genio indulgere, atq3 secretò cœnare, ne à quoquam tale dedecus inſpiceretur? duobus tantùm ferculis epulabantur antiqui; vt ait Cato apud Seruium ad. 1. Æneid. idq3 in atrio; vt bene probat Cl. Muſambertius præstantis ingenij iuuenis in

Com

Vers. XCIV.

Vid. P. Giaconij V.C. trichin. imit.

pag. VII.

Commonitorio ad Hypomnemata Ramiresij, siue huius Errorum euericulo. Vnde

Vers. XLV. — nunc sportula primo

= limine parua sedet, turbæ rapienda togatæ:

Sic puto versum hunc distinguendum

— n. s. p.

Sat. V. = limine parua, sed et turbæ r. t.

— ingens

Vt inferiùs

= Cœna sedet, gremio iacuit noua nupta mariti,

— ingens

Sic

= cœna, sed et gremio i. n. n. m.

Var. lect. in Iuu. Sensus enim concinnus in vtroq; carmine, licèt sic distinguat P. Pithæus

— ingens

= cœna, sedet: gremio i. n. n. m.

IV. Epist. quæst. XXVI. IX. Var. lect. cap. III. *Comm. in Pers. Vers. CLIII. CLIV. Sed nullo sensu, aliter scio distingui à Lipsio, aliter à Mureto; meum tamen magis adridet. Ex Lucilio Satyrographorum Coryphæo multa Horatium, quam plurima Persium, Non pauca Iuuenalem ex ipsis patet et *alibi probamus. inter alia hæc Iuuenalis

— cuius non audeo dicere nomen?

= quid refert, dictis ignoscat Mutius, an non?

non legit Ptol. Flau. Coniect. Cen. I. confirmauit me vtriusq; Dousæ opinio, P. in Comm. ad Horat. Cap. XII. F. in Notis ad Lucil.

Luciliana puto, et vt scripsi legenda. Pro deducit lege deducat in illo uersu CLVII

= Et latum mediâ sulcum deducat arenâ.

Vt sequentibus congruant:

Satyra Secunda.

Quandoq; pro quandocunq; legendum et explicandum est in illis

Vers. LXXXII. = fœdius hoc aliquid quandoq; audebis amictu;

— pulsandum uertice raso

= præbebit quandoq; Caput —

Vt in Persio et Horatio alij notarunt; admoueas pro admoneas in hoc ℣. CXLVIII. — his licet ipsum

= admoueas —

aliter sensus nullus uel ineptus: Si pro sed, vt concinnior explanatio fiat, in illo

= sed quæ nunc populi fiunt victoris in vrbe

= non faciunt, illi, quos uicimus —

Satyra

Satyra Tertia

Huc vsq3 coniecturæ nullius ferè momenti; hæc fortasse alicuius
= plurimus heîc æger moritur vigilando: sed illum
= languorem peperit cibus imperfectus, et hærens
= ardenti stomacho ——

sic Lego
= p. h. æ. m. vigil, ante sed illum
= languorem p. c. i. et. h.
= a. s. ——

inferiùs — nec sperat cænosi gurgitis alnus
infelix, nec habet quem porrigat ore trientem;

sic Lego, non qui porrigat, ad sensum et fabulam aptiùs.

Satyra Quincta

Explicandum est — alienâ uiuere quadrâ

Non pro mensâ, quia quadrata; uel pro vasculo in orbis formam, in quo obsonia reponebantur (vt explicat Britannicus) sed pro pane non quadrato, sed quatuor incisionibus diuiso; Sic intellegendi Virgilius in Moret. et lib. vi. Æneid. Horat. epist. xviii. lib. i. Martial. lib. iii. Epig. Lxxvi. et lib. ix. Epig. xciii, nec non Seneca lib. de benef. iv. alij. Nam mensæ apud Varronem rotundæ sunt, non quadratæ. panem uerò βλωμιλίους Philemon apud Athenæum uocari ait: quos Romani quadratos ad pellant. Sic et in Gloss. antiquis et Io. Tzetze βλωμὸς; in Hesiodo ἔργων, ϐ

Ἄρτον δειπνεήσας τετρὰ τρυφον, ὀκτάβλωμον.

= panem quadrifidum cænatus morsibus octo,

hoc antiquorum monumentis uel hodie lucet, Vt probat doctiss. et inlustriss. Baronius, vt in margine insigmate apud S. Chrysogon. à F. Vrsino postea edito, vbi minister singulis panes singulos adcumbentibus ex canistro præbet; sic in marmorario apud S. Laurentium in Lucinâ, sic in Sarcophago operis Christiani in Eccles. S. Sebastiani; in cæmeterio Calixti cophini panibus pleni; sic in Eccles. S. Clementis veteri picturâ uisuntur: vnde quod ab Ethnicis vsurpabatur in panibus, postea in religionem acceptum à fidelibus scribit Gregorius in dialog. lib. i. cap. ix. in Martyrio Monacho. Plura in magni nostri Ciaconij triclinio, et in Vrsini ad ipsum appendice. et in Commentarijs ad Ezechielem R. R Hieronymi Prati, et Io. Baptistæ Villalpandi.

Satyra Sexta

In sequenti, si qua Vtilis, coniecturâ credo me non errasse. illa enim hæc in illum
= parce, precor, Pæan, et tu depone sagittas;

Lego
= p. p. P.; et tu Dea pone sagittas;

Dianam nanq3 et Peæna intellegit; et iteratio illa vocis pone, (si pro parce legas, vt in libris non nullis antiquis legitur) concinna valde; imò illa variatio parce seu pone et depone non bona bonis auctoribus; nullo præsertim augmento. Sequentes

y.

versus nequaquam ab interpretibus intellecti;

= Nil pueri faciunt, ipsam configite matrem
= Amphion clamat; sed Pæan contrahit arcum;
= extulit ergo gregem natorum, ipsumq; parentem
= dum sibi nobilior Latona gente uidetur
= at q3 eadem scrofâ Niobe fœcundior albâ.

contrahit non est tendit, quia arcus cornua contrahuntur, cum sagitta extenso neruo mittitur; potius contrario sensu explicandum. Nam Pæan retraxit arcum a boccisione Niobæ, illam volens uiuere, donec efferret ipsa uirum et natorum gregem. hoc mage ad ipsius pœnam, et Satyri argutium. inferiùs de imperiosa vxore.

= nil vnquam in uitâ donabis coniuge; uendes
= hac obstante nihil; nihil, hac si nolit, emetur;
= hæc dabis adfectus, ille excludetur amicus
= iam senior, cuius barbam tua ianua uidit:

Non male conriges ___ illi excludetur amicus;

in vltimo verò uersu respexisse Virgilium Iuuenalis videtur, vt in Sat. 1. et. x.

= quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat.
Vt lc. 1. = Candidior post quam tondenti barba cadebat.
vers. ccxciv ___ Hinc fluxit ad Histros
= et Sybaris colleis, hinc et Rhodos et Miletos

Hinc id est, ex otio, et legebam

___ Hinc et Rhodos atq3 Miletos;

et confirmatam inueni meam coniecturam auctoritate Aug. apud Pithœum.

___ tanquam alta in dolia longus
= deciderit serpens, bibit et vomit ___

Nam Serpentes vinum adpetunt teste Plinio lib. x. cap. xxii. Hist. Nat.

= tanti partus equa, quanti vna venefica constat?

sic interrogatiuè legendum.

Satyra Decima.

Carmen illud cxxi.

= ô fortunatam natam me consule Romam;

Ciceronianum, licet cacemphaton, non reprehendit Iuuenalis, quid quid Gramatici effutiant, sed interpretatur. itaq3

= Antonij gladios potuit contemnere, si sic
= o mea dixisset; ridenda pœmata malo,
= quam te conspicua diuina Philippica fama:

hoc est, malo hæc mea pœmatia vilia et nihili, quàm diuinam illam oratoriam, quæ tanti stetit: non hæc Ciceronis, sed Iuuenalis uerba.

Satyra Duodecima.

— iam deficientibus austris
= spes uitæ cum sole uenit —

Lego astris, hoc est ~~nocte~~ nocte peractâ, aurorâ veniente.

Satyra decima tertia

— sed corpore trunco
= inuidiosa dabat minimus solatia sanguis:

non aptè, nec latinè nimis, minimus sanguis: potiùs nimius legendum: fuit cum legerem nummis, quia vtrumq; sententiæ aptum.

Satyra decima quarta

= Nil præter nubes et cæli numen adorant,

fortè lumen ex superstitione reponendum aptiùs.

— Misera est custodia census
= dispositis prædiues hamis vigilare cohortem
= Seruorum licinus iubet —

S. Curio, et J. Britannicus legunt
= dispositis prædiues armis —

et contrarium ineptum putant, sed ipsi cum alijs ineptiores; nam ille lucretij uersus, quem Britann. adducit,

Sic conrigendus
= Verùm alijs magis est animantibus aptus,

Non
= Verùm alijs alius et magis est. a. a.

in Marone
= ille latus niueum molli fultus hyacintho.

Non. s. expungendum; h. namq; pro litterâ, non adspirationis tantum notâ, consonanti vsurpatur; quod non semel explicat eodem exemplo Vellius longus in orthographiâ; et alijs Diomedes lib. II. Gramm. Donatus de litt. et Syllab. Eutyches apud Cassiodor. cap. XVIII. de Orthog. et nos *alibi. Hæc ad scripturam, ad sensum ista. adludit ad legem de Præfectu Vigilum; nam hi propter incendia nocturna cum hamis et alijs instrumentis aquarijs ambulabant; vnde infra

— dolia nudi
= Non audent Cynici —

*ad calcem Polygraphiæ et Steganographiæ nostræ.

Vt

Vt ex Tacito et Plinio palam est, Hama namq; vas aquarium in hos præcipue vsus Catoni de re rustic. Collumel. in Hotulo, Plinio in epist: sic apud Æschynem. uocat Plutarchus de anim. indust: quæ etiam uox

Satyra decima sexta.

—— iustissima Centurionum
= Cognitio est igitur de milite, nec mihi deerit
= Vltio, si iustæ defertur caussa querelæ:
= tota cohors tamen est inimica, omneisq; manipli
= consensu magno officiunt; Curabitis vt sit
= Vindicta grauior, quàm iniuria? ——

Lego —— Curabit is vt sit
= vindicta grauior, quàm iniuria? —

quàm aptè ex aliorum futilibus nugamentis intelleges; vetus scholiastes, quisquis sit siue Probus, siue Berytius curabilis legit; et sic interpretatur, [curabilis vt sit vindicta vt satis cures quemadmodum effugias illos:] quid Grammatico dignius? Britannicus curabitis retinet, et esse verba cohortis et ceterorum militum cum reprehensione volentis, ne grauius de milite supplicium sumatur, quàm sit eius delictum, retur ad philosophiam culpam cum pœnâ commensurantem recurrens: sed hic bis Grammaticus cum Philosophum ägit; nam ibi de Centurione meminit et sensus aptior, ad irrisionemq; concinnior redditur.

Hæc ad calcem vsq; Lectionis subitariâ percursu partim ex ingenio, partim ex litterarum ductu ex M.* S.; quo vsus, vt reor, Salmantinus Brocensis; quæ tuo iudicio, eruditorum Nobiliss. et nobilium omnium eruditissime, vti me, mea omnia, vt rem mancupij solemnibus conceptis q; verbis d. d. d.

BALT.

BALTHASARI: ANSIDÆO BIBLIOTHECÆ Vaticanæ custodi. V. CL.

Liuium quinquies conrigo, Cæsarem semel.

SCHED. III.

Quærenti Viros doctos, queis hæc mea inlustraturis qualiacunq; sint, darem, te, Ansidæe Clariss. meritò ingessit amicus vtriusq; nostrûm eruditissimus Gasp. Scioppius. Tibi ego illa; cense quæ in Liuium grauissimum scriptorẽ leuiculâ emendatione inlustrabam; in Concione Annibalis antepugnam ad Ticinum

[non ego illud parui existimo, milites, quòd nemo vestrum est, cuius non ante oculos, ipse sæpe militare aliquod ediderim facinus, cui non idem ego virtutis spectator, et testis notata temporibus Locisq; referre sua possim decora: tum laudastis me milites, donastis.]

quid hæc postrema significent, vel quo possint modo, vt in vulgatis sunt, concinnari, omnino ignoro. sed facile vtrumq; luci meridianæ restituo sic legens [num cum laudastis me, milites, donastis?] hoc est, imperatoriæ auctoritati uel dignitati, aut adsentationi donastis? non. addit rationem, [alumnus prius omnium uestrûm, quàm Imperator. Procedam acie aduersus ignotos inter se ignorantesq;: vti ego interpungo et lego. sententiâ optimâ.

Lib. XXI. de eodem Annibale

[coactis castris ad insulam peruenit. Vbi Arar, Rhodanusq; omnes diuersis ex Alpibus decurrentes, agri aliquantum amplexi confluunt in vnum.]

quinam illi diuersi montes Alpes? adhuc ignoro. lego tamen diuersim: sed in vnum confluunt. Callisthenes τῶν Γαλατικ. lib. XIII. Ἄραρ ποταμός ἐστι τῆς Κελτικῆς, τοῦτο τῷ Ῥοδάνῳ ἡρμόθαι, τὴν προσηγορίαν εἰληφὼς: κατα φέρεται γὰρ εἰς τοῦτον κατὰ τὴν χώρον τῶν Ἀλλοβρόγων. [Arar fluuius est Celtarum, sic dictus, quod Rhodano coniungatur: in hunc enim fertur ad fines Allobrogum] Cæsar I. Gall. [Flumen est Arar, quod per fines Æduorum et Sequanorum in Rhodanum influit.] expressiùs in Ludo Claudij apud Senec. Plin. lib. XII. cap. IV. et VI. cap. XXVII. eodem libro

[signum æneum matronæ Junoni in Auentino ædificauerunt,]

signum ædificare non memini alibi me legisse, itaq; legendum censuissem [signum æreum matronæ Junonis in Auentino ædi dicauerunt:] siue [Junoni deæ dicauerunt.]

Lib. XXII.

[ad aures quoq; militum dicta ferocia voluebantur: ac similitaris suffragij

res esset, haud dubie ferebant, Minutium Fabio duci prælaturos. Fabius pariter, in suos haud minus quàm in hostes intentus, priùs ab alijs inuictum animum præstans, quamquam probè sciret non in castris modò suis, sed etiam Romæ suam cunctationem infamem esse, obstinatis tamen eodem consiliorum tenore æstatis relinquum extraxit.]

integrum posui vt medicas manus obiter admouerem. quid prius ab alijs? ingenuè se intellegere non posse Glareanus fatetur: Musarum delicium Philippus Rubenius prius à fabulis legit; sed nec ego illum, itaq; lego priuatis consilijs; optimâ ratione, quod et probant illa eodem consiliorum tenore et sic bene lectio prisca [priuatis consilijs inuictum animum præstat; Quamquam enim] &c. Similem locum de cunctatione adiiciam ex Cæsare

II. Elect. cap. VI.

[Hac re perspectâ Crassus cum suâ cunctatione atq; opinione timidiores hostes, nostros milites alacriores ad pugnandum effecisset, atq; omnium uoces audirentur, expectari diutiùs non oportere: cohortatus suos, ad hostium castra contendit.]

Fuluij liber [sua cunctatio atq; opinio:] Ruben. idem [cum suâ cunctorumq; opinione timidiores hostes] &c effecissent. argutissimè. sed illud obstat, quare [omnium uoces audirentur exspectare diutiùs non oportere]. ni cunctatio aliqua esset? Quam obrem euerto sic [Hac re p. C. c. suâ cunctatione atq; opinione alacriores hostes, nostros milites timidiores ad p. &.] Liuius lib. v. Camillum Romæ post exsulium restitutum loquentem inducit

I. Elect. cap. VIII.

[Cum abessem, quotiescunq; patria in mentem ueniret, hæc omnia occurrebant, colles, Campiq; et Tyberis, et assueta oculis regio: et hoc cælum, sub quo natus educatusq; essem:]

[Leue mendum.] ἐλαττωματικὸν leuis emendatio ex Schidis vetustis, quæ apud me, hocce cœlum.

D. Alph.

Dn. ALPHONSO CARRILLO inlustriss. Dn. Ferdinandi magni Quæstorij Senatus Præsidis F.

Prosa an Prorsa? prorsi limites. Prorsa Dea, quid? Turpilius, Terentius, Agellius, Nonius correcti. Plautus, Ennius, Afranius, Varro, alij interpolati. Ab Scaligero F. dissensus, Mureto adsensus. In Ausonio hallucinatio.

SCHED. IV.

Me ante aliquot menses, Alphonse nobilis. studiosè an auidè? (dicebat amicus, quem velut firmandæ inter nos, seu potius a fundamentis exstruendæ amicitiæ artificem elegeras) perquisisti: Gauisus, fateor, sum; et quodam quasi persentiscentis gaudia mentis impulsu titillaui. Quid negem? Viris inlustribus genere, doctrina (patere sic dicam) inlustrioribus præter amorem, cultum exhibere non amo solùm, sed et ambio; illud nobilitas, hoc eruditio priuato sibi adsciscit emolumento. Vtriq3 ego inte præstantissimæ libenter adsurgo, ex animi mei sententia Notatiunculas has studij an auiditatis illius tuæ, nullo meo merito, redhostimentum, et amicitiæ tesseram, en offerto. De Prorsâ, sermone pedestri, ac pede libero, elegantiq3 animaduerti, scribam. si scribam, adquem potiùs quàm ad elegantiarum omnium alumnum itura? sed ego ad illa. Communi loquendi vsu receptum est solutam orationem, uel pede liberũ sermonem, vt vocat Persius, *prosam uocari, cum prorsa deberet adpellari. Prorsi enim (Festo et Donato in Eunuc. Terent.) limites sunt in agrorum mensuris, qui ad orientem directi: et prorsum rectum apud Antiquos; Hinc et Prorsam Deam rectorum fœtuum adiutricem vnà cum Post-vertâ à peruersi partus potestate. Apud Agellium N. A. lib. xvi. Cap. XVI. V. CL. M. Anton. Muretus in veteribus libris se legisse adfirmat, vbi nunc prosam Legimus corruptè, Sicq3 in Terentij uitâ prorsæ orationis pro prosæ reponendum statuit; cuius sanè auctoritati libens adhæreo; licet eam aut alterius videatur Labefactare Ios. Scaliger in Coniectaneis, et Ausonianis Lectionibus, Vtrumq3 prorsam et prosam Latinum et probum, sed antiquiùs prosam adserens. Nam veteres Latini concursum S cum R fugiebant, itaq3 R exterebant: quare rusum potius quàm rursum: Susum, quàm sursum; assum, quàm arsum; prosum, quàm prorsum dicebant. Sed Burdonicũ

*cuius inuentio, vt et historia Cadmo ab Auctorib. adtribuitur. Vid. Suid.

in Annot. ad Terent. Vit.

fol. LXVIII. lib. I. Cap. XIV.

iudicium heîc non adprobo: in multis me exemplaribus legisse memini antiquisanè, et penè cum blattis vixante tineâ conrosis: altero præcipue Terentij, altero Agellij, in illo prosum duplo sigmate, in hoc prorsa legebatur eôdem, quem Muretus uidit, loco. In Ouidiano autem codice centum et viginti abhinc annis calcographiæ mandato, vbi in Fastorum II. lib. de Post-vertâ, et Prorsâ res est, ad oram ex illius temporis manu distinctis litteris Prorsa legebatur. Unde Scaligero Antiquos. concursum R. et S. fugisse adsentior, dissentior autem eius scripturæ: duplici enim SS. quotiens concursus ille uitaretur, scribebatur. addo in libris frequenter R. et S. alternari. Sic apud Nonium Marcellum in Tristitias Turpilius Leucadiâ

= ante facta in ignem committito tristitias ante diuortium,

tristitas in Nonij ac Turpilij uerbis conrexeram, et conrectionem meam postea probatã à Lipsio meo uidi. apud quem lib. II. Ant. Lect. sic ex V. l. auctoritate, vbi legebatur

—— ante dorcium,

= a. f. i. i. c. tristitas anted ostium

Sed dicas obsecro, Scaliger; Nonne prorsum et prorsus magis, quàm prosum et prosus vsitatum? fateberis, credo. Nonne prorsa (vt heîc ais, nec alibi negas) à prorsus? inficias nonis: in prorsa igitur R. retinendum, uel à prorsum reiiciendum. nonne? maiorem (si libet argumentis uelitari) exte et consuetudine probo. Plautus in Pseud.

= Non prorsus uelut in transcursum cedit, quasi cancer solet;

Senec. in Troad. Act. I.

= et qui renatum prorsus adspiciens diem
= tepidum rubentem Tygrim immisçet freto

Minorem ab auctoribus et ratione, Nam cum prorsum rectum sit, hinc prorsa nominata, quòd in eâ essent uoces recto ordine, et vt naturâ ferret impetus, conlocatæ contraq; uersus, in quo esset orationis genus (auctore Cicerone) uersum et mutatum. Hinc rursum, id est uersum obponi prosum exemplo sunt Ennius Andromedâ.

= rursus prorsus reciprocat fluctus feram;

apud Nonium, qui rursus pro retro accipit; et si in uoce riscus aliter legit, riscus reponens loco rursus; sed priorem lectionem veriorem autumo, secundamq; ineptiæ Nonianæ adtribuendam. Varro Andabatis

= Mortales multi rursus ac prorsus meant;

Terentius in Hecyrâ

= trepidare sentio, cursari rursum, prorsum,

Non tursum, Vt nonnemo notat; Consequentia meo meridie expremissis est clarior. quî ergo adiiciendum alteri R., alteri adimendum? Vsus, inquis, in reest; abusum uoco: et nostratium proloquio dicam [al mal vso quebrarle la pierna], addo ex Scaligeri Sententiâ absurdissima quædam prouenire: nam si in prosum, rusum &c pro prorsum, rursum, tergiuersatio litterulæ illius R increbuit; quidni in uersum pro uersum.

* in verb. etymol. coniect. calci additis, voce [Porca]

sic [rursum uersum] pro [rebo] apud Plaut.

uersum, tessum pro terssum et idgenus sexcentis alijs? Quorum nullum apud Antiquos uestigium est. Velius Longus libello de Orthographiâ nostram vt receptam ab omnibus, aliam vt nimis teneriusculis auribus nouam, innuit his uerbis, [sequenda est nonnunquam elegantia eruditorum quod] (fortè qui) [quasdam litteras Leuitatis caussâ omiserunt, sicut Cicero, qui Foresia et Megalesia et Hortesia sine N litterâ lubenter dicebat, et vt uerbis ipsius dicamus [post meridianas quoq; quadrigas] inquit [libentiuis dixerim quas post meridianas]. Sic et dossum perduo. ss, quàm per. r. dorsum quidam, vt Lucius, enuntiarunt; ac tota r. littera sublata est in eo rusum et retrorsu:] inquibus illa Ciceronis uerba nescio an recta; in Oratione namq; ubi inueniuntur non post meridianas, sed pomeridianas in vulgatis est, et adnotauit Vrsinus; sicq; immutarem [lubentiùs dixerim, quam pomeridianas, non quas: cetera quibusdam tantùm tribuit, quia

— hæc de nare canina — Pers. Sat. 1.

: Littera —

: irritata canes quod homo quàm planiù dicat — Lucil. apud Caris. lib. 1. Cap. LXXXVII.

Rem sonaret, siue quis hirriret, à suis ablegarunt. an quia Augustus ponebat adsiduè (vt ait Suetonius) [prostulto baceolum; et propullo pulleiaceum; et pro cerito vaceosum, et vapidè se habere pro male; et betizare pro languere: quod vulgo lachanizare dicitur; item simus prosumus:] et ab alijs alia idgenus retrimenta ac puri detrimenta sermonis à nobis omnibus vsurpanda? noneffeceit Scaliger. Quid si illud obiiciat ex Afranij Emancipato apud Festum et Nonium in remeare pro redire vltro citroq; ire, [Vetuit me sine mercede prosum paucis remeare in ludum?] fortasse corruptum et prorsum reponendum. sed obiter scribam, vt velim legi

: Vetuit me sine mercede prorsum paucies — *quid [Paccius], vt alij uolunt? nuga.

: remeare in ludum —

Sic apud Titinium Gemina versus illos constitus

— postquam factus maritus, hanc domum

: abhorres, et tuam etiam vxorem paucies video

vt citant Nonius et Festus exponentes paucies siue pauciens, vt est in Festo, prorarò: inillud etiam Catonis de re rusticâ, [ita subducito susum animam quam plurimum poteris,] fortè etiam reponendum surfum: ait in Varronis lib. IV. de L. L. [cliuus proximus ad florales vsus versus] si sic legeremus sine mutatione ullâ, uix est vt ad firmem improbandum. si emendare uelis, eo modo ex ductu litterarum, quas in vet. lib. Turnebus inuenit, vbi ad flores susus, corrige ad Floras (genitiuus priscus vt familias) uel Florae (solutâ diphthongo priscâ scripturâ) rursus uersus: l. enim

superat, quæ fortasse ex R turbato loco nata est. Sic etiam illud antiqui poetæ apud Festum in Silus

= Silus adpellatur naso sursum uersum repando

Verosim. I. cap. IX.

ni cum Gulielmio libri scripti coloniensis lectionem mauis [nasus sursum uersus repandus:] et si vulgatam non improbem. in meam sententiam vocum antiquarum eximium conseruatorem L. Apuleium aduoco Florid. lib. IV. [iam et prorsâ et uorsâ facundiâ ueneratus sum, ita vt etiam nunc hymnum eius (Æsculapij) vtraq; lingua canam.] quod alibi passis uerbis, soluto luquutu, liberâ oratione, versuum nexu repudiato dixit. Ausonius prosam uocat, in Professoribus Burdegalensibus de Crispo et Vrbico agens

II. Florid. de Pherecide.

XXII.

= Nam tu Crispo coniuncte tuo
= prosâ solebas, et uersâ loqui
= impete eodem

quid? fortasse eo iam tempore incæperat harum vocum incuria, quæ in nostro largissimè increbuit: ni alter alterum respexerit, et prorsâ in Ausonio reponatur, quod velim. sic et hodie in Columellæ præfatione ad lib. X legimus ex Vulgatis libris [prosâ oratione prioribus subnecterentur exordijs.] Prorsâ tamen Franc. Sanctius Brocensis legit in adnot. ad suam Syntax. uerbo Oratio: qui nobiscum uidetur adsentire, quocum coniungo doctissimum Godescalcum Stewechium, qui ex Apuleij uerbis conuinci adserit prorsam orationem rectè dici posse, aut latinè nescisse Apuleium. Alios possem; sed in re notâ quid opus testibus? in P. Rutilij Lupi lib. I. de figuris sententiarum et locutionis et in Aquilæ Romani libello de fig. sent. et eloc. vbi prosapodosis schema est, distinctis litteris prorsapodosis in vetustis exemplaribus inueni; sed mendosissime; nam cum è fonte græco omnium ferè troporum nomina cadant, imò sint, nec parcè quidem in vsus latinos detorquenda. aliter in alijs nominibus, quæ obseruat Horatius. Nec hoc prætermittam, apud Græcos γράμμα litteram: siue scriptum (et si Callimachus aliquando poëma sic vocet) orationem solutã, pedibus liberam, prorsam nostram dici; sic in epigrãmate in Cleombroton apud Ammonium

In Quæst. ad. II. Florid.

ἀλλὰ πλάτωνος
ἐν δ' τοῖ ψυχῆς γράμμα ἀνάλεξάμενος.

de quo videndus ipse Grammaticus latiùs disserens libello de simil. et differ. voc. Ast quid te ijs minutissimis, vir maxime, moror? illa adspernare, animum, quo illa, adpice: et me semper tibi deuictissimum, Aldephonse à maioribus, à Patre, à Fratre (Heu! olim) ab ingenio tuo inlustriss.

DN. ALPHONSO GVILLEN DE la Carrera primario apud Salmanticenses I. Can. Antecessori.

Pagus, Paganus, Semipaganus quid? Persius explicatus dilucidè. Quid inter pagum et vicum? Error nonnullorum in hanc rem. Casauboni in Plinianam mentem explanatio detorta. Pensitata adcuratè Plinij in eum epistola.

SCHED. V.

Quod de ijs, qui ad clauum Reip. sedent, Sophiæ parens; ego ipsius cliens de ijs, qui Musicis incumbunt curis, frequenter vsurpo; εἰκὸς βελτίους εἰ), τοὺς ὀν βελτιόνων; quidni? inlustrant et inlustrantur. Tu inter paucos. V. CL. inlustrium tam ingenij, quàm Genij Phœbus: Cuius Doctrinam cum Nobilitate coniunctam, nostræ Athenæ, Salmantica iam diu sic probat; sic te eruditi

— Moderantem frena theatri

electa eruditionis Procerum multitudo admiratur; vt illa te alumno, hæc te Magistro æternùm glorietur; cum vtrâq; ille meus, auditor tuus [nostri pars maior et melior] Petrus Pantoja de Aiala; adquem, dum (vt cum Ambrosio dicam) [quasi ad animæ portionem conuenio meæ,] illud inter alia innumera amicitiæ semper in me benificæ monumenta, refero te Cl. Virum ipsius doctorem, ipsius suasu, nostrorum Schediasmatum fauitorem elegisse. Itaq; hæccense, quæ in Persium, in cuius uerbis — ipse Semipaganus

: ad sacra Vatum carmen adfero nostrum,

Hæc præter vulgaria adnotabam. Cum hederas, imagines, et alios poëtis solitos deferri honores Persius repudiasset, ac illos adpetentibus (vt inepto principi, et ignoranti vulgo uidebatur) probè dignis remisisset; caussam repudij promens, ipse, ait cum sim Semipaganus, subrusticus et penè barbarus quî adpetere grandia hæc et honorifica ausim? tituli enim isti honoris et insignia summis tantùm ingenijs digna agrestibus nullo modo deferenda: quid istiusmodi hominibus cum statuis? quid cum stammatis? quid cum tergeminis honoribus

Arist. in Polit.

[par est meliores esse eos, qui ex melioribus.]

ribus, maximis nimirùm uel pedum, manuûm, vocum plausibus? Sat his erit non excipi, non audiri, sed à viris eruditis et nobilibus adspici. hoc suæ abiectionis publico testimonio, et alienæ dignitatis, splendoris, et litterarum, quibus referri inter pöëtas Summos et illorum insignibus inhiabant condecorari; hac, inquam, commemoratione se sic eleuat, vt quidquid alijs tribuat, se mereri confirmet, viam obcludens, quâ ad ipsius pöëma lacessendum alij poterant inrumpere; itaq; se semipaganum adpellitat à pagis. Nam, Vt ait Festus [pagi à fontibus, quòd eadem aquâ vterentur: Fontes enim] (sic legendum non aquæ) [linguâ doricâ παγαι adpellantur.] Sic seruius ἀπὸ τῶν πηγῶν à fontibus dictos pagos innuit. D. Isidorus paullò aliter [Pagani ex pagis Atheniensium dicti ubi exorti sunt, ibi enim in locis agrestibus et pagis Gentiles Lucos idolaq; instituerunt, et à tali initio uocabulum pagani sortiti sunt.] Non omnino placet talis paganorum denominatio, nec omnino displicet; illud, quia obscurè exprimit originem; hoc, quia ex Thucydidis lib. II. constat Athenienses in pagis et agris degisse, donec Theseus in vnam illos coëgit ciuitatem. Ceterùm apud tuos I C.tos Modestin. tit. [locati et cond. l. si ignorans militi quasi pagano Locauerit:] Marcel. l. quædam. dd. De pœnis: Vlpian. tit. de test. milit. et Iustinian. instit. de mil. testam. tit. XI. § [illis autem temporibus], (Vt notant interpretes.) pagani sunt, qui nullo militiæ sacramento sunt adstricti, proprièq; opponuntur militibus, vt togatis, sagatis, cinctisq;: idq; à rusticis, qui ad ruris culturam domi relinquebantur; vnde ad omnes etiam, qui non militarent, propagatum etiam ciues vrbanos uè; Iuuenalis suâ (non alterius, vt alij male malunt) sat. XVI.

Acurs. Mynsing. Balduin. ibi. I. Caluin. I.C. in lex. Iur. Alciat. I. παρεργ. XIII.

—— citiùs falsum producere testem.
: Contra paganum possis, quàm uera loquentem
: Contra Fortunam armati, contraq; pudorem.

Et Ausonius Epist. I. ad Theonem. seu IV numero operum.

: Ausonius, cuius ferulam nunc sceprta uerentur
: paganum Medulis iubeo saluere Theonem.

idest,

idest, non militantem, vt ego qui Augustorum signa sequor. Vnde apud nostros Theologos per tralationem pro infidelibus pagani; quasi qui CHRISTI O. M. militiæ non adiurati, ipsius uexillis non militent, uel æra mereantur, exceptis Judæis (vt N. Erythræus J. C. notat) qui suo nomine satis premuntur: [pagar] autem verbum uernaculum idest soluere; quòd pagani militibus stipendia soluerent, vel, vt nunc fit, uectigalia pendant, aut more loquendi Hispano [Los echen soldado]. sed hoc coniectari tantùm, et errare proniùs, in illud præcipuè quòd paccare sit; idest, uel paccare stipendio dato alios, uel quòd pagani absq; bello paccati essent, ex quibus Isidoricus error facile percipitur. Quid et eo modo apud nos pagani, vt probat Alciatus. I. parerg. Cap. XIII, vt Gentiles apud Romanos, qui Romano imperio non parerent, sed iure Gentium uiuerent ex L. I. C. de nuptijs: ubi prohibetur Gentilis cum Prouinciali feminâ copulari, alijs aliæ originationes. Bedæ [Pagani à villis sunt dicti, eo quod sint longè a supernæ ciuitatis habitatione] allegoricus: Philastrio à Pagano Deucalionis et Pyrrhæ filio, ex sententiâ Hesiodi. Sed non in rem. Verius illud apud nos Paganos, qui nondum inter milites censiti; vnde lux Tertulliani loco [Christianum hominem militiæ adscriptum eadem pro Christi nomine præstare debere, quæ fides Pagana condixit.] sic apud Christum [Tam miles est Paganus fidelis, quàm Paganus est miles infidelis], vbi non pro Ethnico sed pro non milite accipienda vox est. sed paganus pro gentili apud optatum Mileuitanum. et Augustin, et Imperatores L. XXII. de Pagan. Cod. Theod. et Justin. Sic Pagani (vt ego interpretor) apud Cõstantinum Cap. XXXVI. lib. de Administ. Imperio ad F. cum de Paganis Arentanisq; et illorum terra agit; Nam παγανοὶ ἢ καλοῦνται, διὰ τὸ μὴ καταδέξασθαι ~~[illegible]~~ αὐτοὺς τῷ τοτε καιρῷ βαπτισθῆναι ὅτε καὶ πάντες οἱ (ἐρβλοι ἐβαπτισθη) &c [Pagani autem vocantur, quod baptismum non accepissent eo tempore, quo Sclaui omnes baptizati erant &c] ab hac vnâ ratione petissimùm: sed quo id tempore, et qua ex caussâ docent Desid. Heraldus ad Arnob. Dionys. Gothofred. C. tit. de Pagan. sed omnium optime inlustriss. Baronius Not. ad Martyrol. Rom. addo, vt apud ueteres Patres, Gentes: et apud Scripturam Sacram, Græcos: in veteri testamento Jöelis. III. [Filios Hierusalem

uen

D. Aug. I. de Ciu. cap. I. qui eos alienos uocat.

in Indic. Virg. et Stoico.

in Cant. lib. VI. cap. XXX.

in Marc. cap. XV.

in Luc. lib. VI. cap. XXIII.

Cap. III. de hæres.

de Coron. milit.

lib. III. cont. Parm.

lib. II. Retract. XLIII.

XXXI. April.

uendidistis filijs Græcorum.] in nouo, Galat. III. [neq; Titus, qui mecum erat, cum esset Gentilis] &c Græcis ἕλλην ὤν; ita legit Augustin. epist. XIX. ad Hieronym. cum esset Græcus; et ita explicat ibi Hieronym: Chrysostom. et Ambros. et omnes ferè. Act. VI. [factum esse murmur Græcorum aduersus Hebræos.] Nam Judæi omnes alienos à Lege Mosaicâ ἕλληνας uocabant; Judæos verò inter Gentes enutritos, quiq; alienâ loquebantur linguâ non ἕλληνας, sed ἑλληνιστάς adpellabant: quâ et uoce ibi Lucas vsus: sic ad Rom. I. [Judæo primum et Græco:] Actor. XVI. patre Gentili πατρὸς δ' ἕλληνος; sic Galat. III. ubi Hieronym. idem tradit; [quia ἕλλην et Græcum et Ethnicum vtrumq; significat.] sic Ambros. Rom. I. et alij Marci. VI. ἦν δὲ ἡ γυνὴ ἑλληνίς, συροφοινίσσα τῷ γένει; [erat autem mulier gentilis, Syrophænissa genere;] huius rei rationem explicat Augustinus epist. CCC. illud explicans I. Cor. I. [Judæi signa petunt, et Græci sapientiam quærunt:] quia maior illorum pars Græcè loquebatur: sic quod obseruatione dignum est, Barbari vocabantur Hebræi: B. Cyrillus lib. VIII. adu. Julian. docet. βάρβαρον οὖν, ὡς οἶμαι, τὸν θεῖον Ἰωάννην καλεῖ, διὰ τὸ ἀλλόθροον ἴσως &c. [Barbarum, nifallor, Diuum Joannem vocat (Amelius Philosoph. Platonicus) eo quod externæ linguæ fuerat fortassis.] Hebræus enim ex Hebræis fuit. Sic βάρβαρα ὀνομάτα apud Jamblicum pro Hebræis uocibus, et ipsi βάρβαροι Hebræi, vt notauit Junius; quæ caue confundas cum νομίμοις βαρβαρικοῖς, quæ Aristoteli tribuuntur ab Apollonio, et Varrone; aliud enim nomina barbarica illa sunt, vt Viri docti docent. Hoc pro corollario; ad Paganos reuertor: quos cum vicis multi confundunt, cum diuersa re uerâ res sit; vt Althamerus in Tacitum de moribus German. [eliguntur in eisdem concilijs et principes qui iura] (*uita legit liber Bambergensis apud lipsium, et postea excellunt) [per pagos uicosq; reddant:] et Turnebus lib. II. aduers. Cap. III. in illud eiusdem Taciti lib. XVI. [Pęnino itinere subsignanum militem, et graue legionum agmen hibernis adhuc niuibus traduxit et reliqui amissis pagis uicisq;.] Pagus enim multos uicos continet, vicusdomos multas. Hinc Pais Gallis. et apud Mantuanum vatem

: præmiaq; ingentes pagos, et compita circum
: Thesidæ posuêre ——

IV Anim. XXV.

Cap. XI. de hist. mir. lib. VI. de L. L. Scal. coniect. in Varr. Mausac. dissert. Critic. in Harpocrat.

Vid. Hottom. ad Cæs. Com. I. de bell. Gall. cap. III.

* forte ex vtrâq; lectione vna statuenda et coniungenda, meo iudicio.

II. Georg. vid. Franc. Luisin. I. παρέργ. cap. XV. Scal. Auson. lect. I. cap. XXIII.

et dion.

et Dionys. lib. II. Rom. Aut. de Numâ ex interpretatione Fr. Sylburgi, [uniuersam regionem diuisit in eos] εἰς τὰς καλουμένας πάγους, [qui pagi nominantur, et suum cuiq; pago magistrum, qui eum obiret atq; inspectaret præposuit.] et IV. Cetcrum Tullius (de illo enim res est) [agro in quotcunq; portiones diuiso, in montanis et natura munitis tumulis tuta agrestibus parauit refugia, quæ pagos dixit græco uocabulo.] et apud Lactantium lib. I. inst. diuin. Cap. VII. Oraculum Apollinis Clarij in Colophone Smyrnæis reddito

Τρισμάκαρες κεῖνοι καὶ τετράκις ἀνδρες ἔσονται
οἱ πάγων οἰκήσουσι τὸν ἱερὸν Μέλητος

: Ter-beati illi et quater uiri erunt
: qui pagum habitabunt trans sacrum Meletem.

Nec non Horat. lib. II. Carm. od. XIII.

: ille vt nefasto te posuit die,
: quicunq; primùm et sacrilegâ manu
: produxit arbos, in nepotum
: perniciem, opprobriumq; pagi.

id est, totius ditionis uel regionis, vt interpretantur Acro, et Porphyrio. Theodulphus etiam Aurelianensis Episcopus ad Modoïnum

: Nempe Tolosani Locus est ruriscq; Caturci
: extimus, hoc finit pagus vterq; loco.

et si etiam in Isidoro alibi [uici, castella, et pagi hi sunt, qui nullâ dignitate ciuitatis ornantur, sed vulgari hominum conuentu incolantur, et propter sui paruitatem maioribus ciuitatibus adtribuuntur.] sed ibi latè cuiuscunq; nomen sumendum: vt in eiusdem Isidori Glossis strictim, cum pagus exponatur collegium Curiæ, et de Areopago Athenienſium intellegendum ex notatione eruditiss. Jct^i. Ph. Berterij: Nam Curiales Areopagitæ in ueteri Onomastico adpellantur, teste Turnebo; sic in Strabone lib. IV. Neumausus ὑπήκους ἔχει χώρας τετταράς καὶ εἴκοσι τῆς ὁμορ-
δνίων. [sub ditione habet uiginti quatuor pagos eiusdem gentis.] Hinc pagorum Magistri (quos præpositos uocat L. II. de suscept. et arc. L. I. de erogat. milit. ann. l. XLVIII. C. de decur.) Πάγαρχοι dicti à Siculo Flacco in edict. Justin. XIII. Nam (vt ait Isidorus Pelusiota) Πάγαρχοι καλοῦνται τιοὶν, οἱ τῶν κωμῶν

XV. Plin. Cap. II.

Diat. I. Pithan. Cap. VI. §. LXIX. Adu. Ruf. XXVIII. Cap. V.

Epist. XCI. lib. II.

ἢ τόπων τινῶν ἄρχοντες, [à nonnullis Πάγαρχοι adpellantur, qui uicis aut locis quibusdam præsunt.] Sic et uetus Glossarium κωμῶπολις [oppidum, conciliabulum,] Vt in Isidoro uidimus: non tamen rigidè ego de ijs censeo, sed propriè loquor: sed ex pagis, ad semipaganum nostrum redeamus. Verum aduertas velim, licet ibi vt inceteris Latinorum pöetarum operibus pagus producatur, id uitiosè effectum cum ex Homero, Euripide, et suida conripi constet; vt exemplo est in Areòpagus. Cuius originationem (vt hæc obiter etiam notem) frustra quæres, nullam spectes, quæ in Æschyli elegantis pöetæ Eumenid.

R. Enan. Aluar. in Scholijs ad suam Gram. fol. CCXLIII. et R. Del-Rio in Senec. Herc. Fur.

Πάγον δ' Ἄρειον τὴν δὲ Ἀμαζόνων ἕδραν,
Σκηνὰς θ' ὅτ' ἦλθον Θησέως κτ' φθόνον
Στρατηλὰ τοῦσαι, καὶ πόλιν νεόπτολιν
Τὴν δὲ ὑψίπυργον ἀντεπύργωσαν τότε
Ἄρει δ' ἔθυον, ἔνθεν ἐς ἐπώνυμος
Πέτρα, πάγος τ' Ἄρειος.

Nam Amazonium illud, siue locus, quem Athenis pro arce belli exstruxerant Amazones contra Theseum, et in quo Marti rem faciebant, Martis adpellabatur Petra, Ἄρειος πάγος: Pergit igitur Persius, et non se paganum, et omnino rusticum, sed semipaganum, seu semipöetam adpellat. Pöetam se esse uel ob numeros nequibat denegare; sed pöetam paganum quia à pagis Hippocrenæo et Pireneido (ueluti, quos ipse taxat, de se dicebant) nec tantillum degustasset. Sed scrupulum iniicit in hanc sententiam Isaacus Casaubonus, qui inter alias, quas ex suâ pharetra in hunc scopum sagittas collimat, hæc prima; notissimum est paganus et miles τῶν πρός τι vita in litteris militia quædam est aut quasi militia, vt placet Ic.tis imò uerò Latinè loquentibus omni ἐπιτήδευμα, et functio muneris publici aut priuati militia dicitur. Paullò aliter Plinius Epist. ad Rufum lib. VII. [vt in castris, sic etiam in litteris nostris sunt plures cultu pagano, qui cinctos et armatos et quidem ardentissimo ingenio diligentius scrutatus inuenies.] audijsti Vtriusq; verba, percepisti conatum Isaaci: Capies, si lubet, meum. Et iudex inter vtrumq; sententiam proferes. sed vt id commodiùs fiat, altiùs repetam, ac elegantissimam epistolam,

Aliæ etiam pagi denominationes. Tyrus [Demoe apud Atticos sunt, vt apud nos pagi]: sic in inscriptione Herodis Attici, vt credo cum Doctiss. Salmasio, non Regis, vt putabat Casaubon. Δῆμον Δηώοιο φιλόξενον Τριόπαο. dictum Deoi Triopæ de nomine pagum. Sic etiam in alia eiusdem Herodis in dedicatione statuæ Regillæ vxoris inscriptione non semel: sic Homerus Δήμῳ ἐνὶ Τρώων pro populo Troiano: vt bene obseruat eruditiss. Cl. Salmasius in Not. ad inscript. has.

quâ

quâ elucidem, uel quâ emendem, subscribam.

C. Plin. Rufo suo S.

Ô quantum eruditorum aut modestia ipsorum, aut quies operit, et subtrahit famæ! At nos eos tantùm dicturi aliquid aut lecturi timemus, qui studia sua proferunt: cum illi, qui tacent, hoc amplius præstent, quòd maximũ opus silentio reuerentur: expertus scribo, quòd scribo. Terentius iunior equestribꝰ militijs, atq; procuratione Narbonensis prouinciæ integerrimè functus recepit se in agros suos, paratisq; honoribus tranquillissimum ocium prætulit. Hunc ego inuitatus hospitio, vt bonum patrem familias, vt diligentem Agricolam intuebar, de ijs locuturus, in quibus illum uersari putabam, et caperam, cum ille me doctissimo sermone reuocauit ad studia. quam tersa omnia? quàm latina, quàm Græca? Nam tantum vtrâq; linguâ uolet, vt eâ videatur magis excellere, quâ cum maximè loquitur. Quantum ille legit? quantum tenet? Athenis uiuere hominem, non in uillâ putes. quid multa? auxit solicitudinem meam, effecitq; vt illis, quos doctissimos noui, non minus hos seductos et quasi rusticos uerear: idem suadeo tibi: Sunt enim vt in Castris, sic etiam in litteris &c] quæ superius laudaui Casauboni fulcra, et Plinij hæc uerba: quæ nullâ planè indigent explanatione, tam apertèq; contra Casaubonicam mentem sunt, vt nulli uel cæsijs oculis intuenti obscura possint adparere: mero enim meridie clariùs demonstratur Terentium illum tunc non esse militem: at, inquis, litteris militabat, et ideò miles, fateor; omnes quidem qui litteris incumbimus, milites sumus, tum studiorum exercicio translatitiè, tum etiam quia homines, quorum vita militia est super terram, vt ait Iobus. sed illa, quæ adducis in hanc rem uerba, sic explico; ueluti in Castris multi sunt cultu pagano; idest uili indumento, et uestitu crasso, vt Calones, operæ, serui reliqui: ipsorum tamen si uires experiremur, fortissimi fortasse adparerent: sic etiam in nostris litterarum studijs non pauci sunt quasi derelicti, et habitu pagani; quos si bene circumspicias et scruteris, acutissimo ingenio pollere senties, et licet pagani et non milites sint, ea est ipsorum mentis uis, et captus admirabilis, vt armati adpareant, et milites strenui, instructi nimirùm ingenio præstantissimo, et acumine propè diuino. Hanc meam sententiam ipse verborum contextus uehementiùs probat diligentius nempe lœuitatus, idest non illicò et repentinò obtutu, sed attentiori consideratione

at sperabis] melius parabis]

intro

introspiciens, illis nihil deesse ad omnia intellegenda cognosces, vt paganis ad debellandos hostes. Nulla præterea ibi studentium militiæ mentio facta, nec metaphoricos, vt videre est in epistolâ, quam qui legisset, intellexisset. Sententiam roborant verba Taciti in Agricola [Credunt plerique militaribus ingenijs subtilitatem deesse, quia castrensis iurisdictio secum et obtusior, ac plura manu agens calliditatem fori non exerceat] at rem igitur et litem, cuius decisionem et sententiæ probationem à tuo, Adelphonse, [illegible] integerrimo iudicio præstolemur, Verum enimuerò nescio an iustitia, uel magè temeritas aurem uellit, ne animo cadam, ac pro me se staturam pollicetur. Interim ipse uiuam mihimet conscius. nec à me abhorret sententia Cl. Minóïs in Notis ad Plin. epist. xxv. quem ait adludere haud dubio ad illam præsumptam in iure militum imperitiam, cuius ratione illis testandi remissa omnia ferè solemnia, et priuilegia militaris testamenti, de quo xxix. Dig. et v. cod. Justin. Attamen non medius fidius negem aliquando posse paganum pro milite vsurpari; sed hoc adeò rarum, vt nulla ratione possim vnquam adduci; vt credam elegantissimum prudentissimumq; (sic uocat cum Hieronymus) pœtam hac futili ac parum vsitata vsum notione. Nec Marcilium æquè doctissimum audio, qui semipaganum pro satyrico vsurpat: Nam satyra, si ad originem recurramus, rustica et paganica est; vnde agrestes Satyri pro satyrâ Horatio ad Pisones. Non satyricum se Persius uocat, qua hoc fini? sed eius hæc verba ex Sidonianis uerbis, et sententiam puta, [Non hei[illegible] ego commentitiam Terpsichorem more studij veteris adsciui, nec iuxta scaturiginem fontis Aganipici per roscidas ripas, et pumices muscidos stilum traxi.]

= Nec fonte labra prolui caballino
= nec in bicipiti somniasse Parnasso
= memini ——

Vnde Semipaganus; vt apud Apulcium Semigætulus, et Semimumida, apud Hieronym. Semibarbarus Honorij Aug. socer: et id genus plurima, quorum, ne amplius

—— Nugis

= pagina turgescat ——

Laudatis

laudatione supersedeo; tuo autem cultu haud vnquam, Adelphonse, cL.
~~à maioribus, à Patre, à Fratre (heu! olim), à tuo ingenio in-~~
~~lustris~~.

LVDOVICO TRIBALDO STOLETO, ET ANTONIO de ROZAS

politioris litteraturæ scientissimis.

In Arnobio partim ex m.s. libris, partim ex coniecturâ emendationes plurimæ, obseruationes aliquot.

SCHED. VI.

Amicitias inter probos immortaleis probat esse et optat qui res Romanas immortaleis quodammodo fecit; ego Vt et opto; aliquando, reor, non improbabo; qui quos immortali amicitiâ coniunctos audio, vt ab illâ, à vobis, à meo animo qualiacunq; ista hac potissimum ratione perennent, lubens prudensq; coniunxi; Ludouice et Antoni amiciss. Fœtus ingeniorum uestrorum immortali prorsus laude dignissimos aliquot uidi, plures uelim. Vos prudentiùs (ita dicam) quàm par esset, an et crudelius premitis. AVGVSTINVM tuum, Antoni, auidè exspectamus, succense, rogo, tot desiderijs. Tua* pöëmata, Ludouice, pöëtarum omnium

quot sunt, quotq; fuere

quotq; post alijs erunt in annis

in HISPANIA latinorum facile princeps, in vulgus patere exeant à non vulgo uel optimorum scriptis vatum præponenda: Vtriusq; ego iudicium omnibus: cuius facio quæ in veteri, eleganti, ac erudito Afro Arnobio cursim notabam; ex

Libro primo Contra Gentes,

*Vnà et Variarum Lectionum lib. Emblemata, et alia gene iam adfecta.

prope medium, [puerile pusillum est, et exile, uix et illis conueniens, quos iam dudum experientia Doctorum Dæmonas adpellat, et hos non nosse cęlestia, et in hac rerum materiâ crassiore conditionis suæ sorte uersari:] Sic Legit Gelenius, sic et habet Canterus licet suspectum locum insinuet, et in Romano codice, quo pro manuscripto ipse usus est, fateatur legi errores nullo sensu pro ethos; sed ego hinc meum elicio, et errones lego, probo quidem. de dijs namq; loquitur quos adulatoria humilitate (vt ipse ait) magnum aliquid petentibus, si se sibi submitteret, sin uerò despectos se et ab summo culminis fastigio decidisse credentibus, quosq; [errones] merito [in hac rerum crassiore materiâ versari ait,] atq; ignorare cęlestia. de quibus ego alibi latius.

ibid. [Cur luna semper in motu in demnis creditur animalibus causis Lucem semper atq; obscuritatem resumens:] Sic Gelen: Rom. cod. sic [in motu idem ne qui creditur;] Neutra placet Cantero; ego sic Lego [Cur luna semper in motu singulis mensibus redit animalibus c. l. s. a. obscuritatem resumens:] et Iouem Lapidem deierare ausim sic legendum, licet temeraria immutatio uideatur litterarum.

Paullò post, [si quando conspexeram lubricatum Lapidem, et exolei vnguine ordinatum, tanquam esset uis præsens, adulabar, affabar:] de se loquitur Idôla aliquando uenerante; sed nescio an rubricatum legendum; quâ de re uidendus Clem. Alexand. Strom. VII. vbi similis locus, odoratum pro ordinatum Canter. legit fortè oblitteratum, uel orbiculatum.

post pauca, [alicui ne mortalium Iuppiter ille Capitolinus huiusmodi (de miraculis sanctorum loquitur) potestatem dedit? Curionem aut Pontificem Maximum, quin imò dialem (quod eius est) flaminem isto iure donauit:] Canter. legit (quod maius est), quod alios sacerdotes præter Regem præcederet vt ex Liuio constat. l. lib. dec. l. et Festo. sed non placet, lego quod eius esset, uel quod ius esset, quod ex uerbis vtriusq; potest adstrui.

Propè finem, [imò quia hæc omnia et ab ipso cernebunt geri:] (de gentibus conuersis res est) [et abeius præconibus, qui per orbem terrarum missi beneficia patris et munera dijs hominibusq; portabant

bant veritatis ipsius ui uicta, et dederunt se Deo, nec in magnis posuêre dispendijs membra uobis proiicere, et uiscera sua lanianda prabere:] Sic Cant. reiectâ lectione Cod. Rom. hac [et munerandis animis hominibusq;,] Lego [remunerandis animis, hominibusq;] uel, si mauis, ieiice animis et q3, uel munera Dei, quæ suspectæ mihi fidei. Non procul ab ijs, [Mors illa, quam dicitis, assumpti hominis fuit gestaminis, non gestantis: quam nec ipsam perpeti succubuisset, tanta si non agenda res esset, et inexplicabilis ratio fati clausis patefacienda mysterijs.] in Rom. cod. [quam nec ipsam perpeti succubuisset vis tanta, si non agenda res esset.] Fortè ait Canter. [Suis tanta si non agenda res esset.] Ego distinguo et Lego, [quam non .i.p. succubuisset uis, tanta si non a.r. esset.]

Ex libro Secundo

[Quid ergo? uos soli sapientiæ conditi, atq3 intelligentiæ ui nescio quid aliud uidetis et profundum?] Canter. altiùs, Ego altum vt profundo respondeat.

paullò post, [protegimus nos laminis, phyllis, Marsis uendentibus;] Joa. Auratus, [Labijs, Psyllis, Marsis uè dentibus;] pro Psyllorum Labijs et Marsorum dentibus mavult. quòd Psylli sint populi lybiæ à serpentum morsu immunes, et à morsu infectis venenum excutere pollentes; sed de Marsis, quod ego puto, non idem. Canter. reiecit in textum [laminis, Psyllis, Marsis uendentibus.] Ego sic integrum locum Lego, [aduersus ictus noxios et uenenatos colubrarum morsus remedia sæpè conquirimus, et protegimus nos laminis Marsis, Psyllis uendentibus, alijsq3 institoribus atq3 planis.] uel si mauis [laminis Psyllis Marsis uendentibus;] sic Apuleius de Pamphile Magâ [ignorabiliter laminis litteratis,] quæ uel auerruncandis, uel immittendis phyltris sunt aptæ: excutiendus tamen hic Arnobij ex Plinio Locus; certè de Psyllis Lucanus dixit

= Marmaridæ Psylli par lingua potentibus herbis,

quòd uenenum exsugant; sed nec contemnenda elegantissimi Francisci Bencij emendatio pro laminis, lamidis, qui aruspices nugacissimi, Vt victorius latè explicat xiii. Var. lect. cap. xv.

inferiùs de animis loquens, [si omnipotenti credimus Regi nihil esse difficile, nihil arduum, si quid impossibile nobis factum est, illi

posti

possibile atq; admodum executioni paratum?] ex priscæ scripturæ uestigijs fortè [executione patratum] quod et rem auget.

[Si nos istud nescire dicamus ac tantummodo auditum ex potentiore credidisse, ubi nostra uidebitur credulitas Lapsa?] et post aliqua [sin fortè nescitis et antea uobis incognitum propter rei nouitatem fuit, accipite seriò et dicite ab eo, qui nouit et protulit in medium, CHRISTO, non esse animas Regis maximi filias, nec ab eo (quemadmodum dicitur) generatas cæpisse se nosse, atq; in sui nominis esse sententia prædicari, sed alterum quempiam genitorem his esse dignitatis et potentiæ gradibus satis plurimis ab imperatore disiunctum.] Canterus legit essentiâ pro esse sententiâ, vt obseruauit Muretus in Senecâ Epist. Lix. pro quid sentiam; sed potest, meo iudicio, esse defendi pro essentiâ ipsâ. Nam dura illa essentiæ vox et noua multorum aures olim offendit, vt ex Fabio Quinctilian. lib. II. Cap. VIII. et ex Sidon. Apollinar. Epist. ad Polemium Constat. esse uerò per archaismum quis male legat? progredior in Arnobio.

[Quid fullones Lanarios, phrygiones, Coquos, panchrystarios, maliones, lenones, lanios, meretrices?] Nihil ista et alia Mundo prodesse probat mundi originem indagans contra Philosophorum placita; panificescutarios legit Turnebus: fortè pancarpiastę à pancarpijs, quæ coronæ ex vario genere florum Festo sunt; sed an pancratiastæ? fortasse, nam cum meretrices et lenones inter alia munerum, siue occupationum genera enumeret, quidni et illos? Sic Iuuenalis aliptem et schænobatem inter alios coniungit

= Grammaticus, Rhetor, geometres, pictor, aliptes,
= Augur, schænobates, medicus &c ——

[atq; (vt eum laudibus extollamus humanis) sapientissimus, iustus, perfecta omnia faciens, et integritati suæ conseruatia mansiones] de deo loquitur: [Conseruans mensiones, uel dimensiones] Cant. mauult; ego mansiones; nam cum vbiq; Deus sit, vbiq; integer est, explenâ diuinitatis non mensurâ, cum abiq; illâ æternus sit, sed mansione.

[si dicas. &c. esse auream terram, quod in uerruculâ collis vnius insint exiguæ miculæ, quibus nascitur colliquefactis aurum

adm.

admiratio congregatione conquiritur.] Nullo sensu; aliquo, si legas [admirantium, uel admirabili,] seu potiùs [admistâ congregatione]
post aliquot paginas, [religionis autem auctoritas non est tempore æstimanda, sed numine, nec colere quâ die, sed qui cęperis conuenit intueri.] bene quî, sed melius quid, uel quem legas.
[Cuius socer Latinus fuit? Æneæ genitoris Latini, Cuius? Albani oppidi conditoris:] Legebam [Æneæ genitoris Ascanij;] sed adrisit Ob. Gifanij emendatio [Æneæ, genitor is cuius?] et si duriuscula locutio.
[Nescij quòd quantum instatis et pergitis in effigies has nostras secciesq; sæuire, tanctum arctis et grauibus reuelatis nos uinculis, et ad lumen efficitis circumcisis nexibus euolare.] Lego releuatis, ni error typographicus, quòd antea idem verbum præcesisset. sed eodem uerbo vtitur Lib. IV.
[Nec plus apud nos valeat incredulitas nostra, quàm illius nominis et potentiæ magnitudo:] malo numinis; occassio iubet.
aliorum etiam, en, obliuia: quæ varijs istius lib. II. locis, [illi, qui cum suis quotidie cupiditatibus pugnant, et affectus ex animis in sitos proturbare, pellere pertinacium moliuntur obluctatione virtutum,] de Philosophis agit, Ego lego [pertinaci amoliuntur obluctatione v.]
[quid ad uos ineptissimæ fatuæ?] fortè ineptissimè fatui?]
[quidquid herbarum aut fruticum, aut adolentia naribus aut tristia inodoribus semina?] Lego disiunctim in odoribus
[amara sunt enim elementa, uel dulcia, odoris sunt alicuius, uel oloris &] coloris legend. et ex præcedentibus probandum, [fuerit necessitas aliqua vt non alios sapores, alios odores, alios colores &c potuerint sumere?]
[Aut Martium discrimen obeuntes spem prælij sumitis et ex acuminibus auspicatis?] Sic legitur in Rom. cod. alij omnibus reponunt: Ego [ex cacuminibus auspicia captatis;] siue auspicatis: nam auspicaui in Plauto et Non. Leges: mos autem notus in augurijs, seu auspicijs.
[Antequam Memoria, quàm Alcmena, Maia, Iuno, Latona, Læda, Dione, tum et Semele diespitris factæ sunt compressionibus fœtæ] &c
Ast Memoria inter Deas a Ioue compressas vbinam legitur? fortè heic inter ceteras, quia lib. III. de Musis inquit idem Arnobius, [Musas Mnaseas est auctor filias esse Telluris et Cœli; Iouis ceteri

præ

prædicant ex Memoriâ vxore uel mente.] &c. Tametsi quodlibet aliud Deæ alicuius nomen ibi reponendum mallem, Memoriæ Loco; sed mea nunc quodquod illud sit non occurrit: alijs fortasean.

ex libro Tertio

[hoc vt ostendatis exposcimus esse Deos alios naturâ, ui, nomine non in simulacris propositos, quos uidemus, sed in eâ substantiâ in quâ conueniat æstimari tanti esse nominis oportere virtutem:] in veteri Libro scriptum erat exſtimari, vnde exiſtimari legendum coniiciebam, ijsdem sensu et phrasi, quæ's apud D. Cyprianum eadem vox.

[Quin imò si fidelitis exploratum uos dicere quicquam de Dijs uestris, erroris conuincite Ciceronem, temeraria et impia dicta refellitote, redarguite, reprobate:] in eodem lib. refellite quî illa immutatio?

[Nam necesse est Corpora, si sunt mares et feminæ, ui significatos ex generum disiunctione.] ibidem ſint pro sunt; exigua hæc et nullius ferè, vt videtur, momenti; sed nihil tam in bonis auctoribus exile, quod operæ pretium non sit admonere. Sic in ceteris, [et quoniam cibis mortalibus abstinent (de dijs loquitur) edentulos esse paruulum credendum est ritu]? ibid. ritè.

[Neq; enim ueri aliquid scire tantâ in re possumus, aut suspicionibus indagare, quas esse apud nos liquet, instabiles, lubricas, et uirorum similitudines somniorum;] elegantius quàm in lib. veteri, in quo [ad ueterum similitudinem somniorum] legitur, et ad oram libri similitudine vt ex conſisione littera vtrobiq; extremæ. s. prima reiiceretur. elegantius, inquam; Vt in Petronio [somniorum interpretamenta]

ex libro quarto

[Nisi Romulus tenuisset teli traiectione palatium, niq; Tarpeiam rupem Rex Sabinus potuisset accipere, nulla esset Pantica, nulla Prastana] lego nisi pro niq;, non enim opus particulâ illâ q;

[Quid ergo si argilla et materia fuerint quacunq; aliâ fabricati fuerit?] Sic Galen. legit; in Romam cod. pro argilla legitur iſta; ex vtraq; lectione nostram adstruo proculdubio certissimam, [quid ergo si istâ

uel illâ

uel illâ materiâ fuerint quaeunq; alia f. foci?]
[Nam Mercurius primus, qui in Proserpinam dicitur genitalibus adhinnuisse subrectis, supremi progenies Caeli est.] Lego adhinnijsse: sic in eddem inequitare alibi, [etiam ne Mutunus, cuius immanibus pudendis, horrentiq; fascino uestras inequitare matronas et auspicabile ducitis et optatis.]
[Si ergo (vt diximus) officia nobis adeuntibus religiosa Mineruae adsint quinq; ac de huius nominis proprietate rixantes, sibi quaeq; desideret aut thuris suffimenta libari, aut ex pateris aureis in seriam uina defundi, quo disceptatore, quo iudice controuersias tollemus tantas?] Dubito an [de vnius nominis proprietate] pro de huius legendum. dubitationis caussam offerunt munia et nomina vnicuiq; Mineruae ex illis quinq; adtributa, et paullò ante ab Arnobio nostro commemorata. Si tamen huius rei tineamus de Mineruae nomine siue uoce res erit, quòd nescio an heîc aptum. inferius pro in seriam uina defundi, uellem inferia uina defundi. legi; notum quid seria, vt seriola Persio, sed nec ignotum quid vinum inferium; et in libaminibus formula inferio vino.
[At uero uos contra maiestatis immemores et sublimitatis tantae eas illis adiungitis natiuitates, ortusq; eos adscribitis, quos ingenijs sautioribus homines ut execrationi habeant et horrori.] Satis latinè. sed in libro illo, quem sape uoco, veteri disiunctim in genijs; nec male, legitur.
[quosdam nuptias celebrasse, et festas habuisse frequentias dicitis, et lusisse in his deas: et quod participes fesceninorum non essent, perturbasse discordijs omnia.] an et Discordias? fortasse ex notâ fabellâ.
[Ergone (iterum dicam) tonans, fulgens, et fulminans, et nubila terribilia conducens, suxit fluenta mammarum, vagitum edidit, repsit? atq; vt fletum poneret] (uel exponeret vt habet Rom. cod.) [ineptissimè tractum crepitaculis obticuit auditj, et ad somnos inductus est in mollissimis cunis iacens, et uocibus delinitus infractis?] Lego et dispungo aliter illa [vt fletum exponeret, infantissime tractus] &c eâdem, uel simili uoce alibi Arnobius vtitur.
[Nonne uestris cautum est litteris adamatum esse ab Aurora Ithonum &c?] cantûm id est cantatum multis probat Canterus; quia cantum legit Rom. cod. ego uestigijs priscae scripturae [nonne è uestris natum

est

est litteris] &. nam ipsi primi docuêre, uel enatum. in Minutio Felico nullo modo cantum admittendum in illis. [de Pyrrho Ennius Apollinis Pythij responsa confinxit, cum iam Apollo uersus facere desijsset, cuius tunc cautum illud et ambiguum defecit oraculum.] potiùs catum.
[Quin et ille in fabulis maximus ipse regnator poli sine vllâ nominis maiestatisq; formidine adulterorum agere introducitur partes.] &c Lego numinis, vt aliàs sæpe.
[Sin autem ab huiusmodi nefarijs Deorum est genus immune, neq; quid sit irasci dij omnino nouerunt: et nobis ergo irasci sine vllâ ratione dicuntur, qui ira quid sit, ignorant, et abeius contenta et permixtione sunt absoluti.] fortè conscientiâ, uel quid aliud aptiùs pro contenta reponendum. Vos iudicate, mi amici.

DN. CHRISTOPHORO VANETTEN VI

Domino de Cav werburch.

Reliquos Arnobij libros uel emendatione lustro, uel explicatione inlustro.

SCHED. VII.

Arnobius
—Supposititius sibi ipsi

tibi, CHRISTOPHORE nobiliss. hosce ludos d. dicatq; spectacula, quæcunq; ista sint me Mastygophoro, parat, exhibet; nulli æquiori iure, quàm tibi, qui illum eloquentiâ amænâ, priscâ virtute, eruditione multifariâ uerè exprimis. meum ego inte animum satis amicum: tuum in Arnobium opto, ne verso pollice à vulgo hæc excipiantur, quæ in

Librum

obiter obseruitabam. acceptâ regem (Numam) [scientiâ rem in Auentino fecisse diuinam, elexisse ad terras Iouem, ab eoq̃ quæsisse ritum procurationis:] uellem deduxisse pro elexisse: verbum in hac re ualdè Latinum, et vsitatum sæpius. Virg

: carmina uel cælo possum deducere Lunam,

Tibull. ——— è curru lunam deducere tentat,

Ouidi. —— sanguineæ deducunt cornua lunæ

Propert. — deductæ quibus est fallacia lunæ

Mart. —— lunam deducere

Petron. = Carminibus deducta meis ——

Lucan. = præcipiti deducta polo ——

alijs passim: quid pluribus opus notissima anquirere? sed et Horatius od. XIII. epod.

——et imbres

: nubesq̃ deducunt Iouem:

notione non absimili: etsi Elicij Iouis, siue descensoris nomen nonnihil me remoretur, ad quod fortasse Afer doctus respexit. Quod illud Inlustrissimus Card. Baron. 1. Annal. Eccles. Turneb. Aduers. IX. cap. IX. R. Angelus Rocca in Biblioth. Vatican. adcuratè exponunt. Hanc (uoluptatem Iouis) petra (Agdus) [concepit, et mugitibus editus multis prius mense nascitur decimo materno abnomine cognominatus Acdestis.] Lego (editis.

[Huic robur inuictum, et ferocitas animi fuerat intractabilis, insana, et furialis libido et ex vtroq̃ sexu ui rapta diua stare, disperdere immunitas quò animi duxerat.] &. Sic Gelenius, sic Canterus, sic Romanus codex et ex vtraq̃ sexus: vnde legendum coniicio [furialis libido et ex vtraq̃ sexus vi rapta diua stare,] siue raptata diu stare: altera namq̃ lectio futilis et sine sensu, quamuis obsequentia ad Diuos quis referat, paullò inferiùs - [necessitatis in tempore haustum accurrit Acdestis, immoderatiùs potionem hiantibus ueni rapit: fit vt insolitâ re uictus soporem in altissimum deprimatur:] legendum reor capit pro rapit: et insolitâ pro insolitâ (ni typographicus error in ijs editionib. sit). Nam familiarem illi fontem paullò ante adscripserat, cui meri primum haustum statim

sub

subiungit.
[exsolutus ille ui meri corripit se impetu, et adducente nexus planta
suis ipse seuiribus, eo, quo fuerat, priuat sexu.] Sic Gelen. in Rom.
cod. exaltatus, à Canterò coniectum exartatus. ego exhallatus siue
excitatus, et pro [eo quo fuerat, seriuat sexu:] velim legi quo fu-
rebat: quid opus signatè quo fuerat adiicere, cum eo, quo non fue-
rat priuari haudquaquam posset? furebat autem furiali et insana
libidine
cuius (mali punici) [Nana speciem contemplata regis Sangarij flu-
minis filia carpit mirans, atq; in sinu reponit: fit ex eo prægnans.]
glossema [fluminis] existimo, ni eius loco punicum reponas optimâ
sententiâ, facili mutatione: Sangariam alibi tantùm Arnobius
appellat, non flumen.
[Acdestis blandus adulto comes, et quà solùm poterat amans, tectis
assentationibus victus:] in Rom. cod. pro amans legitur minus:
mimus Canterus coniicit Legendum; sed licet illi valde arrideat,
mihi displicet, melior vulgata lectio et tolerabilior minus; sed
credo ipsum illâ esse vsum, vt alias induceret Lactantij et Apuleij
emendationes similes, nam et si mimicus et (vt veteri uerbo dicam)
ex spes ille amor, spem tamen habebat, vt videre est; sed in his praestat
tacere. Lego [certis assentationibus victus:] lineolis duabus intermedijs,
[per uinum deinde confitetur, et ab Acdestise diligi (Atys) et ab eo
donis siluestribus honorari: vnde uinum quod silentium prodidit in
eius nefas est sanctuarium inferre pollucis:] Gelen. in Rom. cod.
[vnde uino quod silentium prodidit in eius nefas est sanctum se esse
inferre pollutis:] Vnde Canter. ad ueterem scripturam accedens sub-
odoratur. [vnde uinum quod silentium prodidit in eius nefas est sanc-
tum De a inferre pollutis:] in tam variâ lectionum varietate quid
si ego variem? modò Legens [vnde vinum q. s. p. sanctum se esse
in eius nefas est inferre de libris] uel pollubris. voce notâ ex
*Varrone, Fabio Pictore, et Festo. modò [in eius sanctum est
nefas esse inferre pollubris:] modò [uino quod silentium prodidit
eius, nefas est sanctuarium uel sanctum inferre pollutum:] sanc-

tuarij

tuarij uoce aliquotiens Arnobius vtitur.
[Acdestis scatens irâ conuulsiâse pueri, et vxoris adstudium deriuati, conuiuantibus cunctis furorem et insaniam suggerit: conclamant exterriti adorandorum Phryges.] Lego adaras uel ora Deorum.]
[mammas sibi demetit galli filia pellicis, rapit Atys testulam, quam instigator ipse gestitabat insania, furiarum et ipse iam plenus perbacchatus iactatus proiicit se tandem, et sub pini arbore genitalia sibi desecat.] interpungo [iam plenus, perbaccatus, iactatus;] vnumquodq3 namq3 uerbulum sententiam fulcit, augetq3.
[et sane3 hoc loco frugalitatis magna uiri, et circa res etiam flagitiosi operis parciores. ne sancta illa semina frustra uideantur effusa, silex (inquit) ebibit Iouialis incontinentiæ faditatem.] Lego (inquit), nam et si passim Arnobius uoce hac inquit, vtatur nullam adsignans personam, heîc signatè illam profert.
[æstuatum est in Concilijs Deorum quibusnam modis esset intractabilis illa feritas edomari.] Lego posset, nam antea, [cuiuscum audacia quibusnam modis posset uel debilitari, uel comprimi sæpenumèro esset Deorum in deliberatione quæsitum.] nec est cur obiiciatur phrasis græca, quâ non nunquam vtatur Arnobius; licet Cant. cum Romano codic. esset malit: Arnobij ipsius verba illa pluris facio ad aliorum confirmationem, quàm Codicis Cuiuscumq3 lectionem, quam nisi ad Græciam recurras suppetias petiturus, non facile tutaberis.
[glandibus atq3 ficis alebat Berecyntia relegatam conuenienter et rectè: pomis enim debuerat uiuere qua mater fuerat facta de pomo.] repono relegatam: non enim religari sed segregari aut relegare et claudi iussa erat à patre Nana. tanquam uitiatam, inquit, claudet pater eius & [pomis atq3 alijs baccusis Deûm sustentatur à matre.]
[ipsis mater est ingressa tum manibus. admiramur quidem in hac parte uires et fortitudinem numinis: sed culpamus negligentiam regis, quod cum legis meminisset et fati Atys, fecerit hostibus minus prouidam ciuitatem.] hunc locum corruptum puto, non enim Rex meminerat fati, nec ipse Atys, sed mater Deûm; antea namq3 dixerat, [verùm mater Deûm adolescentuli fatum

sci

sciens, interq3 homines tandiu illum futurum saluum, quandiu esset solutus à matrimonij fœdere, ne quid accideret masti ciuitatem ingreditur clausam muris eius capite subleuatis, quod esset] (esse leg.) ratione ab hac cæpit: nisi legatur pro Regis, eius, vt ad matrem Deûm referatur. Dectio indiget notatore. Nam non hæc negligentia Regis, sed matris Deûm, quæ cum ciuitatem ingredi potuisset, non potuisset fatum uitare, vt seruaretur Atys.

[ergone Deûm mater genitalia illa disiecta, cum floribus ipsa per se merens officiosa sedulitate collegit, ipsa sanctis manibus, ipsa diuinis contrectauit ac sustulit flagitiosi operis instrumenta fædiq3 abscondenda etiam mandauit terræ?] Legendum fortè pro fædiq3 suffodit, uel [foditq3 et abscond. e. m. t.?] Nam antea eodem uerbo in re simili de Deorum matre usus fuerat iniicit ijs terram, et inferiùs mater suffodit eam Deûm.

[Postulat quidem magnitudo materiæ, at q3 ipsius defensionis officium vt similiter cæteras turpitudinum species persequamur, vel quas produnt antiquitatis historiæ, uel mysteria illa continent sancta, quibus initijs nomen est (Lego initij vt ad sacra referatur, uel initiandis numen est, uel adest) et quæ non omnibus vulgo, sed paucorum taciturnitatibus traduntur: sed sacrorum innumeri ritus atq3 aflixa deformitas singulis, corporaliter prohibet vniuersa nos exequi.] quid sit corporaliter? ambigo, cum de narratione, siue rerum commemoratione et historiâ loquatur. Nec ausim uerè scriptum affirmatè pronuntiare: satis alterius acutiori iudicio relinquere.

[fœdam igitur Fatuam, Bonaquæ dicitur Dea, transeamus, quam myrteis cæsam uirgis, quò marito nesciente seriam meri ebibere plenam, Sextus Clodius indicat Sexto de dijs Græco:] fortè [fœtam] et l x vi. [de dijs Græcor. Sexto de dijs Græco] corruptè à librarijs imperitis effectum reor.

[Bacchanalia etiam prætermittamus immania] (uel inania vt est in Rom. cod.) [quibus nomen omophagijs græcum est, in quibus furore mentito et sequestratâ pectoris sanitate, circumplicati

uos

uos anguibus, atq; vt plenos uos Dei numine ac maiestate doceatis, caprorum reclamantium uiscera cruentatis oribus dissipatis.] quid si redamantium Arnobius dixerit obscenam Caprorum fœditatem spectans?

[nec non et Cypria Veneris abstrusa illa initia prætereamus; quorum conditor indicatur (fort. iudicatur) Cinyras rex fuisse, in quibus sumentes ea certas stipes inferunt vt meretrici, et referunt phallos propitij numinis signa donatas.] quid sumentes ea? Lego Deæ. videndi de hac re Herodot. lib. 1. Clemens Alexand. in Protreptico. ex quibus inlustrandus locus non cuiuis obuius in Baruchi Prophetæ Cap. v. ab alijs iam excussus. *illos uide.

[uellem, inquam, uidere &c torquentem illum sidera &c consectantem uerueeum greges, inspicientem testiculos arietinos & tum deinde secreta rimantem fermenti simila, submotis q3 arbitris circumiectas probus diripientem membranulas feruentiq3 adhuc matri velut quosdam insulas eliciendi miserationis offerentem.] sic Gelen. in Rom. cod. [feruentinullas] neutrum placet Cantero, qui doctioribus relinquit. Ego quid hinc eliciatur, ambigo. Forte [feruentis mali], nam vulnera ille confederabat et malum feruens seu recens.

[Quòd si pro his omnibus quod oporteat suiici rerum immutatione monstratis &c sin autem singula in singulis neq3 potestis opponere, neq3 ad rerum vocare contextum &c] Rom. cod. [neq3 alterum rerum uocare contextum], Lege [neq3 ad verum rerum uocare contextum] verissimâ lectione. Sed hac in lib. v. Pergo ad

Lib. Sextum.

[Quid Celei Virgines? non in Cereris Eleusinæ humaræ habere, prohibentur officia?] de sepulcris hominum in Deorum delubris agit. Sed Lege, meo periculo [humationis perhibentur officiò,] siue, humationis habere p. officia] et verbis ijs paullo post scriptis confirma [quis est, inquam, qui non sciat ex fundaminum sedibus caput hominis (de Capitolij nomine a Tolo Volcentano accepto agit)

[euolutum non ante plurimum temporis, aut solum siue (lege sine) partibus ceteris (hoc enim quidam ferunt) aut cum membris omnibus humationis officia sortitum?] Vid. Clem. Alex. in Protrept. [si enim certum est apud nos deos esse, quos vemini; &] Leg. [uos], nam cum Ethnicis Arnobius loquitur.

[fremebundus hiatibus toruidis, dirus, sanguineo degutture malum dentibus suis comprimens] Rom. cod. sanguineo de coloro] vnde Canter. [sanguineo de colore], forte [sanguineo de cruore,] siue sanguineo teter ore], nam in has ducit opinationes ductus litterarum: addo etiam legendum fortasse [malam dentibus suis comprimens], nam statim [atq; vt olim fessi canes linguam ore de patulo pituitate proiiciens], vt hêc linguam, illic malam.

[consimili rursus translatione si nude Ioui cornua detrahat, et Martis temporibus affigat; Martem armis spoliet, et ijs rursum circumcludat Ammonem &] forte [cornuto Ioui] Nam antea [Hammon cum cornibus iam formatur et fingitur arietinis.]

[Deos relictis sedibus propriis (id est cælo) non recusare, nec fugere habitacula inire terrena; quinimo iure dedicationis impulsos simulacrorum coalescere iunctione.] Lego [vinctioni] nam infra [Vincti omnes et propemodum colligati nobilitent testulas] et [si permanendi necessitatem patiuntur, quid miserius ijs esse, aut quid infelicius poterit, quam si eos in basibus ita vnci retinent, et plumbeæ vinctiones.] Paucula

in lib. Septimum.

[Vbi enim venalis et mercenarius dator est, ibi necesse est gratiam pro magnitudine muneris tribui, et eò inclinare suffragium, vnde adeum, qui præstat, mercedis plus multo et indecoræ corruptionis affluxerit.] eleganter, sed an [affulserit] [illegible] vt in Persio nostro,

quod si dolosi spes refulserit nummi

et ex eo Io. Sarisberiensis [nullum graue periculum est, si spes

dolosi

dolosi nummi refulgeat]. Nihil tam en adfirmo, cum vulgata Lectio
in omnibus tam m. s. quàm impressis codicibus constans sit.
[iam uerò si uiderint in femineas molitudines eneruantes se uiros,
Vociferari hos frustra, sine causa alios cursitare, &c] sic Canterus,
sic Elmenhorst: verùm Rom. cod. [sine culpa]: ego Legerem
[sine pausa], uox familiaris Apuleio, ipsi Arnobio, aliis.
[currat, sedeat, ambulet (Deus). an abhuiusmodi motibus et ces-
sione sit liber.] Leg. [sessione] nam dixerat [sedeat].
[responsum deinde ab haruspicibus editum res saeuas, tristissimas q3
portendi.] Leg. [scaeuas] siue [Laeuas], nam proprium aruspicinæ
non fauentis.
[si enim rusticus, senior inexpeditus, in rebus obeundis cunctabatur
in re iussa.] forte [segnior], quid enim ibi [senior]? ipsius
tamen ignorantia et segnities ex Arnobio nota.
[ex Epidauro tamen quod est aliud allatum nisi magni agmi-
nis ober?] forte [augminis], quae etiam voce alibi ipse Arnobius
vtitur.
[Possumus enim scire &c aut ex molibus inæqualiter aggeratis
successus quidam et fornices &c] forte [secessus] vt lib. VI.
[si deorum potentiam metiaris, successus quidam parui, atq3
(vt verius loquar) genus angustissimum cauernarum &c]
vbi fortè eadem reponenda uox est.
[et quem omnes hodie illo ipso uidemus in signo oris loco positum,
indolatum, et asperum, et simulacro faciem minus expressum
simulatione præbentem] Legerem [insigniori loco positum].
alij uideant.
[si deorum est proprium (si modo sunt veri et quos deceat nuncu-
pari ui uocis istius et potentia numinis] nihil facere mali-
tiosè &c]. Legerem etiam [nominis], nam de Deorum no-
mine res est, non numine, et ter quaterùe ijsdem uerbis

Arno

Arnobius loquitur. Cuius pro coronide librum hunc septimum esse imperfectum noto, cui aliquid, parum tamen, deest. Octauum librum non scripsisse iam latius docui: confirmant verba Hieronymi in Epist. ad Magnum Oratorem Rom. [Septem libros aduersus gentes Arnobius edidit, totidemq; discipulus eius Lactantius &c]. De Lactantio nemo ambigit, cur de Arnobio ambigendum? non uideo.

ALPHONSO IO. AC ALPHO. P. Et EVGENIO NARBONA TOLE=tanis fratrib. I.C. primarijs.

Ex Adagiorum vulgarium Hispanorum centuriâ selectâ cum Græcis ac Latinis, vnde ortum habuere, parœmijs compositâ seu conlata specimen.

SCHED. VIII.

Παροιμία ἐστὶ λόγος ὠφελιμὸς ἐν τῷ βίῳ ἐπικρύψει μετρίᾳ πολὺ τὸ χρήσιμον ἔχων ἐν ἑαυτῷ [Prouerbium est sermo ad uitæ rationem conducibilis, moderatâ quadam obscuritate multum in se continens utilitatem]; ni pressiùs ac meliùs [celebre dictum, scitâ quadam nouitate insigne] finiatur: duplici tamen illâ notâ notum, vt celebratum sit, vulgòq; iactatum, hoc est adagium, quasi circumagium, vt ait Varro, et ipsa parœmiæ notio Græcis ἀπὸ τοῦ οἴμου τὸ ὁδὸς ὥσπερ ῥῆμα τι παροδικὸν — quod passim per ora hominum

obam

obambulet, ceu bene discutit Desid. Vtq; à sermone communi scitè discernatur. Vtrumq; omnibus ferè nationibus familiare nuper Ia. Gruterus studiosè monstrauit. de Hebræis sacrisq; meus Del-Rio quâ solitus est eruditione, rerum copiâ, ingenio, opere, et si posthumo, mirando; de Græcis Zenobius, Zenodotus, Diogenianus, quibus amici nostri eruditissimi Andreæ Scotthi studio, vt alijs magni ingenij monumentis, familiariùs fuimus; alij; de Latinis plures, quàm recenseri sit operæ pretium. de nostris hoc est, Hispanis non vnus, sed multi ac magni Proceres. D. Inicus Mendocius Marchio [de Santillana] paræmias evulgauit multos ante annos Hispali, et prouerbia uersibus concinnauit, quæ uiri docti commentarijs inlustrari haud fuerunt indigna. Ferdinandus Perecius de Guzman Dn. de Batres, cuius historia rerum à Ioanne II. castellæ rege gestarum exstat, non pauca conlegit, quæ in decentiorem formam redegit Ferd. Perecius de Guzman alterius abnepos. Petrus Diacius Ioannis II, cuius à consilijs erat, iussu adagia è senecæ Hispani operibus selecta Hispanè scripsit, et scholijs auxit, vt illius aui mos erat, sanè bonis. Ferdinandus Nonnius de Guzman vulgò apud exteros Pintianus, apud nos commendatarius Græcus, à patriâ, religione, professione vir nobilissimus, et obseruationibus in Plinium, Melam, et senecam, ac Io. de Mena clarissimus improbo labore in hanc rem incubuit, tandemq; discipulorum curæ quotquot congesserat, notis adornaturus, si licuisse, commissit. Horum uestigijs inhærens Io. Mallara Hispalensis Centurias aliquot vberioribus interpretamentis explanauit eruditè satis. quæ omnia typis iam excussa vulgò omnium manibus teruntur; illud non item, magnum opus, ac labore omni vt et laude maius, quod Toletano nobilissimo Io. Merulo, de quo* alibi nos Latiùs, Hispani debent. Tibi ego amicorum meorum, vt et I. consultorum nostri temporis antistes, Alphonse Clariss. illius

* in Elegijs Script. Inlust. Tolet.

vsum

vsum: quo nihil mihi potuit accidere optatius: hoc præsertim tempore, quo Scriptorum Toletanorum omne genus tuo et suasu et adiumento perlustro, vt ex illis quidquid in vrbem nostram Laudis emanet, tamquam è riuulis in mare suum deriuetur: vnde nescio an tibi potiùs materiem comportanti vndiq; an mihi paratam à te adaptanti facilè Laus debeatur: tua certè certa vt maior, mea hoc illâ non minor; quò tibi uiro de me ac bonis omnibus optimè merito lubenter auscultem. quid? in studijs etiam, quæ post tot labores in Phisiologiâ, Theosophiâ, mathesi, qualicunq; linguarum cognitione, et alijs, quæ doctrina illum orbem constituunt, quæ uocamus encyclia, si non laudabiliter, studiosè exanclator mihi ingeris repetenda? Ergò tuo iussu, tuis auspicijs, Parentis ac gentilium aliquot meorum in iure prudentiâ principum exemplo, iurisprudentia tandem aliquando tentanda est? in quâ si ingenioli tenuitas nostri quid fortasse profecerit, tibi vni et suasori et doctori acceptum referre meritissimò debeo: Domestica exempla, vt veteri me includere ludo non abnegem, intuebor, actuorum Fratris ingeniosissimi, Filiorum eruditissimorum uestigijs insistens, quidquid à me desperaro, à vobis Alphonse, et Eugeni amicissime promittam mihimet impetrandum. sed eo reuertor, vnde discesseram, et de Meruli Laudibus nihil aliud addam, quam pro dignitate illum ac eius opera Laudari non posse. Adagiorum centurias septem commentarijs ornauit locupletissimis. et elogio eruditissimi viri Ambrosij Mori, aut Morales Cordubensis historiographi nostri illis præfixo dignis. in quibus præter varia eruditionis omnigena lumina præstans idiomatis hispani Laus uel maximè elucescit: cuius etsi *alibi specimen non uulgare me præbuisse commemini in uocum originibus, ac sententiarum phraseologiâ è Græcis et Latinis ab Hispanis deductâ, hèic in paræmijs vulgaribus; quæ non minus antiquitatem, quàm

* Decad. I. Sched. VI.

prudentiã

prudentiam redolent: ita vt nec Græcia ipsa Latiumue maiorem vel copiam vel acumen in adagionibus possit iactare. illud nondiffitebor, plurima hominibus omnibus communia esse; nam cum rationis illa pars, quam Legem Apostolus uocat, omnibus splendescat, necessariò suâpte naturâ humani affectus (vt quæ hominem componunt partes vnicuiq; propriæ, alterius ab altero diuersæ, omnibus communes) hominibus accidant, necesse est. Verùm illa admiratione digna dubio procul sunt, quæ etsi vulgaria et vulgo iactata, vulgi captum præteruolant, et eruditionis alicuius reconditioris quasi semitam deducunt: queîs concinit difinitio Diomedis Grammatici [paræmia est prouerbij vulgaris vsurpatio, rebus temporibusq; accomodata, cum aliud significatur, quàm dicitur.] Multa nos hactenus de illis in antecessum. hoc, si quid agendum, agamus; et quæ sparsa in multis animaduertimus, connectamus. illud obseruandum omnes ferè adagionis species, quæ in alijs linguis (Hebraam, Græcam, et Latinam dico) ab alijs sunt adnotata, in nostrâ reperiri: quin et rythmo quàm maximè terminari, vt in Græcis ac latinis (etsi ratius) uidere est. uos hæc

I. [Todo es començar.] Πλέον ἥμισυ παντός. [dimidium plus toto.] vt est apud Platon. III. de legib: et V. de Rep. Laertium in Pittaco. Suidam in paræmijs, ex Hesiodio uersiculo lib. I. ἔργ. ϰ' ἥμισυ quem Plutarchus in Conuiu. sep. sap. ad frugalitatem siue mediocritatem subtilius refert: huic adsine Ἀρχὴ ἥμισυ παντός [principium dimidium totius.] ex Hesiodo etiam, cuius meminit Plato VI. de Leg. Aristot. V. Polit. Marinus apud Suidam, Lucianus in Hermotimo, ex quo etiam Horatius

: dimidium facti qui cæpit habet ____

et Ausonius ____ dimidium facti est cæpisse ____

II. [si quieres bien casar, casa contu igual.] τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα [æqualem tibi vxorem ducito.] ex Pittaco apud Laertium, quod et suadet Plutarchus lib. de lib. educand.

II. [arco q̃ mucho brega oel, ola cuerda.] [arcus tensus rumpitur.]

pro-

proverbiali schemate vtitur Plutarch. lib. an sit seni administranda Resp. est & in epitaphio Theophrasti apud Laertium.

IV. [Lauar cabeça de asno, perdimiento de Jabon.] ὄνου κεφαλὴν μὴ πλυνεῖν νίτρῳ [asini caput ne Laues nitro.]

V. [abuen comer, o mal comer tresueces as de beber.] et si conruptam Lectionem anicula illa bibula ac bibax, de cuius moribus Lepida fabella apud Hispanos sub Celestinæ nomine in eiuscemodi femellas exstat, suspicabatur, et [treçe] in [tres] legendum argutè coniectabatur: sed ex vulgari illo apud Athenæum lib. XII. ἢ πέντε πίνειν ἢ τρία ἢ μὴν τέτταρα [aut quinq; bibe, aut tria, aut ne quatuor.] latè à Plutarch. in Sympos. decad. III. explicato. sic apud Plautum in Sticho act. v. scen. IV.

: cantio est Græca ἢ πέντε πίν' ἢ τρία πίν' ἢ μὴν τέτταρα

Horat. lib. III. od.

——— tribus aut nouem

: miscentur cyathis pocula commodis:

ex Musarum nimirùm aut Gratiarum numero, vt ipse explicet. Auson. in Gryp. Ternar. Num

: ter bibe, uel totiens ternos ———

VI. [Pan por pan, i vino por vino.] huic germanissimum est illud ex Aristophane in Nebul.

Τὰ σύκα σύκα λέγω, χ' τὸν καρδαπον καρδαπον

: Ficus ficum uoco, panarium panarium:

quo et vtitur Lucian. in Ioue Tragædo.

VII. [el perro del hortelano] ἢ κύων ἐν τῷ φάτνῃ [canis in præsepi.] apud Suidam, et Lucian. in Timone, et doctiss. indoct.

VIII. [pan i uino andan camino, que nomoço garrido.] [cibo opus duraturis in labore.] sed artiùs nostrum expressit Homerus ipse Iliad. 6 Cuius verbis, quia multa, parco.

IX. [Quien mucha miel tiene, della echa en las berças.] apud Apostolium: ὁ πολὺ ἔχων πέπερι, τίθησι καὶ λαχάνοις [qui multum habet piperis, etiam oleribus admiscet.]

XII. [pagan Justos por peccadores] apud Hebræos non semel [Tobiæ fecit et fasol plectitur] in esthem Temaræ, vt in Genesi magnus Sichem duxit, et agnicola plectitur. [Ocapinem habes apud Drusium Adag. II. dec. V et Ad. V. Dec. X. Sic illud quidquid delirant Reges, plectuntur Achiui.

Vt Annianus in illud fabes, cadit, cum festa, fullonem b. non a Basilia in Leda Tubuli,

Αν ἀ μάλιχος ἐξαφαστάνοι, τύπτεται αὐλητής.

X. [del

X. [del cuero salen las correas.] Ἐκ τῆς βοὸς τοὺς ἱμάντας λαμβάνειν [ex ipso boue lora sumere] refert Plutarch. in Comment. ὅπ ἀκέσι ἴδιῶ ἕκαστος

XI. [nadie va tras nosotros.] [nemo nos insequitur.] Vt prouerbium refert Plato x. de ll.

XII. [varita de virtud por la virtud que dio se dio &c.] solet apud nos passim in anilibus fabulis vsurpari, cum quid magicè aut prater naturam fieri dicunt, vnde prouerbij forma uidetur desumpta, etsi à verâ Moysi virgâ principium habuisse virgarum compellationes apud Græcos et Latinos crediderim. Vnde M. Varroni titulus Menippææ cuiusdam apud *Nonium Marcellum [Virgula diuina.] prouerbialiter, vt in omnibus ferè satyrarum epigraphis. Mercurij incantatoris virga monstrifica, siue caduceus cui non nota ex Homeri odyss. co. et E. iliad. SL. ac Virgilio Æneid. IV? Circi Virgam Homerus tribuit odiss. K. Palladi Odyss. N. ω. in rerum mirabilium patratione. Hinc Homerica virga ab Antisthene libro singulari celebrata, et Ciceroni I. de offic. [quòd si nobis omnia, quæ ad victum cultum q̃ pertineat, virgulâ, vt aiunt, diuina suppeditarentur.]

*in[asparagus, vilis limen, prodius, colligere, fibinare, leuare, penula, sagus, murmurari]

XIII. [tirar coces contra el aguijon.] πρὸς κέντρα λακτίζειν: [contra stimulos iactare calcem:] siue vt Donatus in Terentij Phormion. mauult λακτίζειν [iactare] adempto cum ecthlipsi [aduersus stimulum calces,] vt in Terentio est: sed integrum in Euripidæis Bacchis, Pindaricis Pythijs, et Actis Apostolorum [durum est tibi contra stimulum calcitrare.]

XIV. [encomendar la oueja al lobo.] Terent. in Eunuch. [ouem lupo commisisti.] quo et vtitur Tullius III. Philipp. pressius Græci τῷ λύκῳ τὸν οἶν [lupo ouem].

XV. [si el cielo se cae, tomarnos à debaxo.] τί εἰ οὐρανὸς ἐμπέσοι; [quid si cælum ruat?] apud Græcos ex fabellâ de imminente cælo deductum, de quâ Aristotel. V. Metaph. Latinis etiam familiare, vt in Terent Heautontimorumen.

XVI. [pescar con mazo.] Hispanis peculiare constat ex Senecâ Hispano lib. III. Cap. XVIII. Quæst. Natural. vt multa, quæ apud ipsum; cuius hæc uerba [multa hoc loco tibi in mentem uenient, quæ vrbanè in re incredibili fabulam dicas. Non cum retibus aliquem

aut

aut cum hamis, sed cum dolabrâ ire piscatum.]

XVII. [cada gallo canta en su muladar.] idem Seneca in Ludo Claudij [gallum in suo stirquilinio plurimum posse.]

XVIII. [lo queno es menester, de valde escaro.] [quod non est opus, asse carum est:] ex Catone Seneca ad Lucil. refert.

XIX. [mucho sabe la Zorra, mas mas sabe quien la toma.] Archilocus apud Zenodotum;

‖ πολλ' οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα.

= ars multa vulpi, at una echino maxima.

tractum ab echini, siue herinacij se aduersus animalium ceterorum insidias cautè tutantis naturâ, quæ nota ex Plinio lib. VIII. Cap. XXVII. Plutarcho in Comment. [utra animantia prudentiora, terrestria an marina.] et Versibus ex Ione Chio apud Zenodotum, et Athenæum è Phœniciâ tragœdiâ.

XX. [Quien es tu enemigo? quien es de tu officio.] [figulus figulo inuidet, faber fabro.] Aristotel. II. Moral. et III. Rhetor. ex Hesiodi his uersibus elegantissimis

——— ζηλοῖ δέτε γείτονα γείτων
Εἰς ἄφενον σπεύδοντ'· ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσιν
Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων·
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ

= semper uicinus uicino est æmulus, hunc ut
: condere cernit opes properantem grauiter, atqui
: concertatio conducit mortalibus ista.
: odit ita fabrum q3 faber, figulog3 molestus
: est figulus: mendico protinus inuidet alter
: mendicus, cantor cantorem liuidus odit.

XXI. [La buena taberna no à menester ramo.] [vino vendibili suspensâ hederâ nihil opus.] quò adluserè Plautus in Pœnul. et Horat. in epist.

XXII. [Ladron de casa.] Plato in Sophista, οὐκ ἄλλων δέοντας τῶν ἐλεγχόντων, ἀλλὰ κατὰ τὸ λεγόμενον, οἴκοθεν τὸν πολέμιον καὶ ἐν-

αντιώμενον ἔχοντες [non opus habent alijs, qui redarguant, sed secundùm prouerbium, cum domi hostem habeant, quiq; sit aduersarius &c.]

XXIII. [de mano en mano.] Cicero Epist. fam. VII. [totum deniq; hominem tibi trado de manu, vt aiunt, in manum istam et uictoriâ et fide præstantem.]

XXIV. [hasta la puerta es la maior Jornada.] Varro lib. I. de re rusticâ Cap. II. [vultis igitur interea vetus prouerbium, quod est Romanus sedendo uincit, vsurpemus dum ista uenit? et simul cogitans portam itineri dici longissimam esse, ad subsellia sequentibus nobis præcedit.]

XXV. [Bien parece la gentil dama, debaxo de la barba cana.] prouerbialis senarius exstat apud Diogenianum in hanc sententiam

Ἀεὶ γέροντι νέαν ἐπιβάλλειν κόρην

= semper puellam virginem subiice seni.

XXVI. [Qual es Olalla, tal casa manda.] Cicero adagij uice citat illud ὁποῖα ἡ Δέσποινα τοῖαι καὶ θεραπαινίδες [qualis hera, talis et ancillæ.] lib. Epist. ad Attic. V. Epist. XI.

XXVII. [nunca otro perro me muerda.] Ἀεὶ τοιοῦτοί με πόλεμοι διώκοιεν [me bella semper insequantur talia.]

XXVIII. [damele vestido, daretele bellido.] εἵματα ἀνὴρ [uestes uir.] adagium omnibus nationibus laudatum ex Quinctiliano adparet lib. VIII. qui Homerum innuit Odyss. 3. sed et aliter apud nos [paños lucen en palacio, que no hijos dalgo.] Lusitani eadem vsurpant [enfeita vn cepo, e pareceruos à mancebo.] Galli [les plumes font l'oyseau beau.] de decore nimirùm generis humani, cuius æstimatio non ex se internisq; ac Deo similibus bonis, sed ex externis adparentibusq; ornamentis (heu!) iam nunc, vt in statuis ornatis fieri solet, necessario ferè dependet.

XXIX. [es como vna cera] κηροῦ εὐπλάστερος [cerâ tractabilior.] Horatio ac Persio vsurpatum.

XXX. [el castigo desde luego, que despues no tiene remedio.] Prouerb. XIX. [erudi filium tuum ne desperes, ad interitum autem eius ne ponas animam tuam.]

XXXI. [el hombre pone, i dios dispone.] Prouerb. xix. [cor hominis disponit uitam suam, sed domini gressus eius.]

XXXII. [el que desalaua laiegua, ese la alleua; quien dice mal de la iegua, ese la merca: quien iegua desalaua para si la guarria.] variè hæc usurpantur, quæ Prouerb. xx uerbis adumbrantur [malum est, malum est dicit omnis emptor, et cum recesserit, congloriabitur.]

XXXIII. [si te vi burleme, i sino te ui calleme.] Prouerb. ii. [Ludens feci.]

XXXIV. [Buenos me maten, i ruines no me den uida.] Prouerb. xxvii. [meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis.]

XXXV. [Biente estaba sentu nido, golondrino.] ibid. [sicut auis transmigrans de nido suo, sic uir qui relinquit locum suum.]

XXXVI. [no ai tal doctrina como la de la hormiga. Sigue a la hormiga i uiuiras sin fatiga.] Notum illud [vade ad formicam piger.] ex ijsdem.

XXXVII. [el perecoso siempre es menesteroso.] Prou. xix. [pigredo immittit soporem, et anima dissoluta excurrit.]

XXXVIII. [mucho hablar, mucho errar.] [in multiloquio non deerit peccatum.] ipso auctore Salomone.

XXXIX. [mal dà quien no hà.] [nemo dat quod non habet.] Veritate ipsâmet adtestante.

XL. [este nuestro hijo Don Lope, nies miel, ni eshiel, ni arrope.] Apocalyps. iii. [vtinam frigidus esses. aut calidus, sed quia tepidus es, nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.] eâdem prorsus sententiâ.

XLI. [a la borracha pasias.] prouerbij causam latè Diarius disputat apud Macrobium lib. vii. Cap. vii. Saturn. Plutarch. lib. v. Quæst. conuiu. xcvii. illos legite. quæ à ratione ac musti naturâ dependent.

XLII. [dias d'Iagos.] de nefastis ac infelicibus dicimus: fortè corrupta uox est ab Ægyptiacis: quemadmodum Augustinus

(in Manuali

(in Manuali et habetur in C. fin. xxvi. q. vii) Horas uocat. Nam Ægyptiorum superstitio omnibus nota, et Ægyptum superstitionum et Auguriorum matrem adpellat Hieronym. C. fin. xv. etiam final. xxvi. q. iii.

XLIII. [Ziscarse de miedo.] Jo. Melo vir eruditus ac nobilis non male* suspicatur ductum adagium à Ziska Bohemo, qui Boëmiâ haresibus Hussitarum infecta, et si vili conditione homo, dux effectus ac Comes est ob insignem corporis et animi fortitudinem, uictorq3 semper euasit, ita vt illius nomen Christianis omnibus pauori esset, et ipsum nomen pauor; vt testatur Æneas Siluius in gest. Alphonsi Reg. fol. Lxxi. et si à [ciseo] hoc est carbonis polline, inde [ensuciarse] possit etiam origo deduci.

* I. cent. Adag. xxviii.

XLIV. [hombre roso, iel demuño todo es vno.], italis ferè idem [reo color soto dio non e peor.] notum ex ipsâ naturâ et hominum eiusmodi experimento, vnde [crine ruber &c] apud nostrum vatem,

: rem magnam facies, Zoile, si bonus es.

XLV. [de la abundancia del cora con habla la boca.] obuium illud

: omne supervacuum pleno de pectore manat.

XLVI. [quien dinero tiene alcança lo que quiere.] vulgatissimo respondet [pecunia obediunt omnia.] ἀργυρῷ ὑποτάσσεται πάντα.

XLVII. [La vasija nueua siempre sabe à la pega.] Horatianum exprimit

: quo semel est imbuta recens, seruabit odorem
testa diu ——

XLVIII. [ruego de grande, fuerça es que hace.] huic ádfine

: rogando cogit, qui rogat potentior.

XLIX. [La olla en el sonar, iel hombre en el hablar.] Persius dixerat

— sonat uitium percussa, malignè
: respondet uiridi non cocta fidelia limo.

L. [a barba muerta, poca verguença.] [barbam vellere Languido Leoni.] sic [barbam vellere] apud Horatium Sat. III. lib. I. et Pers. sat. I. et II. pro insigni ignominiâ.

Joseph.

IOSEPHO PEZIO, PETRO DIAZIO
De Riuas Cordubenſibus.

Quinquaginta adagiorum vulgarium originem è Græcis Latinisq; ductum curſim inueſtigo.

SCHED. IX.

Pergo, et hanc adagiorum noſtratium centuriam cum Græcis Latinisq; confero; et ad vosq; mi Riuæ, defero, quibus idiomatis noſtri inluſtrandi cura quaſi ab Hiſpanis Muſis præcipuè commiſſa eſt: quibus q; ad fectus in uos mei ratio hoc qualicumq; pignore velim conſtet. Ecce illud.

I. [Cada coſa enſu tiempo] ex Hebræo notum כל זמן Lachol Zemon [omnia tempus habent] Eccleſ. Cap. III. quæ à noſtro Del-Rio adnotata pluribus quis non credat? illum uide.

II. [rencilla de por Sanct Iuan es paz para todo el año.] Mimus Publianus [diſcordiâ, fit carior concordia,] ex Terentiano illo in [Aridriâ] [amantium iræ redintegratio amoris eſt.] vnde in proverbio τῶν φιλόντων ὀργαί. [amantium iræ.]

III. [el tamborilero d' Auila.] de eo dici ſolitum, qui

Δραχμὴν μὲν ἀυλεῖ, τέτταρων δὲ πράττεται

Drachma canit, ſed quatuor compeſcitur.

apud Græcos eſt Ἀράβιος ἀυλητής. [Arabicus tibicen], ſiue Ἀράβιος ἀυλὸς· [arabica tibia] vt eſt in Julio Polluce cap. de Coqua. Sic Menander Ἀράβιον uocat ἀυλὸν et Cantharus in Medeâ κιθαρῳδὸν Ἀράβιον

IV. [el perro del hortelano.] κύων ἐν τῇ φάτνῃ [canis in præſepi.] apud Suidam ex Luciano (tacito tamen auctoris nomine) aduerſus indoct. et in Timon.

V. [perrito de muchas bodas,] apud Græcos heroici carminis pars hæc celebratur

— πολλαὶ κυνὸς ἄρσενος εὐναί·

— Canis infinita cubilia maſculi.

VI. [Borra

VI. [Borracher de agua nunca se acaba.] Theophrastus apud Plutarchum in Symposiacis τὰ χερεῖα ἄοινον μέθην ἐκάλει [Tonsrinas, ebrietatem absq; vino uocabat.] bene quia illic ἄοινος μέθη [ebrietas absq; vino] vt est in prouerbio, et tam delirantes sermones, quam si temulenti.

VII. [del pan de mi compadre buen Zatico a mi ahijado.] Antinous in Homeri Odyss. 6. suadet, III X

— Ἐπεὶ ἤτις ἐοῖσιν, ὀδ' ἐλεήτοις
Ἀλλοτρίων χαρίσαιτο

: nam res Largiri alienas
: haud res vlla vetat, neq; enim piget.

vnde multi [de alieno liberales].

VIII. [Mal ageno cuelga de pelo.] Ἐκ τριχὸς κρεμᾶται [de pilo pendet] sic Ennius lib. III. Annal. apud Macrob. Satur. I. Cap. IV

: hac noctu filo pendebit Etruria tota.

nota etiam Historiola Damoclis parasiti apud Tullium V. Tuscul. II. de Finib. Horatium III. Carm. od. I. Persium sat. III. Ammianum Marcellinum lib. XXIX. Macrobium lib. I. in som. Scip. Cap. X. Sidon. Apollinarem Epist. XIII. lib. II. alios, ante quos omnes Platonem III. de Repub.

IX. [al caballo dado no le mires el diente.] D. Hieronymus praefation. Comment. in Epist. ad Ephes. [parum eloquens sum quid ad te? disertiorem lege. Non dignè Graeca in Latinum transfero, aut Graecos lege, de gratuito munere iudicare, et vt vulgare prouerbium est, equi dentes inspicere donati.]

X. [huiendo de la sarten, cai en el fuego.] Lucian. in Necyom. Ἐλελήθειν δὲ ἐμαυτὸν ἐς τὸ αὐτὸ φασὶ τὸ πῦρ ἐκ τῆς κάτης βιαζόμενον [ignoraueram autem quod iuxtà prouerbium ex fumo in ipsum ignem compelleret.] quod ex Platon. lib. VIII. de Rep. exstat qq; in Plutarcho περὶ δυσωπίας

XI. [~~decapdare cantaclio dicho~~] [~~πρέσβυς τέκνα ποιήματα~~] [~~Heraclitus filios orare [illegible] quod confirmarent odypeda Cleanthi~~ ~~pide eiere Heraclid Demorthenem apud Aristidem in Timocrate, Eccl. Spartiaccire Sexto~~.

XI. [Amigos de taça de vino] apud Hebraeos in Gemara [pro foribus senpolij patres et amici] et Auctor Lexici Thalmudici [ad ostium tabernae vinariae omnes amici praesto sunt &] Vid. Drus. Adag. II. Dec. IV.

XII. [como no viñe tu amo? como no es casado.] Iuuenal. sat. v.

: semper habet lites, alterna q3 iurgia lectus.

: in quo nupta iacet —

vnde D. Hieronymo prouerbiali schemate dictum [qui non litigat caleb3 est.]

XIII. [de la mano a la boca se pierde sopa.] M. Cato censorius orat. de ædilibus vitio creatis apud Agellium lib. XIII. Cap. XVI. [nunc ita aiunt, in segetibus, in herbis, bona frumenta essè. nolite mirari ibi spem habere. sæpe audiui inter os et offam multa intervenire posse. Verum verò inter offam at q3 herbam, ibi verò longum intervallum est.] Sulpicius Apollinari apud eundem Erucio Claro rescripsit [vetus esse prouerbium, inter os et offam, idem significari, quod Græcus ille παροιμιώδης versus

πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος κ' χείλεος ἄκρου

: multa cadunt inter calicem, supremaq3 labra.

sed an pro πελει [sunt] πέτει [cadunt] à πέτω inusitato, ex quo futurum πέσω aut doricè πεσῶ? docti uideant. Adagij origo varia apud interpretem Lycophronis, et ipsum Lycophron. apud Herodotum, apud quem Dionysius ex Homeri Odyss. XXII. Festo [inter manum et mentum] est.

H. Step. Specim. emendat.

XIV. [en la tierra de los ciegos el tuerto es rei.] Ἐν τοῖς τόποις τῶν τυφλῶν λάμων βασιλεύς [in regione cæcorum rex est luscus].

XV. [hablar a las paredes.] Διὰ τοίχου λαλεῖν [per parietem Loqui,] siue πρὸς τὸν τοῖχον λαλεῖς [parieti Loqueris.] à Græcis vsurpatur. Plaut. Trucul. [ego ero paries, loquere tu]

XVI. [tu que mientes, loq̃ dices para mientes.] [mendacem memorem esse oportere] prouerbialiter iactant Quinctilian. lib. IV. inst. orat. Apuleius Apol. II. D. Hieronym. alij.

XVII. [dormid sobre ello, i dadme vuestro conseio.] apud veteres Εὐφρόνιον uocatum esse noctem Plutarchus in Symposiacis lib. VII. prob. IX. ait παρὰ τὸ εὖ φρονεῖν. à bene sapiendo, vnde apud Lacedemonios

monios ex Platone νυκτερινὸν σύλλογον nocturnum conuentum difficilimarum causarum fuisse etiam testatur: hinc adagium Ἐν νυκτὶ βυλή· [in nocte consilium].

XVIII. [al cuero lleno alçasele el pie]go] consentaneum huic ut Terentianum illud in Eunucho. [sine Cerere et Libero friget Venus.] cui adsimile Euripidæum

Οἶνος δὲ μὴ παρόντος οὐκ ἔστιν κύπρις

: absente vino nulla tunc adest Venus.

et quæ ex Cynico lib. VI. et et Euripide mutuatum ab Acheo Satyrico lib. I Dipnosoph. in hanc sententiam Athenæus refert.

XIX. [Lo bien ganado se pierde, lo malo ello i su amo.] Nævius apud Festum [male parta, male dilabuntur.] quod apud Ciceronem etiam exstat Philipp. II. cui succinit Plautus in Pœnulo [male partum, male dispersit.]

XX. [eso vn ciego lo uerà] Plato in Sophista πῶς γὰρ, ἔφαίνεται, τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο τυφλῷ [qui fieri potest, vt hoc non adpareat quemadmodum prouerbio dicitur uel cæco?] quod et lib de Rep. VIII. Homer. Odyss. VIII. Aristoph. in Plut. Eusebius aduers. Hierocl. Plutarch. Symp. dec. II. ex ijs Quinctilianus nostras lib. XII. [cæcis hoc, vt aiunt, satis est.]

XXI. [tiempo pasado siempre es nombrado.] ex Athenienſium adclamatione Diogenianus. Ἀεὶ τὰ πέρυσι βελτίω [semper superioris anni res meliores.]

XXII. [dia i vito.] Latinis [in diem viuere] siue, vt est in poetâ meo [ex tempore], quod [nihil de crastino cogitare] interpretatur Cornutus scholiastes uetus. Græcis* καθημέριος βίος horum vita uocatur, et ipsi καθημερόσιοι.

Persius Sat. III. v. LXII.

*Aristophan. in Equit.

XXIII. [con vna hija muchos ierno:] [vnica filia duos parare generos.] cui adfine illud M. Curij apud Ciceronem [solere duos parietes de eadem fidelia dealbare.]

XXIV. [aunque vistan la mona de seda, mona se queda.]

Lucian.

Lucian. orat. contra indoctum mult. lib. habent. Πίθηκος ὁ πίθηκος
κἂν χρυσᾶ ἔχῃ σύμβολα [Simia simia fuerit, etiam
si aurea gestet insignia.]

XXV. [Vna golondrina no haze uerano.] Aristotel. 1. Moral.
τὸ γὰρ ἔαρ οὔτε μία χελιδὼν ποιεῖ οὔτε μία ἡμέρα [uer
enim nec vna hirundo facit, nec vnus dies.] quod etiam
expressit Aristoph. in Auib. vt illius interpres notat.

XXVI. [quien da presto, da dos ueces.] adpositè Mimus
— bis dat, qui dat celeriter.
eodem modo Seneca non vno in loco [bis dat qui cito dat.]
[ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis hæsit]
lib. II. de benef. Auson. epig. è Græc.
: Gratia quæ tarda est, ingrata est —
Similes apud Vtriusq; linguæ scriptores sententiæ crebræ.

XXVII. [el vencido uencido, i el vencedor perdido.]
Κλαίει ὁ νικηθεὶς ὁ δὲ νικήσας ἀπόλωλεν
= qui uicit, perijt, plorant qui succubuere.
quod natum è sibyllâ Erythræa de pugnâ Atheniensium cum
Thebanis apud Choroneam vaticinio. cuius meminit in Hellanicis Georg.
Gemistus.

XXVIII. [mas valen amigos en la plaça, q dineros en l'arca.] Quinctilia-
nus noster lib. v. Iust. orat. cap. xi. vbi de exemplis, [ea, quæ vulgo
recepta sunt, hoc ipso quod incertum auctorem habent, velut om-
nium fieri ait; quale est, vbi amici, ibi opus] &c. sed hæc auctorem
habent Plautum in Trucul.
: uerum est verbum quod memoratur, ubi amici, ibidem opes.
quæ prouerbialiter accepta nostratium prouerbio adprimè congruunt.

XIX. [echar La soga tras el caldero.] Ausonius in præfat. Technopagnij
Monosyllaborum [vt in vetere verbo est, sequitur Varam Vibia &] vt bene
è tenebris eruit scaliger F. Auson Lect. lib. 1. Cap. xviii. nam
vt in Vetustiss. Glossis est.] Varam Vibia. Pertica duæ sunt inter
se colligatæ, quæ asperem sustinent. Vnde prouerbium. Vibia varam
sequitur.] sic Scaliger Legit, et ex Vitruvij lib. x. Cap. xix. probat. addit[q]
[cui

D. DIDACO VAZQVEZ MVÑOZ I.V.C.mo
totius eruditionis Promo-Condo

Wisogothorum lex explicata. è tribus manuscriptis. Lectio melior adcuratè pensitata. quid in eâ scanziani siue scanziarij? quid Guillonarij? Gillo, Guillo, βαύκαλιον, siue βαυκαλις. μιλιάριον in Nicarchò; cuius epigramma elegans et uersum et animaduersum. Alexander Trallianus, uel quisquis Problematum auctor, conrectus. And. Alciatus notatus. Gielem, Giel, Gieles, vnde Guillonarius, quid Gotthis sonent. et quale illud [d'Alcaide de los donceles] olim munus.

SCHED. X.

Mirificè capior antiquis nostratium Legum monumentis, quæ antiquissimis illis XII. Tabularum si præferam, næ ego patriæ multùm deferam. Vnde nemo mirabitur, si nodum in scirpo nonnunquam in Cascis primæuæ nostratium originis quasi seminibus uidear perquirere: quæ tui iudicij facio, Vir amice, itaq; Guillonarij vel ex translatione vulgari Escãziani qui in L. IV. tit. IV. Lib. II. Leg. Wisogothorum sint, ambigo: verba traslationis Hispanicæ addam, eaq; ex tribus m.m. ss. Codicib. Vno veteri, quem sæpe sum optimum expertus, altero recens quidem et pulcherrimè scripto, sed ex vetustissimis exemplaribus adcuratissimi doctissimiq; viri studio descripto; tertio, qui videri potest antiquior, certè sermone rudior est, aut vetustiori, et qui Lusitanam, uel Callaicam linguam magis redoleat, quàm Castellanam. in ijs tribus sic hic locus conceptus est sine vllâ neq; litturâ neq; varietate aut differentiâ, [assi cuemo son los que mandan los rapazes que guardan las bestias: elos que son en uez de scanzianos, elos q̃ son

sobre

sobre los que facen la moneda.] in quibus verbis in illo uetustiori, quem dixi, libro deest quidem quod ad Guillonarios et scanziarios adtinet, sed in reliquis nulla est discrepantia. ita fit vt ex ijs tribus exemplaribus, quod de rapacibus dicitur, ad stabularios, nec vllo modo ad Guillonarios trahi possit; ex duobus scanziani, ad Guillonarios pertineant; nam de reliquis nulla est controuersia, nec potest esse. Vt nec in latinis, qua in omnibus vno modo leguntur [stabulariorum, Guillonariorum, argentariorum &c] quibus respondent Hispanica, Stabularijs [los q̃ mandan los rapaces &], [los escanziano] Guillonarijs, et reliqua. nec nihil adiuuat hanc sententiam ratio uocis, si eam ex latinis, aut inter latinas connumeratam, deducamus, aut deductam existimemus, non ex Getis petamus mihi quidem penitùs ignotis. In lexicis Glossarijsq̃ optimis habitis et probatis, nec sine præfatione singularis commendationis ab huius seculi satis eruditi doctissimis viris laudatis, Gillo, aut Guillo (nihil enim refert) βαυκάλιον est. est autem βαύκαλιον siue βαυκαλὶς vaspotorium, quod nomen paruâ et vsitatâ mutatione retinent, vt audio, Itali et Galli [bocal] appellantes, nomine ne nostris quidem inaudito, ni fallor, vsu uerò non omnino, vt fortasse nec ueteribus ipsis eodem: erat enim plurimum veteribus βαυκάλιον aut βαυκαλὶς vas oris angusti ad refrigerandum potum factum pura puta (vt ita dicam) nostra [cantimplora]: quamquam neminem credo ignorare in huiusmodi vtensilibus totâq̃ supelectili, et instructa promiscuè, et per abusum adhibita et vsurpata vocabula. sed esse fuisse q̃ βαυκάλιον siue βαυκαλὶς, eiusmodi vas, quod dixi, docet dilucidè Nicarchus lib. II. epigrammat. tit. xxxv.

Ἠγόρασας χαλκοῦν μιλιάριον ἡλιόδωρε,
τοῦ περὶ τὴν θρᾴκην ψυχρότερον βορεοῦ.
μὴ φύσα, μὴ κάμνε, μάτην τὸν καπνὸν Σύειρες,
εἰς τὸ θερὸς χαλκῶν βαύκαλιν ἠγόρασας.

Verto barbarè, nullum enim periculum,
Emisti miliarium aheneum, Heliodore,
sed quod Threicio est frigidius Borea;
ne suffla, aut satage, frustra fumum ore ciebis,
aestati emisti baucalin aerificam.

Vt enim βαύκαλις ad refrigerandum, sic [miliarium] ad calefaciendum potum, quo veteres vsos hodieq; notissimum est; inde iocus: et multo clariùs Alexander mihi Trallianus, aut quis potiùs, quàm Aphrodisiaeus lib. 1. prob. XCIV. vbi male vulgo pro βαυκαλία, καυκάλια legitur in quibusdam editis libris. Quaerit enim διὰ τί τὰ λεγόμενα βαυκάλια ἐν τῷ πλοροῦσθαι ὕδατος ψόφον ἀποτελεῖ, ὅθεν ἡ φύσις, καὶ τὸ ποιὸν τοῦ ψόφου εἰς ὄνομα αὐτοῖς μετήνεγεν, ὡς τὸ φλοίσβος, καὶ βορβορυγμὸς καὶ τὰ λοιπά. &c. hoc est, cur ea quae uocantur baucalia, dum implentur aquâ, sonum quemdam efficiunt, Vnde natura et genus illud sonus, in nomen illis uertit, vt φλοῖσβος et βορβορυγμὸς et cetera? nec necesse esse arbitror totum problema huc transferre, cum possit ex propositione solâ reliquum, quod quidem ad rem facit, intellegi. Meminit et Alciatus in Praetermissis. sed conatus frustra verbum hoc Iureconsultis, contra omnem omnino codicum fidem. Iam à Guillone hoc, quam aptè nascatur Guillonarius, uides. In Concilijs in explicatione illa Gothici Palatij et officior. eruditâ et diligenti, in extremâ propositis latinae legis verbis, in quibus nulla est diuersitas, velut antiqua Legum Hispaniae tranlatio subiungitur [assi cuemo los que mandan las bestias, los que mandan los rapaces, los que son

sobre

sobre los que facen la moneda &c] Guillonarij vox Gotthica, puerorum præfecti; nam [Gielem] illis lasciuire est, quod eius ætatis proprium: vnde [Giel] lasciuus [Gieles] comatulus. Posterior ætas præfectum istorum [Alcaide de los donceles] uocitauit.

Sic Garsias Louisa Tractatu de Officijs et dignit. Palatinis apud Gotos ad calcem Notar. in Conc. Tol. VIII.

Addo, et ad Scanzianos retraho. anne et heic quid subolet dignitatis illius [Comes Scanziarum], quâ Wadamirus, Reccaredus, Egica, Sumefredus, Adeliubus, Salamirus Toletano Concilio decorati subscribunt? credo, cum poculis siue epulis Regis præfectum eiusce modi ac nominis Comitem Viri docti iudicent; et nobis etiam hodie [*Scanziar] ferè bibere sit.

Louis. in Collect. Conc. Hisp. Conc. Tolet. VIII

*vid. Sebast. Covarruvias Thesau. l. c. hac ipsa voce eruditè disputantem.

Ad βαυκαλίαν. eadem vox in Achmete Cap. CXIIX. vbi male βαυκαλίαν fascinum putauit interpres, vt obseruauit Meursius eruditiss. sic [bauclis] Pontific. Romano et lib. Ceremon. Cap. LI. vt [bauca] Anastasio in Leone IV.

Arb. Morpl. lib. III. Chron. Hisp. cap. 38.

Gillonis vox in Cassiano, vt et baucalis IV. de instit. renunt. cap. XVI. [si quis igitur gillonem fictilem, quem baucalem nuncupare fregerit &c] hinc nobis [Cangilon] melius deducit Ciaconius noster quam a [congio] Covarruvias meus: gellonem siue gelluncolum adpellat Ruffinus Aquileiensis, vt bene admonent magni viri Heribertus Rosvreydus Onomastic. ad vitas Patr. et Petrus Scriuerius ad epigram. LXXXV. lib. II. Martial.

Arbustat. in Cass. voce [Cangilon].

[cui non absimile Hispanorum, qui arguti in his vulgaribus dictis sunt: in eodem enim sensu dicunt, filnis secutus est situlam.] cui illud apud Athenæum lib. VII adfine ἔπεται πέρκη μελανύρῳ [comitem ducit sepia percam.] quod Aristophani tribuit lib. x. quo referendi illi Numenij versus apud eumdem lib. VII. cap. XXXIV.

Φοκίδας ἀλφεστὼν τε χ' ἑν χροιῇσιν ἐρυθρόν
Σκορπίον, ἠ πέρκαισι καθηγητὴν μελάνυρον

: Fucos Alphesten, pictumq; colore rubenti
: Scorpion, ac percarum ductorem melanurum

Simillimum etiam nostro illud ex Iuuenale Sat. VIII. Vers. C.

—— Furor est post omnia perdere naulum.

XXX. [Hijo de la tierra] de obscuris hominibus dicimus: dicebant etiam antiqui. notum ex Cicerone lib. I. ad Attic. et lib. VII. famil. ad Trebat. Tertulliano Apolog. adu. Gent. Persio Satyr. VI. Iuuenal. Sat. IV. cui [fratereulus Gygantum] idem est, qui illis [terræ filius] uel [progenies terræ] vel, vt in Solino cap. XV. Polyh. est, [genuinus terræ.] sed de eiuscemodi locutionum generibus latè *alibi. *Sched. IIX. Decad. X

XXXI. [escupidal cielo, caeros à encima] εἰς οὐρανὸν πτύειν [in cælum exspuis]

XXXII. [si quieres uiuir sano, haʒte uieʃo temprano] Cicero in Catone Maiore [neq; enim vnquam assensus sum ueteri illi laudatoq; prouerbio, quod monet maturè fieri senem &.] Vid. Muret. II. Var. III.

XXXIII. [esa es mi tierra, la que me gobierna] cui non absimile [por meʃoria mi caʃa dexaria] nota ex vetere tragœdiâ Teucri Telamonis f. uox [Patriam esse cuiq;, vbicumq; cuiq; esset bene] non male bene tamen exagitat hanc sententiam Lysias orator in oratione aduersus Philonem, nam

: omne solum forti patria est, vt piscibus æquor.

vulgare tamen illud [vbicumq; terrarum quæ nutrit tellus, ea patria est] nostratibus adfine magis est.

XXXIV. [despues de ramera, candelera] Cicer. in Part. [nulla adultera quæ non eadem venefica] prouerbialiter vsurpat.

XXXV. [vn puerco ençenagado, ençenaga ciento.] Ciceronis nomini hoc demus, et orationis in Sallustium (cuiuscumq; sit) verba vsurpemus, quæ in hanc sententiam [nihil aliud studet nisi vt lutulentus sus, cum quouis uolutari.] scio aliter à lipsio iuuene, uel tunc magno, olim Legi lib. IV. Var. lect. cap. XV. quod nec improbat uir eruditus Cyprianus à Popma: sed non uideo cur et illa vulgata lectio recipi nequeat, cum ego, alij illam in exemplaribus antiquissimis reperiremus, et sententiæ maximè conueniat.

XXXVI. [quien comio las duras, coma las maduras.] Aristophanico in Pluto huic similia dixit Chremylus de anu à iuuene fastiditâ

ὅμως δ' ἐπειδὴ καὶ τὸν οἶνον ἠξίους
πίνειν, συνεκποτέον ἐστὶ καὶ τὴν τρύγα

: at vbi haud grauatur bibere vinum es, fex item
: tibi nunc eidem est ebibenda scilicet.

quo etiam spectat illud [donde gastastes el açero, gastad el ierro.]

XXXVII. [amar i saber, todo no puede ser.] cui respondet vulgare illud [amare et sapere uix Deo conceditur.] quæ sententia Senecæ adtribuitur, repugnante tamen Erasmo; nobis aliter, qui Hispani sumus et ab Hispano homine vsurpatum scimus, quia inter prouerbia Senecæ a Doct. Petro Diazio Ioannis II. Castellæ Regis consiliario, regio iussu, conlecta reperitur.

XXXVIII. [el cornudo es el postrero q̃ lo sabe.] Iuuenal. Sat. X. uers. CCCXLII.

: dedecus ille domus sciet vltimus —

de Claudio Messalinæ adulteria æquo animo ferente

— dum res

: nota vrbi et populo contingat Principis aureis.

XXXIX. [mirar las musarañas] adfine et illud eiusdem sat. 1. vers. LI.

— doctus spectare lacunas.

XL. [nadie à mas años de los que parece.] expressit hoc Æsopus in Apologo, in quo Αλώπηξ καὶ κροκόδειλος illa huic iactanti maiorum suorum antiquam nobilitatem scitè respondit. ἀλλὰ κἂν μὴ σὺ λέγῃς, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ δέρματός γε φαίνῃ ὡς ἐκ παλαιῶν ἐτῶν εἶ γεγυμνασμένος [quin et si tu non dixeris, tamen ipsâ pelle præ te fers, quod multos iam annos in certaminibus sis versatus.] sic ex Iuuenale *alibi notauimus vberius

— facies tua computat annos.

*Sched. III. Decad. IX.

XLI. [de padre sancto hijo Diablo] ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα. [Heroum filij noxæ] cui hoc non tentatum? Homero Odyss. 6. Euripidi in Heracl. Demosthen. Aristidi in Cimone. Ælio Spartiano in Seuero, alijs.

XLII. [reniega de echo es] ex sententia Platonis in Prot. et Aristotel. VI. Ethic. [quod factum est infectum esse non potest.]

XLIII. [dame dineros, i no me des consejos] ex Hispano vate Martiali

= quod peto da Cai, non peto consilium.

~~XLIV. [[illegible]] ex Horatio~~

~~= [illegible]~~

~~= [illegible]~~ —

XLIV. [No tiene pies ni cabeça] de re ineptissima vsurpamus: Cato ipsissimis verbis Vestra legatio neque caput, neque pedes habet. Vid. Christ. Colerum Appendicul. animadu. Valerianar. Not. Vltima.

XLV. [mal me quieren mis comadres, porq̃ las digo las verdades.] ex Terentio

= obsequium amicos, veritas odium parit.

XLVI. [Axano tiene que comer, i conuida huespedes.] Græcis sonat αὐτὸν οὐ τρέφων κύνας τρέφεις. [cum te ipsum non alas, canes alis.]

XLVII. [a dos pardales en vna espiga, nunca ai liga] apud

Zenod.

Zenodotum adagium huic simile exstat, μία λόχμη οὐ τρέφει δύο ἐριθάκους [idem arbustum non alit duos erithacos.] quò et respexit in Vespis Aristophanes; in erithacho variat Theod. Gaza.

XLVIII. [el sano al doliente, sò regla le mete] cui optimè respondet Tertianum illud [facile omnes cum valemus recta consilia ægrotis damus.] et quæ dim notauimus Notul. in Earsim lassum poëtarum Hispanorum Principem.

XLIX. [vaso malo nunca se quiebra.] ipsissimum hoc, κακὸν ἄγγος οὐ κλᾶται [malum vas non frangitur.]

L. [al fin se canta la gloria.] ita et illud Iuuenalis de Creso,

— quem uox iustifacunda Solonis
= respicere extremæ iussit spatia vltima vitæ;

notum ex Herodoto lib. I. Plutarcho in Solone, Xenophonte paullò diuersiùs VII. Cyrip. Valerio Maximo lib. VII. cap. II. alijs. Vnde Ouidius in Metamorp.

— scilicet vltima semper
: exspectanda dies homini est, diciq; beatus
: ante obitum nemo, supremaq; funera debet;

similes locutiones in Sophocleis Odypo tyrano. et Trachinijs. Euripide Andromache, Troadibus, Heraclidis: quibus pleni omnes ferè scriptores antiqui, quibus sinistra mammilla, vt aiunt, ritè subsilit, passim adparent.

224

DECAS SEPTIMA

HORARVM SVBSECIVARVM

AD

AMICOS, DOCTOS, NOBILES.

5 Minucio Felici, 7 Vincentio Grinensi, 6 Optato Milevitano
2 Ovidio, 3 Vitruvio, 4 Apuleio, 1 Ciceroni, 8 Macrobio
Wisogothorum.

SCHEDIASMA I. D. Ludouico de Castilla V. N.

II. Gaspari scioppio V. CL.

III. Francisco de Rioja Hispalensi.

IV. D. Francisco de Aguilar.

V. Nathanaeli Tonkinso, Guilhelmo Langtono.

VI. Philippo Bertheio. V. CL.

VII. Io. Vvoverio Antuerpiensi, V. CL.

VIII. Michaëli de Rojas, Aluaro de Piña et Rojas. Io. Bap.ae Monegri

IX. D. Alphonso Mexia de Leiua V. N.

X. Isabellę Andreinæ lectissimæ feminę.

Don Ludouico de Castilla V. per inlustri.

Καταπλους quid? Wisigothorum explicata lex. Toletani Concilij cuiusdam lectio certior stabilita. Catabolenses in C. Theodosiano, et Varijs Cassiodori qui olim? Cataplus, catablum, catabolus, catabolion. Cedreni locus expensus. Ciceron. Martial. Auson. Sidon. Marcel. alijs vox hæc nota.

SCHED. I.

Optime strenuus dicendi magister ac ingeniorum acerrimus censor, censet, Iureconsultorum [summum circa verborum proprietatem laborem esse.] exemplo nobis veterum ac recentiorum labor sit, qui quantò vocum propriarum doctiores, tantò audiunt iuris scientiâ celebriores. in vtrâ tu maior, meritò ambigâ, Vir per inlustris, qui in alterâ P. Ciaconio concive nostro, in alterâ Ant. Augustino Tarraconensi præsule W. termaximis, tibi amicissimis vel par, vel maior, vtrâq; nunc mihi opus, hoc est te vtriusq; doctissimo in uoce καταπλους græcâ, quæ ad nauigationem ad portum et ad pulsum, portum quoq; ipsum quo adplicamus naues, et adpellimus, intramusq; et subimus. Quæ quidem uox exstat apud Vlpianum L. IV. §. IV. de offic. Procons. et quas ait IC. [Græcia Πιδημίας appellat, siue καταπλους obseruare in quam primùm ciuitatem veniat, vel applicet.] Eustathius A. Odyss. καταπλους, inquit, ἡ εἰς τὸν λιμένα ἔλευσις, hoc est, καταπλους est ad portum accessus, aut appulsus: et aptè Glossarium nunquam satis laudatum de verbo καταπλειν, vnde nomen est factum, καταπλεῖ ait, deuchitur. vt Cicero Philippic. I. [Veliam deuectus.] Martialis lib. XII. epig. LXXV.

= Cum tibi Niliacus portet Crystalla* cataplus.

Ita enim et vulgo legitur, et in veteribus testantur diligentes et docti uiri, quamuis in quibusdam vulgatis καταστους legatur, omnino male*. Ausonius de Clar. vrb. de Narbone.

— toto tibi nauigat orbe καταπλους

Quinctil. IV. extremo, Inst. Orat.

* Vid. Turneb. lib. XXX. Adu. cap. XXVI. EL. Vinet. in Auson. Io. Sauar. et Iac. Sirm. in Sidon. Is. Casaub. in Suet. Matth. Rader. in Mart.

et * repugnante H. Iunio V. Anim. cap. XIV.

et si in vet. lib. [cataplus] latinis litteris. Marcellus, siue Vindicianus de med. in. et quidquid confert Medicis Salazar cataplus. Sidonius Apollinaris epist. VIII. lib. VI. [sed tamen quoniam illi fides magna est (etsi parua substantia) quoties cum pecunijs quorundam cataphi recentis nundinas adit.] et epist. VII. lib. VII. [ecce iterum Amentius nugigerulus noster Massiliam suam reperit aliquid, vt moris est, de manubijs ciuitatis domum reportaturus (si tamen cataplus arriserit) &c.] vsus est et hoc verbo et Cicero pro Rabirio Posthumo oratione fere extremâ [Cataplus ille Puteolanus nector. q. cursus &c.] vt quidem et Turneb. et Lambinus ex veteribus libris optimè ediderunt. Emporium uocat eum locum idem Cicero ad Attic. lib. V. epist. II. Vt et Strabo lib. V. et VI. et alijs locis, meminit sine hoc græco verbo, adcommodatè tamen ad rem, nauium videlicet Alexandrinarum aduentus Puteolos Seneca epist. VIII. et LXXVII. est igitur καταπλοῦς et accessus ipse et appulsus nauium; et portus ipse, quò naues adiguntur adplicanturq; et exonerantur, vndeq; nauigaturæ soluunt, et onerata ueladant, fitq; id quod vulgo dicitur * [carga i descarga], quò merces importantur peregrinæ, exportantur domesticæ, et quamquam hæc secunda pars proprium et suum verbum habeat ἀνάπλους, tamen nouum non est in ijs reciprocis verbis alterum pro altero, aut etiam pro vtroq; vsurpari, itaq; fit, vt καταπλοῦς simpliciter dicatur, quo καταπλεῖσθαι, vt ita dicam, et quo ἀναπλεῖσθαι, et Lucianus dialogo titulum præfixit Καταπλοῦς, cum consensionem animarum in Charontis nauim vellet intelligi; quæ poterat fortasse magis propriè adpellari ἀναπλοῦς: nisi illud καταπλοῦς, ad contrariam referatur ripam. Sed hæc hêic quidem satis. Huiusmodi locum in l. XVIII. Wisigothorum tit. II lib. XII. denotari verbalegis declarant, idq; tribus omnino locis; quibus ait lex [et veram fidem perfectè credentibus erit omnimodo licitum mercandi vsu properare ad cataplum

* eodem fere tendit quo [Atarazanas] aut [casa de contratacion] vulgò: nam etsi aliquod sit in ijs discrimen, tamen aut coniuncta sunt, aut eundem quoq; vsum promiscuè frequentant.

et eum

et cum Christianis agere Christiano more commercium] et post [nam et quicumq; de eisdem Iudæis in infidelitate perdurantibus ad cataplum ire præsumpserit, aut cum quolibet Christiano aliquod commercium egerit &.] et clariùs inter hæc duo loca, [vt nec ad cataplum pro transmarinis commercijs faciendis vlteriùs audeant properare.] quid apertiùs? ergo et quid κατάπλους sit ex ijs locis adparere uidetur, et quid sibi lex velit eo uerbo non minus. legi autem κατάπλουν totidem litteris sine vllâ discrepantiâ multi ijq; optimi codices antiqui, manuq; scripti diligenter tractati et inspecti demonstrant: nisi quòd in aliquibus, imperitiâ librariorum cathaplum additâ alienâ notâ adspirationis deprehenditur. sic in Codicib. qui apud S. Laurentium, qui in Eccles. Toletanæ bibliothecâ adseruantur. huius vocis vestigia euestigiò uidentur adparere in Concilio Toletano xvi. Garsiæ à Loaisa præsulis inlustrissimi studio conrecto et notis eruditissimis exornato, vt et alia, quæ tanti meritissimò habentur. huius hæc verba initio [sic quoq;, vt iuxtà nouellæ legis nostræ edictum, nemo ex ijsdem Iudæis in perfidiâ durantibus ad catablum pro quibuslibet negotijs peragendis accedat, nec quodcumq; cum Christianis commercium agere audeat.] Catablum autem idem esse quod cataplum vix aut ne vix quidem dubitare posse arbitror, nota ad finitate et ἀντιστοιχία litterarum p. et b. sed ad illud, catablum additur in margine pro expositione, [Prætorium est, vbi caussæ agantur, vt suprâ.] quod [vt suprâ] quò respiciat, nondum vidi. nihil enim in superioribus, quod ad eam expositionem faciat, adhuc reperi. habet ea fortasse suos auctores, sed ignotos mihi. Et quando semel cæpi, non dissimulabo existimare me, ex illo catablo, de cataplo facto, interiectâ, o, uel u, factum [catabolum] aut [catabulum]. Notum nobis verbum ex D. Marcelli P. M. martyrio. Catabolum enim vulgo Græcor, dictum huiusmodi locum, qualem adhuc designauimus, Suidas ostendit, verbo Σίνειον, περιθελάσσιον χωρίον, ἡ προσορμητήριον ὁ λεγόμενος κατάβολος, et rurs. paullò post, διὰ ἀταιδε

Locus maritim. aut statio, quod dicitur catabolus.

[illegible] ἐπὶ παντὸς ἐμπορίου πεφαλαίωται χρη-
σαμένης ἁπλῶς ὀνόματι τούτῳ, ὃ νῦν οἱ πολλοὶ καταβολὴν καλοῦσιν. id est potest
uideri de omni emporio et mercatu maritimo usus esse hoc nomine,]
Thucydides uidelicet, inde enim haec translata sunt, quod nunc uulgo κατα-
βολὴν uocant. necest necesse Thucydidis interpretis referre uerba,
eadem enim sunt. et quamquam possit illud καταβολὴς suam
aliam originem habere, ἀπὸ τοῦ καταβάλλειν, quod inter alia
[deponere] significat, et deiicere, exonerare q3 merces uidelicet et sarci-
nas: mihi tamen uerosimilior, si quid id refert, uidetur origo prior.
illud non omittendum ad hunc καταβολὴν, de quo agimus, perti
nere Catabolenses, de quibus in Codice Theodosiano proprio titul.
de Pistoribus et Catabolensibus fit mentio. et apud Cassiodorum Var.
lib. III. epist. Fausto. et lib. IV. epist. Godiscalc. Saioni; ubi male legi-
pro Catabolensis, catabulnensis animaduertendum est: ex quibus locis
potest facile perspici qui fuerint, cuiq3 ministerio addicti Catabolens:
animalibus enim publicis, ut Imperatores loquuntur, et portu et
catabolo eo ad urbem aliouè frumentum præcipuè, sed et alia, deue-
hendum curabant; quod ex variis locis potest intelligi, quæ commemo-
rare omnia nunc quidem nullum est operæpretium. Neq3 verò dubito,
quin ad hunc καταπλοῦν pertineat, quod Cedrenus Græcus auctor
scribit in Bardane Furcâ. λαθρᾳ, ait, πρὸς τοὺς βασιλέας, ἐκπερι-
πτειλοῦς περὶ ἀπαθείας, καταβὰς ναυσίπορος διὰ Δαρανικλέους,
καὶ ἀπελθὼν εἰς τὴν καταβολίδα εἰς τινὰ τόπον ἀκλέσμονα, γέγονε-
μοναχος. hoc est. [cum misisset clam ad Imperatorem de
impunitate, ea impetrata noctu naui perfugit, et in catabolio,
in monasterio Heraclij monachus est factus.] ubi Xylander homo
doctus et diligens non male coniicit, si proprium nomen non sit,
quod non est, portum aut stationem nauium denotari eo uerbo
uideri? Et de hac re satis est, quæ et ipsa fortasse frustra. sed iactura
facili.

Bud. in Posterr. Adnot.
Vid. Briss. Adp. postrem. quar. voc.
Vermuc. de Verb. sig.
Pateus in Lexic. Verb. catabolens.
Ant. Neb. in Lex. Vt et Alex. Scoth.
Th. Reigius Not. in orat. pro C. Rabirio.

facilis. Nam quod κατὰ βολίς ait, non κατὰ βόλος, mutare nihil debet: aut enim illud .1. adiectum à librario est, aut in vulgari voce et plebeiâ, Cedrenus, suo arbitratu, productione et fine vsus est; auctor ipse non nimis adcuratus, nec cui adhiberi debeat amussis.

GASPARI SCIOPPIO V.CL.

Septem tantum aduersus Gentes libros Arnobius reliquit: Octauum Octauium Minucij Felicis ex ratione ipsâ adsero. Multorum in hanc rem error ab aliquot denuò emendatus, à me cum vtriusq; bona veniâ detectus. Multorum ex Minucio locorum ex coniecturâ certa conrectio. Minucius et Iustinus Martyr à notatione Fabri defensi. Quod Dei nomen: Exodi locus expensus nouiter. Catus, catax, illex quid?

SCHED. II.

*Septimum Arnobij librum Octauus excipiat, et suum ab Arnobio Octauium Minucius vendicet; qui quidem ob materiarum adfinitatem non vulgo solùm sed et non vulgo imposuit. Sigismundus Gelenius vir vtriusq; linguæ peritia notus annis ab hinc LXXXIII. Basileæ è Froberniano Typographeio Arnobium dedit, sed Minucio coniunctum, nullâ tamen de hoc ab illo factâ aut animaduersâ discretione: Præcesserat Romana prima, sed mendis non paucis scatens editio, cuius vestigijs insistens Gelenius, institit et erroribus, librum octauum falsò Arnobij septimo super iniungens: eundem errauit errorem Ioannes à Trittehem cùm VIII. aduersus Gentes libris Arnobium

*Sched. VI. Dedac. VI.

M. D. XLVI.

lib. de Script. Eccl.

lib. de Scrip. Eccl. et Epist. ad Mag. Or.

*de Minutij ætate vide de iudicium Lud. Carrionis Ant. Lect. Com. 1. cap. IX.

Lib. 1 Inst. Diu. cap. XI.

Utrecht. lib. de S. Ec.

A. M. D. LXXXIII.

in Epist. ad Greg. P.M. XIII. editioni prefixâ.

lium onerat: alij non absimiliter, Hieronymi testimonio oscitanter lecto, qui VIII. tantùm illi libros adsignat non semel; vti et M.* Minucio Felici insigni Romani fori causſidico dialogum Christiani et Ethnici disputantium, qui Octauius inscribitur, Cuius et Lactantius Firmianus Arnobij discipulus etiam meminit alicubi: nec inter vtriusq; ætatem annorum discidio animaduerso. Minucius Tertulliani æqualis in annum CCLX incidit, Arnobius aliquot annis illum est subsecutus, trecentesimo nimirùm florens, si Abbati Spanchemensi, à quo paucorum annorum tractu Bellarminus dissentit, fides adhibenda est. Huc accedit non stili tam dissimilitudo, quàm tractationis ille namq; dialogum instituens Arbitri partes sustinet inter Cæcilium Natalem, qui Ethnici, et Octauium, qui Christiani nomine disputabant. Hic verò vno disputationis cursu nullis adsperitis interloquentium spatijs rem agit suam, et Gentium præcindens errores, et Christianorum adstruens veritatem. Erratis ijs tandem occurrit diligens Theod. Canteri, Des. Heraldi, God. Stevrahij, et Wouwer Elmenhorst in suis Arnobij solius editionibus obseruatio: Verumq; Romana editio postrema et optima ex V. C. Io. Baptistæ Sigicelli Episcopi Fauentini, et Petri Ciaconij nostratis schedis adcuratè a Fuluio Vrsino viro doctissimo compactis et selectissimâ eruditionis variorum obseruatione adauctis, sed discretim, vt Minutium Franc. Balduinius I.C. dedit; vbi, ne quid honoris in litteris vlli dissimulem, inlustrissimo Purpuratorum Patrum Guil. Sirleto omnium honestarum artium vindici (vt elogium Vrsinianum vsurpem) ac patrono verissimam hanc de Minucij Octauio coniecturam primitùs ab studioris deberi adfirmatur. Nosne hoc in posterum Litterariæ iuuentuti errori siet, haud perfunctorie duximus animaduertendum.

Sed age, Vir amicissime, (qui tuus in huiuscemodi antiquos ac eruditos auctores amor est mihi impensè notus) extemporalis

disqui

disquisitionis nostra coniecturas has ce extemporalis etiam vide.

Pag. 219. Romana Vrsini editionis [quòd vicissim nunc adpulsum nostris pedibus alluderet fluctus] alij malunt [allideret]; sed scriptum vetus retinenda, et exemplis Homeri, Tullij et Catulli obvijs confirmanda: illa nonitem [adpulsum], quæ huic loco hactenus inhæsit, quæq; et si tolerari facile possit; quæ sequuntur [adpulsus] legendum indubiè conuincunt [nunc relabens ac vestigia retrahens inseseresorberet]. cuihæc non patent?

Pag. 221. [cumtantum abest ab exploratione diuina humana mediocritas, vt neq; quæ supra nos cælo suspensa sublata sunt, neq; quæ infra terram profunda demersa sunt, aut scire sit datum, aut scrutari permissum, aut strupari religiosum] Basilens. editio [aut scire sit datum, aut scitari permissum, aut scrutari religiosum]: alij [sciscitari] legunt, nec male: sed scrupulum mouet vox illa huicrei inepta prorsus [strupari], quam è vetustis codicibus ab Vrsino repositam nullus dubito, ex eius tamen vestigijs quid verè legendum non facile affirmem, sed an [scrupari] substituam voce nimirùm istiusmodi scriptoribus, et si temerè, haud difficile inuentâ? quid Scrupeus, Scrupolum, Scrupulus, Vnde Scrupor, etiam pueris, quinondum ære lauantur, satis notum.

Pag. ead. [homo et animal omne quod nascitur, inspiratur, attollitur, elementorum vt voluntaria concretio est] Basil. [id] pro [vt.] vellem ego facili additione vel mutatione [vti] reponi, siue [vi]; vtriusq; concinna sententia.

Pag. 224. [nec de ipsis, nisi subsisteret veritas, maxima et varia et honore præfanda sagax fama loqueretur.]

agit

agit de ijs, inter quos velut quædam libidinum religio miscetur, ac se promiscuè adpellant fratres et Sorores, eo modo quo ex Martiali probat in Varijs Lipsius, et defendit Comment. in Cantic. Del-Rio. Sed quid [sagax fama] non video, mutarem in [fugax] Epitheto Famæ adpositissimo,

— Malum quo non velocius vllum.

Pag. 226. [damnant ignium sepulturas, quasi non omne corpus, etsi flammis subtrahatur, annis tamen et ætatibus interram resoluatur; nec intersit vtrum feræ diripiant, an maria consumant &c] leg. [et intersit &] optimo sensu, alio non vsquaquè cohærente. Nota insuper locum hunc ex Arbitri fragmentis expressum, vbi periclitantes in Lycæ nauigio ob Tryphænæ indignationem [tanquam intersit periturum corpus quæ ratio consumat, ignis, an fluctus, an mora] ipsissimum uides.

Pag. 229. [cum toto silentio liceat responsionem Januarij nostri iam gestientis, audire.] Quis, rogo, hic iste Januarius est? de illo non adhuc mentio vlla. puto Octauium esse, nam isto more vti amat hic auctor: se Marcum non semel vocat, Cæcilium Natalem; quisnam alius Januarius præter Octauium erit? nullus omnino. Pag. huic proximâ illud notatione dignum, responsionem Octauij ad Cæcilij obiecta pleniorem ipsis obiectis esse, hoc est, non illa tantùm, quæ Cæcilius Christianorum nomini inculcando obiecerat, sed etiam per plura religionis nostræ placita in ipsius honorem illum divagatum. vide, iudicabis.

ab Dei.

Pag. 233. (nec nomen* Deo quæras; Deus nomen est. illic vocabulis opus est, cum per singulos proprijs adpellationum insignibus multitudo dirimenda est. Deo, qui solus est, Dei vocabulum totum est &] Heîc non tam Minutio inlustrando quàm ab aculeatis viri vndequaq; doctissimi petitionibus defendendo laboremus necesse est. Petrus Faber

Dodecam. cap. 11.

in erudito de Dei nomine atq; adtributis syntagmate Scriptorem nostrum non vtiq; (vt ait) in ijs sequitur, quæ paullò ante proposui;

in

in quibus non solùm à Minucio dissentit, sed à Diuo etiam Cypriano, qui ipsissima hæc verba ad verbum (vt alia ex hoc dialogo non pauca, quod ad vtriusq; elucidationem obiter animaduertendum est) expresit Tractat. illo [quod idola dij non sint] si fides penes cod. veteres certa est. Fabri dissensus illis præcipuè innititur Minucij verbis [aufer additamenta nominum et percipe eius claritatem] quasi adtributis in Deo uiam præcluderet Minucius. Non, mi Faber, non à pijssimo scriptore impium hoc vnquam vel excogitatum; sed bono antiquoq; sensu prolatum porrò. Non enim alia mens Dionysio Areopagitæ lib. de diu. nom. Cap. v. non alia Nazianzeno orat. eis τὰ γενέθλια; non alia Damasceno lib. 1. de fid. Orth. Cap. xii. non alia Thomæ. 1. p. quæst. xiii. non alia alijs: nam cum à substantia et Natura Dei prorsus incomprehensibilis et incognita sit, eiusq; nomen inenarrabile nec sensibus humanis ac mente quoq; ipsâ et cogitatione valeat percipi, silentioq; tutiùs venerabundo quàm verbis explicetur argutis; Nullum Deo nomen præter DEVS adtribuendum conuenientiùs est. Hæc obiter in scriptoris antiqui et bonæ notæ defensionem notare libuit. Cui à Fabro etiam exagitatus adhæreat inclytâ Philosophiæ et Martyrij laude clarissimus Iustinus: In quem nollem virum doctissimum et pijssimum tam acria tamq; toto syntagmate repetita intorsisset spicula; nam etsi cum quouis sine discrimine de Veritate in Veritatis honorem decertandum autumo, cum ijs tamen, qui Veritatem ipsam vel proprio sanguine redemerunt, lentiùs agendum; in ijs præsertim, quæ nullo veritatis dispendio facile est tutari. Iustinus illud graue Dei effatũ (Fabri verbis dicam) EGO SVM QVI SVM non aliâ mente ab ipso pronuntiatum autumat, quàm vt gentium idola (quibus sub Deorum nomine officium diuini cultus olim Hebræi,

Cyprian. flor. an. CCL.

Exod. cap. IV.

brai, vanis vagæ vesanæq; mentis erroribus decepti, præstitisset) non esse Deos, se verò esse Deum ostenderet; quid heîc non rationi, quid heîc culpæ obnoxium? non video: ac præsertim cum hac potissimum ratione se solum ac vnicum Deum non semel apud Psaltem Deus ipse adpellet, eaq; adpellatione plurimùm gloriari demonstret, Psalm. XVII. L. LXXX. LXXXV. ac alijs. Faber. se esse Deum Iehoua illo exodi loco effatum opinatur, cum missurus esset Mosen ad Hebræos, non vt Iustinus tradit, ἀντιδιαστέλλων ἑαυτὸν δηλονότι ὁ ὢν τοῖς μὴ οὖσιν, hoc est,

Cap. IV. Dodecam.

non vt remoueat eos qui non sunt, nimirum recentes atq; externos siue alienos Deos, sed potiùs κατ' ἀντιδιαστελὴν τοῦ ἀσεῖς τῆς κλίσεως, hoc est, vt quodcumq; factum creatumuè sit, quodcumq; ab æterno illo et immutabili opifice (ὁρισοτέχναν Pindarus vocauit) originem trahat, exclusum tali verbo esse intelligatur: quod nihil Deo par sit, naturaq; eius ab omnium rerum conditione distet, quemadmodum Tertullianus quodam loco rectè pronuntiat. Argutè et doctè. Sed cum intima scripturarum sacrarũ penetralia longè lateq; pateant, diuinorumq; eloquiorum sensus cuiuscumq; ad rem interpretationis siue enucleationis in captus humani derisum sint capacissimi; Quis vetat vtroq; posse modo oraculum hocce dispendi? præsertim cum communem cum Iustiniana Theodoriti sententiam in hanc rem adducat. V. CL. Augustinus Steuchus in cap. VI. exodi. Verùm ne ego inter hos a symbolus, meam sententiam etiam aperiam. Suum a Deo nomen, vt populo notum familiareq; faceret, Mosi ostensum credo: sed et quod illud? QVI SVM? ita. at ignoranti populo sanè quàm obscurum. fateor. explicatione tamen lenienda obscuritas. Populari turbæ inconstantiæ leuitatisq; nota suapte ingenio adsolet

obiec=

obiectari, hinc illæ infidæ marinorum fluctuum fidei apud Herodotum, Polybium, Ciceronem, Liuium, Flaccum, Persium, Prudentium, apud nos alibi alios comparationes. Vnde illi quidquid permanens constansq; etsi contrarium admirationi, cum ex suâ naturâ cetera aut fingat aut vereatur, quodammodo est. Itaq; Deus se eum, qui fuit, est, futurusq; est, esse proponit, vt inconstantiæ populi naturæ suæ constantiâ mederatur, et populus sibi quæ ante promiserat, æternùm duratura persuaderet, nec se vereretur vsquam ab eo iri deceptum. Hæc in Exodi locum. Vlteriùs in Minucio.

*Sched. IV. Decad. IX.

Pag. 237. [quid ipse Iuppiter noster:] variant ibi Lectiones, alij [vester] alij vt corruptum locum obelo iugulant, seu asterisco insigniunt. Concinniùs legendum sic crediderim. [quid ipse Iuppiter? nosti.] Deorum multorum propudia in propatulum ederat, de Ioue pauca et vt de notiore Deo notiora propositurus nescienti præfatur [quid i. J. ? nosti]

Pag. 239. [quanto ueriùs (ric mallem) de Dijs vestris animalia muta naturaliter *indicant, mures, hirundines, milui, non sentire eos sciunt, norunt, inculcant, insident, acnisi abigatis, in ipso Dei uestri ore nidificant. &] quid [norunt]? sententia expostulat [rodunt]. nullum iturum in fidas mihi recipio. Quæ supersunt leuiora, sed nihilo tamen minus adspernanda.

*in vulg [quanta nero].
*alij [indicant]

Pag. 242. [de Pyrrho Ennius Apollinis Pythij responsa confinxit, cum iam Apollo versus facere desijsset, cuius tunc cantu, illuc et ambiguum defecit oraculum, &] varie hîc [cautumillud] in Basilens. sed an [catum] quod Nonio [pro sapiente], et apud eum Ciceroni Tuscul. II. Sed fuit cum [catax illex et ambiguum d.o.]

D. O.] concinnarim, hoc est, mancum, namiam defecerat, sine lege, et anceps, mendacio vicinius quàm veritati. Catax enim ex Festo et Nonio vox nota quâ vsus Lucil: Sat. lib. 11. qui et coxo, et coxus posterioris Aui verbum, apud Isidorum, Nonium, et Glossar. B. Benedicti Floriac. Hispanis [coxo]. [Illex] idem qui ex lex Plauto Persa, apud Non. non semel. Pergo.

Scalig. in Fest. Vulcan. in Not. ad Gloss. Alchete cap. IX. lib. II. de Orig. L. C.

Pag. 244. [agnoscitis ne eadem nos sensisse et egisse quæ sentitis et geritis] ratio postulat dictionis [gesisse].

Covarruvias Thesaur. L. C. fol. 246 putat esse à [coxa]: sed longe fallitur.

Pag. 245. [— vos et totos asinos in stabulis cum vestra vel Hippona consecratis, et eodem asinos cum Iside &] alij [vestra Hipp.] ego [vestra Dea Hipp.]

Pag. 250. [Quis tam stultus &c vt audeat repugnare hominem à Deo. vt primum potuisse fingi, ita posse denuò reformari] coaluere litterulæ et Latinam dictionem macularunt, tu lege [vt primum potuit effingi.]

Pag. 254. Ego uos in hoc magis miror, quemadmodum tribuatis exanimi [aut non sentienti] facem, aut non sentienti corollam] expunge glossema putidum, [aut non sentienti].

Ibid. nos non habitu sapientiam sed mente præferimus, non eloquimur magna, sed uiuimus] Lege meo periculo [sed inimus,] confirmant sequentia (gloriamur nos consecutos, quo illi (Philosophi) summa intentione quæsiuerunt, nec inueniri potuerunt. &.] itaq; magna inire factitarq; Christianos Minucius ait, quæ Philosophi non patrabant, sed tumore philosophico perciti loquebantur. Hæc Minucius, hæc nos in illum.

FRANC.

FRANCISCO DE RIOJA V. CL.

À Vincentij Lirinensis Galli Scriptoris Sacri et antiqui Commonitorio maculæ plusculæ Sublatæ. Titulus operis qualis?

SCHED. III.

Scriptorum Ecclesiasticorum monimenta quanto propiùs Veritatem adtingunt tanto magis delectationem pariunt et vtilitatem. Animus falsis profanarum rerum falsimonijs, quasi per confragosa scrupeaq; inerrans senticeta, defatigatus, otioso Veritatis negotio statim acquiescit, quietusq; delitescit. Tertullianum, Lactantium, Arnobium, Felicem, Cyprianum, Hilarium, Hieronymum, Pacianum, Ambrosium, Sidonium, Althelmum, alios id genus Veritatis Christianæ adsertores doctissimos et eloquentissimos si quis mihi, vel eruditissimo è profanorum turbâ et antiquissimo anteponat, non à vero amussitati iudicij scopo multùm videbitur aberrasse. Leuibus enim et inanibus sonis ludibria quædam, vitrea fracta et somniorum interpretamenta illi ipsi, quos tantopere admiramur, sæpius excitant; Horum verò grandis et, vt ita dicam, pudica oratio, non est maculosa, non turgida, sed naturali pulcritudine exsurgit. Meræ illi morum corruptellæ, hi exempla. Quamobrem mirari non desino à Criticorum* doctissimis in eiuscemodi auctorum inlustrationem decumbi obiter, cum in litterulis aliorũ è lituris ipsis inuestigandis, vita omnis turpiter transigatur. sed heîc Plinianum illud, magna pars studiorum amęnitates quærimus: Nimirùm trahit sua quemq; voluptas, me mea; qui cum incredibili te Sacrorum Scriptorum teneri V. CL. Sciam, non exiguam in Catholico Scriptore inlustrando, vt tibi offerem, cæpi. Is est

* in vno Cap. Barthij Ableg. Crit. I. Cap. III. hanc curam curatam porrò animaduerti, qui aliquot capita scriptoribus eiuscemodi destinauit, vt videre post hæc scripta contigit.

est Vincentius Monasterij Lirinensis in Gallia presbyter, qui Lucherij Lugdunensium, Claudiani Viennensium, Sidonij Arvernorum, Præsulum, Cassiani, Socratis et Sozomeni ætate haud dubiè floruit, quippè qui paullò post Concilium Ephesinum scripsisse testetur: composuit (vt Gennadij verbis dicam) adeuertenda Hæreticorum collegia nitido et aperto sermone validissimã disputatiònem, quam absconso nomine suo attitulauit, Peregrini aduersum Hæreticos. Omnia hæc vera: non tamen illud mihi [Peregrini aduersum Hæreticos]: annè iste antiquus et ab auctore excogitatus libelli verè aurei titulus? non credo. illud de Peregrini nomine certum ex libelli initio (pag. 2. edit. Parisiensis Io. Costerij commentariolo illustratæ) Videtur mihi minimo omnium Seruorum Dei peregrino &c. sed an absconso nomine Peregrino tributus? fides penes auctorem sit. Se primùm Varijs ac tristibus secularis militiæ turbinibus inuolutum, postea in portum religionis cunctis semper fidissimum, Christo adspirante, conditum, vrbium frequentias turbasq; vitatum, locum remotioris villulæ et in ea secretum monasterij incoluisse habitaculum ipso initio testatus est; alij alio concipiunt libelli epigraphen modo [aduersus profanas omnium hæreseon nouationes] alij [de profanis vocum nouitatibus]; fortasse hoc verba B. Bernardi epist. ad M. Guidon. de Castello, postea Celestinum Pontificem. M. XIII. inter Abalardi opera [M. Petrus in libris suis profanas vocum nouitates induit] & alij [pro Catholicæ fidei antiquitate et vniuersitate]. è re omnes, sed non ad rem. Ab ipsomet petamus auctore, cuius hæ verba pag. 3. [Scribant ij lautè et accuratè, qui ad hoc munus vel ingenij fiducia vel officij ratione ducuntur; me verò subleuandæ recordationis vel potiùs obliuionis meæ gratiã Commonitorium mihi met parasse suffecerit.] et pag. 35.

De Vir. illustr.

An. M. D. LXV.

Quod

[quod quo commodiùs fiat, hîc sit iam huius Commonitorij modus &c.] et statim [quæ duobus ijs Commonitorijs dicta sunt &.].

Commonitorium itaq; Vincentij Lirinensis titulus concinniùs ac veriùs fiat deinceps. Sic suum noster Orientius Illiberitanus Episcopus è tenebris a Thalete nostro numquam sine laude nominando Mart Ant. Del-Rio iam dudum erutus adpellauit Commonitorium, Sigisberto teste, quod ipse ratione carminis [Monita] non semel dixit: qui fortasse nostro Vincentio æqualis, vt ex Sidonij Apollinaris lib. IX. Epist. XII. ad ipsum pæne odoror: eodem dixi iam tempore Sidonium et Vincentium floruisse. Hæc de titulo. Hæc in opus, è cuius corpore pauculas istas maculas eluebam.

Pag. 7. [Quis ergo tunc vniuersi negotij exitus: quis vtiq; nisi vsitatus et solitus? Retenta est scilicet Antiquitas, explorata Nouitas]. Quid [explorata]. hêic? non uideo. Explorata iam erat nouitas ante quam, imò vt ipsa retineretur antiquitas; itaq; meo periculo, substitue [desperata] siue quod mouellem [despreta Nouitas.]

Pag. 13. [et enim ipse (Apollinaris Hæreticus) auditoribus suis magnos actus et magnas generauit angustias] alij [æstus]: sed è vestigijs veteris scripturæ legerim [astus] siue [magno astu magnas generauit angustias]: huiuscemodi namq; Hæreticorum ingenium est, quod graphicè Vincentius non semel pingit.

Pag. 15. Sed si quis eum (Nestorium) putat in litteris suis vnum Christũ dicere et Vnam Christi prædicare personam, non temere credat.] quid [in litteris suis]? non amat sic loqui politus hic scriptor. [libris] lege; nam statim [quibusdam in locis scriptorum suorum].

Pag. 20. [Nam si vita facit auctoritatem, magna illi (Origeni)

in

Cæc. Barthius innuit Etiam hunc titulum.

In cat. Vir. inlust. cap. XXXIV.

industria, magna pudicitia, patientia, tolerantia: &] in industrius mihi videretur scriptor noster, si industria virtutem inter pudicitiam, patientiam et tolerantiam adnumeraret: virtus illa ipsa magna est, sed non id genus ac illæ, quas de origine prædicat hæc Vincentius, nec ad rem. [iustitia] mallem, quæ illas aptissimè comitabitur.

ibid. de eodem [cuius scientiæ cum Græci non crederent, Hebræa quoq; elaborata sunt]. Vir diligens Io. Cotterius non male suspicatur [cuius scientiæ cum Græcia cederet &]. Ego facilius in eandem sententiam [cuius scientiæ cum Græci iam cederent:] nam sæpe in libris antiquis [non] in [iam] et [iam] in [non] commigrant; ea pertis sciunt.

Pag. 25. [et post hæc inueniuntur aliqui tanta inueteratæ frontis duritia, tanta impudentiæ incude tam adamantina pertinaciæ &] quid si [inuerecundæ frontis] vel [inueteratæ f. d.]? Nihil refert.

Pag. 26. [quid est depositum? id est, quod tibi creditum est, non quod à te inuentum quod accepisti, non quod excogitasti & rem à te perductam, non à te ploratam &] sententia ea postulat [prolatam] nec probatione indiget.

Pag. 29. [Fas est etenim, vt prisca illa cælestis philosophiæ dogmata processu temporis ea curentur, limentur, poliantur; sed nefas est, vt commutentur, nefas vt detruncentur, vt mutilentur] est qui legat [expurgentur] pro [excurentur] immeritò, nam ipse auctor pag. 28. eodem ferè verbo [si quæ sunt illa antiquitus informata et inchoata, accuret et poliat].

Pag. 29. [tanto seculorum tactu] Typographus posset emendare [tractu].

Pag. 30 [itaq; faciunt (Hæretici) quod ij solent, qui parvulis austera quadam temperaturi pocula, prius ora melle circumlinunt, vt incauta ætas cum dulcedinem persenserit, amaritudinem non deformidet;

midet; &c] ipsissima Lucretij Cari Verba

Nam veluti pueris absynthia tetra medentes
cum dare conantur, priùs oris pocula circum
contingunt mellis dulci flauoq; liquore
vt puerorum ætas improuida ludificetur,

Labrorum tenus interea ~~[illegible]~~ otet amarum
~~absintij [illegible]~~

Pag. 35. [Secundum Commonitorium interlapsum est, neq; ex eo amplius quicquam, quàm postrema pasticula remansit, id est sola recapitulatio, quæ et Subiecta est.] glossema hæc verba puto, et a sciolo aliquo è margine in textum inserta; quod miror Costerium aliosq; prætermisisse. Verùm Commonitorium secundum interceptum probant Gennadij verba hæc [cuius operis quia secundi libri maximam in schedulis partem à quibusdam furatam perdidit, recapitulato eius, paucis sermonibus sensu, primo compegit et in librum vnum edidit.] Itaq; recapitulationis, vt ipse et Gennadius vocant, initium esto. [Quæ cum ita sint, iam tempus est, vt ea, quæ duobus ijs Commonitorijs in huius secundi fine capitulemus.]

Illud addam, Ecclesiasticum hunc Scriptorem Ecclesiasticis sæpius vsum et ab Ecclesia vsitatis verbis. Pag. 4. [Quam tota per orbem terrarum confitetur Ecclesia,] 9. [omnis Apostolorum chorus &c] ex Ambrosij et Augustini Hymno. Pag. 11. [omnibus semper et vbiq; &c] ex ecclesiasticis in Missam præfationibus. Pag. 15. distinctiùs et vberiùs B. Athanasij symbolum compilat, vt Augustinus lib. v. de Trin. cap. VIII. Epist. CLXXIV. ad Pascent. In Enchirid. cap. XXXVI. Hæc, et si minuta, notare in scriptores magnos, non minutum existimaui.

lib. 1. de Nat. rer.

Aliquæ etiam expressa a Themistio Orat. ad Nicom: et a Seneca P. Centron. lib. 1. vt Lauabata a Quinctiliano initio lib. III. Inst. Orat.) subiungam verba Principis Italicorum poetarum Torq. Tasse ipso initio Hierul. liberat. quæ hinc tracta Stanz. III.

cosi al egro fanciul porgiamo assenso
de suaui licor gli orli del vaso;
succhi amari, ingannato, intanto il bebe
e da l'ingunno suo vita riceue.

Hieronym. ad Ctesiphont.

Vid. Gil. Geneb. init. lib. III. de Trinit.

D.

LOPEZ DE AGUILAR V.N.

DON FRANCISCO [redacted].

Optatus Mileuitanus quâ conrectione, quâ inlustratione percursus: non semel explicatus, a F. Balduini notâ exceptus et aliorum exemplo in latinis, quæ Hebræum Syrumue spectant, ad Græca dirigendis excusatus. Petri Sedes Antiochiâ Romam translata.

SCHED. IV.

Bene olim Africa semper aliquid noui; quod de miris ingeniorum portentis meliùs Vsurpem, si ingeniorum miriades admiraculum insignium ex Africâ per omne doctrinarum genus spatiari cum laude considerem. Tertullianus (vt profanos taceam) Cyprianus, Fortunatianus, Victorinus, Vitellius, Augustinus, Tichonius, Asclepius, Cerealis, Eugenius, et agmen reliquum doctissimorum, quorum Superfluum est (vt de Cypriani ingenio ait Hieronymus) indicem texere, cum sole clariora sint eorum opera, in causâ sunt, quibus.

Vid. Hieronym. cat. Script. Eccl. Gennad. Vir. inlust.

— Africa terra triumphat:

Inter quos nec dignitate nec religione inferiorem Optatum Mileuitanum Episcopum adnumerabo, cuius septem (sex Hieronymi Codices habent, sed fortasse mendosè, cum septimus non Optati stilo aut materiei haudquaquam respondeat) aduersus Donatianæ partis calumniam libri Augustino laudati etiam nunc exstant, ijq3 dignissimi, quibus quidquid poterit lucis instilletur. Id à me fiet haud inuito, et si post magni I.C. Fr. Balduini, cuius editionis paginas insectabor, diligentem curam: tu vide an feliciter, qui Afrorum eruditione maxime oblectaris V.C.

Contr. Parmen.

Paris. M.D.LXIII.

Pag.

Lib. 1.

Pag. 2. [cuius (Parmeniani) dictis cum respondere veritate cogente compellimur, erit inter nos absentes quoquomodo collatio] forte [collocutio], et si [colluctatio] mallem, nam hac subdit [à multis desideratum est vt ad emendam veritatem ab aliquibus defensoribus partium conflictus haberetur.] En conflictum, cui si colluctationem respondere dixeris, non insulsè dixeris. sed et colloquij vox collocutionem adstruit. Sequuntur hæc [sed quoniam et accessum prohibent et aditus intercludunt, et concessum vitant, et colloquium denegant; vel tecum mihi, Frater Parmeniane, sit isto modo collocutio] non [collatio]: vocem, quam mauis elige; vtrag; meo iudicio, certa: et si quid cum aliquo conferre sit non ignoro, sed eiusmodi scriptoribus clariora adtribuenda. Simile nescio quid inueni in epist. xxiii. ad Heloissam Petri Venerabilis Abb. Cluniacens. Vbi de Petro Abbelardo agit. [Lectioci erat continua, oratio frequens, silentium iuge, nisi aut fratrum familiaris collatio, aut ad ipsos in Conuentu de Diuinis publicè sermo eum loqui vrgebant.] Tu considera.

Pag. 10. [Breuis auri et argenti sedenti Caciliano, sicut delegatum à Mensurio fuerat, traditus adhibitis testibus] superiùs [commemoratio facto], breuem heîc uocat, an breuiculum? puto: quid hic sit, notissimum.

Pag. 14. [Constantinus pleno liuore respondit. In qua responsione eorum preces prodidit, dum ait. Petitis à me in seculo iudicium, cum ego ipse Christi iudicium expectem.] quid heîc [pleno liuore] in tantâ piissimi Constantini modestiâ? Nuga. Lege [planè libero ore], hoc est, aliorum preces non curans et Episcopis Catholicis, quorum intererat Ecclesiastica definire, et penes quos arbitrium omne in ijs rebus optimo

exem

exemplo optimus imperator reliquerat, iudicium liberum amandans, libere respondit, non ad se, sed ad illos quæ secularia non erant pertinere. Ast vulgatam lectionem confirmare illa etiam, quæ [pag. 11.] proloquutus Imperator est, quodammodo videntur. [Ad quam appellationem Constantinus Imperator sic respondit: à rabida furoris audacia,] quæ à primo illo liuore haud abhorrere quis dicat, sed inepte: Hæc namq; Modestissimus Imperator post importunam impiorum adpellationem exclamans pronunciauit: nec est quod antiquæ notas formulæ ingeniosus Iureconsultus Coniiciat, [à re bene iudicata temere appellasti] quod in quibusdam libris [orbita], in alijs [arbita] legi animaduertisset. Nam quorsum formulam Constantino, qui de hac appellatione nec tunc cognouit, nec iudicauit, hanc adscribemus? Pergo

Vid. Tr. Baldwin. epist. ad Io. Lucan. qui certè Calv. imitatus est.

[ad pag. [Hoc modo iterum renouellatæ sunt partes]; Vellem [denuò bellatæ sunt p.] nam cum Donatus vltrò prior Carthaginem rediisset, et Cæcilianus ad suam plebem properasset, non tunc sedatæ sunt partes, quarum seditionum et tumultuum totiens mentio vel in optato est, sed et iterum denuò belligeratæ et in eadem quasi belli statione manserunt.

Lib. II.

Pag. 19. [Igitur negare non potes scire te in vrbe Roma Petro primo Cathedram episcopalem esse collatam] bene et ad rem, sed scrupulum mouent quæ succedunt Verba [vt iam schismaticus et peccator esset, qui contra singularem cathedram, alteram collocaret]: an ne [in vrbe Roma a Petro primo Cathedram episcopalem esse collocatam] legendum est? non male; confirmant sequentia: tunc illud, à Petro primùm

Antio

Antiochenam sedem ante quàm Romanam instituisset, fundatam esse, ibiq; septem annorum spatio insedisse. Videndus Euseb. Chron. Gregorius in Regist. lib. vi. indic. xv. ep. xxxvii. aliiq; apud Ecclesiasticæ historiæ uerè Cæsarem tom. i. ann. Christ. xxxix. et ann. lxv. vbi ex aliorum testimonio aduentum Petri Romam erudite probat. sed quæ cum q; lectio, recta.

Pag. eadem, et verbis succedentibus [in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus, Vnde et Cephas appellatus est] Franciscus Balduinus ridiculum et puerilem errorem hominis concedit uocem Græcam, quæ Syriaca est, esse existimantis, et propterea ex petra uel saxo caput ineptius effingentis, quàm si allegasset quod Festus scripsit Romam olim appellatam esse Cephalon. Sed bona verba, Vir erudite. non hîc Optatus à capite dictum vult Cepham Petrum, verùm quia illi primo Cathedra Episcopalis fuerit conlata, hoc est quia super illam petram Dei Ecclesia sit ædificata: Sed esto, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς iam caput interpretatur uoce Græcâ, non [aut verè est] à Syriacâ Cephas: nec hoc sine mysterio, vt vna eademq; uoce duabus linguis Petri principatus exprimeretur: nec sine exemplo, Gregorius Theolog. Pascha in Pascha mutat, et transitum διάβασιν interpretatur: Iustinus in Christi nomine haud similiter argutatur: Quod et obseruat factum a Lxx. Origenes ad African. et ex Photio in quæst. ad Amphiloch. Episc. Cyzici v. CL. Fr. Turrianus. sed è diuerticulo ad rem.

epist. ad Io. Luc.

Hieron. in cap. II. ad Galat. et lib. de nom. heb.

Baron. tom. i. in ann. XXXI.

Oration. de Pasch. II.

Orat. ad Gent.

Aduers. Magdeb. cap. III.

Pag. 21. [Missus est igitur Victor, erat ibi filius sine patre, tiro sine principe, discipulus sine Magistro, sequens sine antecedente, inquilinus sine domo, hospes sine hospitio, pastor sine grege, Episcopus sine populo]: Bene omnia, sed quid [tiro sine principe]? miles ne sine duce, aut athleta sine lanista? fortasse; insolens tamen vox illa [principe] pro imperatore aut duce aut dictatore,

nota

[nota veteribus dictata lanistarum] aut quouis alio, qui tironem instituat. Ego legerem [tiro sine mancipe]: hoc quasi manuductor manceps Optato est: quid mancipes aliis addicti ministeriis ex Pediano in 1. Ciceron. in Verr. et Festo. sed hoc coniecturis vel litari tantum est.

Vid. Alciat. lib. 1. Prol.

Pag. 30. [eccequales, Frater Parmeniane, episcopos celas: et cum protuis erubescere debueras, Catholicos innocentes accusas]: Frustra emendatio illa est [colas]; nam idem hoc [celas] quod non multo post [defendis:] [eccequales F. P. defendis]

Pag. 35. [vos nec Deum timetis, nec fratres agnoscitis, in cor de liuoris acuistis nouacula lingua.] Lege intrepidus [in cote].

VII. Æneid. Virgil.

— adiguntq; in cote secures

II. Carm. Od. VIII. Horat.

— ferus et Cupido
= Semper ardenteis acuens sagittas
= cote cruenta.

passim similia: frequens etiam hic scriptor in vijs vocibus: non multo ante [qui parare debebas aures ad audiendum, parasti nouacula ad delinquendum], et paullo post [linguas vestras acuistis in gladios &] non semel.

Nathanaeli Tomkinso Northamptoniensi
Gulielmo Langtono Coll. Mag. præsid.
V. V. CL.

P. Ouidij Nasonis *Consolatio* ad Liuiam Augustam ex manuscripto bonæ notæ partim, partim ex coniecturâ emaculata, et Sexaginta ferè mendis fœdissimis repurgata.

SCHED. V.

Ouidium multi sic amant, vt ceteros neglegant; alij alios sic venerantur, vt illum prorsus fastidiant. omnes immeritò, quibus vel suauitas carminis insipida est, uel cultura tantùm sapida: quibus illud meritò occinam (cuiuscunq; sit) *μηδὲν ἄγαν, certè cum Alphæo dicam epigrammatario,

*Τὸ μηδὲν γαρ? ἄγαν, ἄγαν μὶς τέρπει.

Catulli doctrinam, Tibulli ingenium, Propertij cultum admiror. Ouidio si quando cultus abest, doctrina supplet; si vtrag; ingenium. omnia ineo, et nihil nimis. Itag; in eum insudemus, mi amici, sultis.

In Manuscripto, de quo *alibi, PVBLII Ovidij Nason. Consolatio ad Liuiam Aug. de morte Drusi Neronis, qui in Germaniâ perijt. in ipso quasi atrio statim offenditur maiusculis exminio litteris; quæ iam inscriptio concinnior vulgatâ ac brevior est: an verior? illud scio, hoc non ausim affirmare post meum Lipsium, qui ex iure Quiritium C. Pedonis Albinouani, non Ouidij carmen hoc lugubre ad Liuiam esse edit; probauit et Scaliger: Ego ex m.s. fide cum editione Plantinianâ conferendum percurro. ipso in limine

= Visa diu felix mater modò dicta Neronis
= iam tibi dimidium nominis huius adest;

abest in m.s. melius. erratum in sequenti typographicum iam

1e.

*ne quid nimis

*hoc ne quid nimium, nimis mihi placet.

* Sched. Decad.

III. epistol. quæst. epist. III.

Ouid. emendat. et explicat. I.

leges *pro* legis:

= nec tua te pietas distendit amore duorum

II. = nec posito filij nomine, dicit vter.

in m.s. discendit; *forte* discindit: *aptè ad sensum, et melius ad scripturam, quæ in illo extat sine interrogatione*

nec posito Fili nomine dicis vter:

statim

III. = et quisquam leges audet tibi dicere flendi?

= et quisquam lacrumas temperat ore tuas?

in m.s. vtrobiq; ecquisquam *optimè et elegantissimè.*

IV. = Hei mihi quàm facile est, quamuis hoc contingit omnes

= alterius luctu fortia verba loqui?

apertiùs in m.s.

= H. m. q. f. est, quantum hoc contingit omnis

= a. l. f. v. l.

inferiùs

V. = et quoscunq; coli est iusq; piumq; Deos.

in m.s.

= et quoscunq; colis iusq; piumq; Deos

splendidiori, meo iudicio, sensu.

VI. = fingebas reducem, perceptaq; mente fouebas

= gaudia ____

m.s.

= f. v. præceptaq; mente f.

= gaudia ____

ita profectò debet legi, nam gaudia illa ea reduce sibi ficto præceperat.

VII. = collaq; et os oculosq; illius ore premam ..

in m.s.

= C. q;

= C. q̃ et os oculos il. o. p.

= gaudia magna foues; spem pone, misserrima, falsam

melius in m.s.

= gaudia vana foues s. p. m. f.

ex eodem m.s. vulgatam confirmo, marginalem respuo

= quidq̃ pudicitia tantum inuiolata bonorum IX.

meruisse alij legant, ineptè sanè.

= nec notuisse vlli? et fortunam habuisse nocendi?

melius ex m.s. interpungo

n. n. v et fortunam h. nocendi? X.

= nempè per hos etiam fortunæ iniuria mores

= regnet ——

regnat in m.s. sed an legendum doctiùs siue cultiùs Fortuna XI

iniuria? facile probem cuicunq̃ doctiori siuè cultiori.

= Cedis, et incassum tua nomina, Druse, leuantur

= Vltima sit fati hæc summa querela tui. XII.

aliter (quidni et aptiùs, si arctius?) in m.s.

= C. e. in longum tua n. D. L.

= V. s. fati summa querela tui.

aliquantò inferiùs XIII.

= ille potest implere dolor vel secula tota

= et magni luctus obtinuisse locum.

m.s. et magnum. l. o. locum:

= Lumina cæruleâ iam iam nutantia morte

in m.s. optimè

= L. C. iam iamq̃ natantia morte. XIV.

= at miseranda parens suprema nec oscula fixit

= frigida nec mouit membra tremente sinu.

m.s.

XII m.s. =

= a. m. p. s. n. oscula fregit

XV. = frigida n. fouit m. tepente sinu.

bene Lipsius fouit ante emendarat, vt statim

XVI. = nec traxit cæcas per tua membra comas

Læsas, sectas: sed malo scissas ex M-S.

= Sic plumosa nouis plangentes pectora pennis

= Oeinidem subita concinuistis aues:

XVII. in margine Meleagrides:

= Sic fleuit Clymene, sic et Clymenides altæ:

XVIII. in m.s. altè; melius, i dest multùm, exanimo.

= erumpunt, iterumq; grauant gemitumq; sinusq;

= effusæ grauidis vberibusq; genis:

XIX. m.s. gremiumq; in quo male grauibus pro grauidis:

= in uires abijt flendi mora, plenior vnda,

= defluit, exiguâ si qua retenta morâ:

XX. mora est: pleniùs et numerosiùs in m.s.

= tandem vbi per lacrumas licuit, sed flebilis ora est:

XXI. Sic: vt et notat ora ipsa impressorum Librorum.

= Nate breuis fructus, duplicis sors altera partus.

= gloria confectæ, nate, parentis, vbies?

XXII. Conspectæ in m.s: in quo non reperi quæ in vulgatis repetuntur,

= sed neq; iam duplicis, nec sors iam altera partus,

= gloria confecta nunc quoq; matris, ubi es?

quod nothum noto, et expunctum abire iubeo in malam crucem.

= hic

= hic pietatis honor? artus amplector inanes XXIV.
= et vocat hos ipsos flamma rogusq; sinus?

inanis in fine primi versus, et euocat initio secundi corrigerem:
complector habet m.s.

= afligoq; manus, oraq; ad ora fero? XXV.

effingo:

= quo primùm uidi fasces in funere uidi

quos in m.s. XXVI.

= quippe ducem arsuris exercitus omnis in armis
= inter quaq; ruit ponere certus erat:
= abstulit inuitis corpus uenerabile frater, XXVII.
= et Drusum prunæ quod licuitq; dedit.

patriæ optimè in m.s. sic Consul init pro

= consuluit fractis mœrentem fascibus vrbem. XXVIII.

quod et illud confirmare non negem

= quid faceret victus, sic vbi victor init?

= obscuros delubra tenent XXIX

obscuri in m.s.

= Iamq; precaturus quid ego iam credulus, inquit, XXX.

m.s. quod ego autem:

= dixit et iratus vota insuscepta reliquit. XXXI.

insuscepta: sic lacrumisq; pro

= obuia turba ruit lacrumasq; rigantibus ora. XXXII.

et ossa pro

= tristia cum medius rumperet orsa dolor. XXXIII.

Sed hæc futilia etcuicunq; facile in promptu, uel Typographi uel transcriptoris incuriâ siue ignorantia depravata. Nos ad cetera uel notanda, uel emendanda.

= quid petijt? Vult ille tibi vt sua facta placerent:

ex

ex vestigijs Litterarum, nam quod et sine interrogatione
Legebatur: confirmo Lectionem Lipsij Legentis
XXXIV. = quod petijt, tulit ille, tibi.

post pauca

XXXV. = Ast pedes exsequias reddit, equesq; duci

at. de Tiberi

= Tum salice implexum muscōq; et arundine crinem
XXXVI. = Cœrulea magno legit ab ore manu.

cæruleum magna M.S.

= Vberibusq; oculis lacrumarum flumina misit
XXXVII. = Vix capit adiectas alueus altus aquas.

rapit abiectas.

= Sustentabat aquas, cursusq; inhibebat equorum.
XXXIIX. = Vt posset toto proluere amne rogum.

quid si aquarum? placet namq; hæc repetitio.

= Quod potui tribuisse dedi, victoria parta est,
XXXIX. = auctor abit operis, sed tamen exstat opus.

auctor abest in M.S.

= quōdam ego tentaui Clothesq; duasq; sorores
XL. = pollice quæ certo pensa severa trahunt.

aliter in M.S. pentameter

= impia quæ certo pollice pensa trahunt.

= Sic cecinere Deæ: nec tu Tiberine repugna
XL. irrita: nec flammæ amne morare tuo:

bene interpuncta pro repugna, irrita nec

= Qualis in Herculeæ colluxit collibus Oetæ
XLI. = cum sunt imposito membra cremata Deo

M. S. cremante.

XLII. = Vritur heu decor ille viri, generosaq; forma

= et

et = et facilis vultus vritur ille Vigor.
in m. s. et faciles vultus, v. il. v. bene.
= adspice Lædeos [concordia sidera] fratres XLIII.
Vide m. s. curiosam dispunctionem, quæ etiam editis
abest, et in margine Drusus incohauit templum Cast. et
Poll. Scio hæc non vetustatis insignia in manuscriptis esse:
a quibus dispunctiones, uel notationes abesse qui multos vi=
derunt, confirmant; ego expertus in aliquot sum; et plurimis
docuit ~~in~~ eruditiss. amicus noster GASP. SCioppius
in Luculento Syntagmate de arte Criticâ: Cuius vtinam ad
amussim omnes veteres auctores tractandi licentiam componere=
m'us, ne illos mutilandi prurigo et cacohetes tam latè serperet:
sed ego non m. s. huius vetustatem tam commendo, quàm dili=
gentiam transcriptoris laudo; qui vnus absq; dubio codicibus opti=
mis et integerrimis, ad nostrum redeo
= Sæpe Nero in lacrumas ~~summissâ~~ uoce loquetur, XLIV.
= Cur adeo fratres heu sine fratre deos?
m. s. optimè in lacrumans
= Consule nos, duce nos, duce iam victore caremus,
= inuenit et totâ mœror in vrbe locum. XLV.
m. s. interpungit melius, duce iam victore, et canemus
Legit, an et canemur? non male, quod et confirmat
= inuenit totâ m. i. v. l.
et quæ subdit de comitum mœrore
= quorum aliquis tendens in te sua brachia dixit XLVI.
= cur sine me? &c
m. s. trudens fortasse non male ob illud inte non adte:
= femina tu princeps, tu filia Cæsaris illi,
= nec minor es magni coniuge visa Iouis,

= tu

= tu concessus amor, tu solus et vltimus illi,
= tu requies fesso grata laboris eras.

ex his duobus distichis Vnum m.s. et melius, et interpunctionem aliter conflat

= femina, tu princeps: tu filia Cæsaris: illi
= tu r. fesso g. l. eras.

XLVII.

Cetera malim expungi non auctore digno digna, si bene inspicias:

= infelix recipis non quem promiserat ipse,
= nec qui missus erat, nec tuus ille vidit.

XLIIX.

m.s. quem non: et postea eras.

= Non fuit Euadne tunc cum ferienda coruscis
= fulminibus Capaneus impauida ora dedit

XLIX

m.s. Enachie furibunda

= et subitò tentasq; manu, speras q; receptum?

L.

m.s. subitâ temptasq; manu.

= gaudebunt q; suæ meritò cognomine gentis
= quod solum domito victor ab hoste tulit.

LI.

m.s. merito cognomine.

= Hæc ipsum sublime ferent, hæc optima mater,
= debuerant luctus attenuare tuos.

LII.

m.s. ferunt, ardentiori sententiâ.

= non eadem vulgus q; decent et lumina regum

LIII.

limina in m.s. sequitur namq;

= et quod præcipuum debeat illa domus.
= imposuit te alto Fortuna, locum q; tenere

= iussit

= iussit honoratum, Liuia perfer onus.

altè m. s. et interpungit iussit, honoratum l. p. onus LIV.
bene, si bene interpreteris.

= An melius perte virtutũ exempla petemus,
quam si Romana principis edit opus? LV.

M. S. quin tu Romanæ p. e. o.

= Maximus ille quidem iuuenum spes publica vixit LVI
= et quâ natus erat gloria summa domus

M. S. ex quâ natus erat! LVII.

= Fortuna arbitrijs tempus dispensat vbiqz
= illa rapit iuuenes, sustulit illa senes. LIIX.

in M. S. iniquè, sustinet. meliori melius.

= Nata quòd es altè, quod fœtibus aucta duobus.
M. S. = nata quòd altè es, quod qz es fœtib⁹ aucta duobus, LIX.

metri caussâ.

= Rhenus et Alpina valles, et sanguine nigro
= decolor infectâ tinctis Itargus aquâ. LX.

M. S. infectâ tinctis Isurgus aquâ: et ad oram est Germa-
niæ fluuius.

= Danubiusq; capax et Dacius orbe remoto
= Appulus huic hosti per breue Pontus iter. LXI.

M. S. D. qz rapax et Dacius orbe remoto

= Apulus h. h. per breue pontis itur. LXII.

et in margine, oppidum Daciæ:

= adde quod est absens fœtus, nec cernere nati
= Semineces oculos sustinuere tibi. LXIII.

Lib. scriptus functus, et tui: quod emendationem Lipsianam sulcit.

= qui

= qui dolor et menti lenissimus influit ægræ,

LXIV. = acciperes luctus aure coacta tuos.

idem quiq; dolor menti, et accipere ei luctus a.c.t.

LXV. = Iuppiter ante dedit fati mala signa cruenti

= flammiferâ petijt cum tria templa manu.

ibidem. tua: fortè quia Drusus incohauit templum

LXVI. Cast. et Pollucis;

= Iunonisq; graui nocte, impauideq; Mineruæ

= Sanctaq; et immensi Cæsaris icta manu.

LXVII. M.s. Iunonisq; gradus notæ.

= prisca quid huc repeto? — M.s. hîc.

LXIIX. ad calcem ferè opusculi

= ipse tibi emissus nebulosum littus Auerni

= si liceat forti verba tot ore sonet

LXIX M.s. nebulosi in littore, sic liceat, sonent.

= Consul et ignoti Victor Germanicus orbis

LXX. = qui fuit heu mortis publica caussa Legor.

M.s. C. e. i. v. G. o.

= quiq; fui Martis publica cura Legor.

= et quo me officio portauerit illa iuuentus,

LXXI. M.s. portauerat. confirmant præcedentia quæ et præcesserant

~~confirmant præcedentia quæ et præcesserant~~

= Cingor Apollineâ Victricia tempora lauro

= et sensi exsequias funeris ipse mei

= decursusq; virûm notos mihi, donaq; regum

= cunctaq; per titulos oppida Lecta suos,

= et quo &c —

= deniq;

= denig laudari sacrato Cæsaris ore
= et merui, lacrimas elicuig Deo. LXXII.

M.S. emerui.

= et cuiquam miserandus ero? —

bene sic interrogat M.S. cuius ad calcem verba illa LXXIII.
assueta P. O. N. C. ad L. A. de Morte D. N. explicit. Meus in vos animus nunquam. Sed heus, mi Tonkinse, Græcarum illæ suauitatum reliquiæ, præclaræ tui in me animi præstantissimi ac sapientissimi notæ, mei in te pronissimi delicia periere? Sic audio; quid ni et doleam? Olyiponem audio commigrasse Toleti me quæsituras. Vide dum doleo. Vescribe dum quæro vbinam terrarum illæ ipsæ habitent. Vale dum amo. Valeat et Conlega tuus tot doctissimorum Præses, dum vtrumg (iterum dicam) amo, hoc est, in æuum. —.

PHILIPPO BERTHERIO
I.C. V.C.

Lutetiam

Vitruuii Pollionis de Architectura quinq priores libros ad ueterum codicum auctoritatem castigo.

SCHED. VI.

Vidi tuas, Bertheri Cl, πειθανῶρ Q. Antistii Labeonis summi I.C. exemplo, diatribas, et in iis multa in utraq litteratura, (ciuilem dico et humaniorem) digna magno uiro, hoc est, te; qui ut utriusq peritissimus es, utramq optimè exprimis, tuum unà in utrâq ingenium, doctrinam, iudicium Apellaeo ipso pennicillo foelicius, nimirum tuo te. Macte ô tuam Galliam Alciatis, Brissoniis, Cuiaciis, Fabris beatam ampliùs beare, et nos ab iis edoctos uberiùs docere; certe me (fatebor ingenuè) tua illa suauis eruditionis amoenae elegantia mirum quàm traxit; te uelim subrustica haec proni in te mei animi obsignatio, tui in me (fors fuat) prouocatio: illam ut tibi meus in literatos amor, sic hanc tua cum humanitate coniuncta rara eruditio mihi aeternùm pollicitatur.

Vtriusq

Vtriusq unionis uelut pronuba hæc affectus tessera, studii demonstratio. Obserua, repende, et has Iureconsulto non indignas, erudito et eleganti præcipuè, in Architecturæ principem obseruationes, ne, ut in caussa dubia olim fieri amauit, amplius alii malignè "iudices" pronunciandum censeant, æquè iudicaturus cape. M. Vitruuius Pollio ille est; qui tot de Architectonica arte thesauros è Græcia in latium eleganter inuexit qui Augusto carus, qui Romanorum in illâ ipsâ meritò coryphæus. Cui nomen nollem obscurasset Magnus Alciatus; apud quem non M. sed L. prænotatur; non Pollio, sed pellio audit; quia exstat hac inscriptione Veronæ lapis

parerg. iur. lib. VIII. cap. V.

L. VITRVVIVS. L. L. CERDO ARCHITECTVS

Verùm cum in codicibus omnibus *M. nota adpareat et alterius possit esse inscriptio illa, meritò L. explodenda est. Pollionum, ut et Pollarum cognomenta apud Romanos cum nota sint quid a Pellionibus, hoc est cerdonibus Vitruuii desumendum? nimis hoc argutari est, præsertim cum ~~cerdo~~ CERDO ARCHITECTVS in inscriptionibus antiquis sæpius inueniatur. Sed de nomine ad rem. In Architectura ab Architecti nomine auspicabor, quod restituam in ipsius parente M. Vitruuio; is Ctesibius est, de quo hæc ille.

*Optime hæc discutit V. Cl. Bern. Baldus Vrbinus in Vit. Vitruuij, cuius de Verbor. Vitruu. significatione commentarium videre post hæc scripta contigit, à qua multa coniectationum nostrarum auctoritatem capient et decorem.

lib. I. cap. I.

[Quicunq Ctesibii aut Archimedis libros, et cæterorum qui huiusmodi præcepta conscripserunt, leget, cum his sentire non poterit, nisi his rebus a Philosophis fuerit institutus

stitutus]

In codicibus nonnullis (Thesbiæ) pro (Ctesibii) legitur sed annè rectè, cum in Plinii lib VII et Luciani Macrobio idem nomen inueniatur? nullo modo, cum in eodem Vitruuio sæpiùs Ctesibii non Thesbiæ distinctè legatur. lib. x. cap. xii ubi de Ctesibicâ machinâ, quæ altissimè extollit aquam et lib VII præfat. inter hos qui scripsère de machinationibus [Cliades, Architas, Archimedes, Ctesibius, etc] de cuius inuento etiam *alia. Simile erratum in Scopæ nomine, quod etiam corruptum ad primi capitis calcem, ubi hæc de illo.

* lib. IX. cap. ix ~~parentes~~ patriam, parentes, et studia Ctesibii inuentaq; denarrat Vitruuius.

[Hi autem inueniuntur raro, ut aliquandò fuerunt, Aristarchus Samius Philosophus et Archita Tarentinus, Philolaus, Apollonius Pergameus, Eratosthenes Cyrenæus, Archimedes et Scopinas de Syracusiis, qui multas res organicas et geometricas, numero naturalibusq rationibus inuentas atq explicatas posteris reliquerunt] Scopinæ nomen nullubi offendi. Scopæ notum ex Plinio lib. xxxv cap. v. Horatio lib. IV Carminum, Od. VIII ac aliis apud quos celeberrimus γλυπτῆς μαρμάρων audit: Sic in ipso Vitruuio præf: lib VII [Teocharen, Bryaxen, Scopan, Praxiteles &c.] et lib IX cap IX [plinthium siue lacunar (quod etiam in circo Flaminio est positum) Scopas Syracusanus] dicitur inuenisse. Eodem modo in Apollonii nomine, pro Pergameo, Pergæum reponendum puto, de quo ipse Vitruuius lib. IX. cap. IX. Ptolemæus Almag. lib XII. Eutocius in Comm. in lib. II. Archimedis de æqueponderantibus ad calcem, et in lib. de Sphærâ et Cylindro, Hypsicles in prooemio Comm. in duos ultimos Euclidis, et in Comm. in. II. propositionem licet hi falsò libri Euclidi tribuantur, qui ex doctiorum sententiâ Apollonii

* lonii Pergæ sunt. Inferiùs cum in Architectura decorem definit Vitruuius subdit.

Cap. ii, I Is perficitur statione, qui græcè ἐφεδριοῦχος dicitur, seu consuetudine, aut natura. Stationes cum Ioui fulguratori, et Cœlo, et Soli, et Lunæ ædificia sub dio hypætra constituuntur.]

I hypethria] lego; Græcis ὑπαίθρια manifesta significat spatiumq; sub dio. ibidem.

I Item Naturæ decor erit si cubiculis et Bibliothecis ab oriente lumina capientur: balneis et hibernaculis ab occidente hiberno, pinacothecis, et quibus certè luminibus opus est, partibus a septentrione.]

Legi in duobus codicibus I paribus] pro I partibus] meliq; meo iudicio, et aptiùs. quid enim ibi, partibus, nisi superfluæ uocis additamentum?

Cap. vii. Ad primi huius libri calcem I de electione locorum ad usum communem ciuitatis] Vitruuius agit, cuius quædam curiosiora obseruabo in ùs.

I Ædibus uerò sacris, quorum Deorum maximè in tutela ciuitas uidetur esse, et Ioui et Iunoni et Minervæ in excelsissimo loco, unde moenium maxima pars conspiciatur, areæ distribuantur.] bene ista ad ritum priscum. de Ioue Lucanus.

„Et residens celsâ Latialis Iupiter aulâ.

Et alibi de fulmine: —

„ In sua templa ferit —

Excelsiora enim loca fulminibus infestantur: Vnde Claudianus:

„ Nec parui frutices iram meruêre tonantis

„ Alpes ille quatit, Rhodopeiaq; culmina laxat.

Iunonis

Junonis templa in altioribus locis constitui moris fuisse testimonio est, Virgilianum illud lib. 3. Aeneid.

— attollit se Diua Lacinia contrà.

De Minerua Homerus loquens, in editiori urbis loco templum eius constituit:

Οἵδ' ὅτε νηὸν τκάνον Ἀθήνης ἐν πόλει ἄκρῃ.

Quod et Virgilius expressit lib. 11. Aen.

— primusq Thymetes

" Duci intra muros hortatur et arce locari:

Et ibidem:

" Effugiunt saeuaeq petunt Tritonidos arcem;

Sic et Ouid: lib. VIII. Metamorph.

" Junctus Erycthеas Tritonidos ibat ad arces.

Pergit Vitruuius [itemq Veneri ad portum] quare? Plini, lib. XXXV cap. V praeclarae Veneris ab Alcmane fabricatae meminit, quam dictam dicit Aphroditem ἐν κήποις esseq Athenis extra muros: Vel ideo fortasse templum Veneris extra muros constitutum, quod hortorum procuratrix fingeretur, Vti Minerua oleti; uide Varronis praef. in. 1. de re rustic. et Martian Capell. lib. III. cap. XI caetera notiora. minus illud lib. II prooemio, liminare uerbum. lib. II. prooem.

[Dinocrates Architectus cogitationibus et solertia fretus etc] cuius etiam nomen quater quinquiesue ibi repetitur: quia Stasichrates apud Plutarchum lib. II. de fortitu: aut Virtut: Alexandri, ubi eadem reperitur, quam refert Vitruuius, historia: aliis uero Chinocrates, uel Chiromocrates placet. Doctissimus Philander Democratem mauult, quia in lib. inscriptionum

in Africae

in Africæ inscriptionibus in antiquissimo lapide litteris græcis huiuscemodi nomen distinctè legatur; illius tanta apud omnes auctoritas meritissimò debet esse, ut eximium Virum Patriarcham Aquileiensem, Danielem Barbarum secum abripiat; mihi uerò etsi magnæ uterq auctoritatis est, tot codicum antiquorum fides non minoris est, cum non solùm totiens in Vitruuianis coditibus reperiatur, sed in Plinianis lib. v. cap. x et lib. vi. cap. xxxvii. Solino cap. xxxv et xliii, Valerio Maximo lib i. cap. de auspiciis, Luciano, etsi nonnihil a Vitruuio differat, lib i. de historia scrib. et pro imaginibus, Xenophonte et aliis, in quibus tantæ uarietatis discrimina quî poterant inueniri? itaq Dinocrates hêic, ut in aliis, legatur, et pro Stasicrate in Plutarcho reponatur. Pergo ad librum iii. è quo hæc uerba notanda decerpo.

Lib. iii. cap. i.

[Aedes Quirini Dorica, et Ephesiæ Dianæ Ionica a Ctesiphonte constituta]

Clarissimum Hispaniæ Lumen Ferdinandus Pintianus in castigationibus siue adnotationibus Plinianis Chersiphontem legit lib. vii cap. xxxvii, nec malè, ut uidetur, probat: melius tamen si receptam omnium codicum lectionem defenderet, cum in Plinio lib xxxvi cap. xiv, et in Vitruuio hêic et præf. lib. vii [ionica Ephesi, quæ est Dianæ, Ctesiphon] Legamus, uti lib. x. cap. vi. [non est alienum Ctesiphontis ingeniorum inuentionem exponere] et alibi in Plinio ac aliis. inferius

Cap. iii.

[Demptâ plintho, reliquum diuidatur in partes quatuor, fiatq superior torus quartæ, reliquæ tres æqualiter diuidantur et unâ sit inferior torus, altera pars cum suis quadris scotia quam Græci τρόχιλον dicunt.]

Sed annè legendum uerius τράχηλον? Macrobius lib. v. Saturn.

Saturn. cap. XXI de poculorum generibus agens inquit. [Asclepiades autem uir inter Græcos apprimè doctus ac diligens, Carchesia a nauali re existimat dicta. ait enim nauali ueli partem inferiorem pateram uocari: at circa mediam fermè partem τράχηλον dici, summam uerò partem carchesiam nominari, et inde diffundi in utrumq ueli latus, eaq cornua uocantur] benè ad rem, de qua noster. quem implendum uoce, quæ in codicibus non exstat, reor, ut sensus constet et architecturæ ratio, lib. V. cap.

Lib. V. cap. I.

[Pluteum quod fuerit inter superiores columnas, item quartâ parte minus, quàm superiores columnæ fuerint, oportere fieri uidetur.]

Itanè [inter superiores] tantùm? nullo modo; mutilus textus est, et uoce hac redintegrandus [inter superiores et inferiores columnas] uide adtentiùs, et à plutei officio, quod pro eâ parte qua superiores columnæ ab inferioribus seiunguntur, hêic accipitur (aliter alibi) et ab ipsâ Architecturæ ratione, et columnarum constitutione rem iudicabis, probabis, eodem modo quæ de Xystis Vitruuius in iis

Cap. XI.

[proximè autem Xystum et duplicem porticum designentur hypethræ ambulationes, quas Græci peridromidas, nostri Xysta appellant, etc]

Bene. Xysta a latinis, quæ a Græcis peridromidas; quæ ideo notaui, ut errori B. Rhenani in adnotationibus in Tertulliani lib. [illegible]. de corona, ubi plura de Xysto malè confarcinat, notam inuram. Sed de iis plusquam satis

Joanni

Antuerpiam

JOANNI WOVERIO V. C.

In cæteros Vitruuii libros eandem operam nauo.

SCHED. VII.

Amor, qui in magnum Heroa Iustum Lipsium, in te, ut in illius animæ dimidium, Woueri Clarissime, etiam pronus; quid mirum? à te, ab illo; a* candore, inquam, tuo, quo Modestiæ et Musis carus, quas semper coluisti, et uitam ad optima præcepta, ingenium ad artes conformasti, mirè eluces; à commendatione illius seriò ac bis seriò repetitâ, quâ ipsius cultoribus, ut tuis, utaris necesse est. Demus hoc uiro ὡς μακαρίτῃ, demus tuæ famæ, et utriusq nomini libentes assurgamus, qui utriusq amicitiæ amantes audimus reuerentiores. Tu, ut ille uoluit, quæ in Augustæi aeui scriptorem adnotabam cursim, seriò cape ut amicitiæ præmetia, ut Lipsiani mandati, qui testamenti curator fuisti ~~[illegible]~~ ^ exsecutionem. Incipiam à libri de architectura Vitruuii V. uerbis illis, quæ in ipsius antelogio docto sanè, et uiris doctissimis eo in pretio, ut Galenus etiam magnam ex eo partem in libellum siue exhortationem ad bonas artes transfundere non dubitarit: etsi in utroq discriminis illam rationem adnoto, quâ ad Rhodiensium littus Aristippum reiectum Vitruuius adserit, ad Syracusanum Galenus mauult. Verba eccilla.

* Ut testatur Lipsius in miscell. epist. XLVII.

* ~~[illegible]~~

lib. VI. prooem. I.

II. [Atqui non doctrinarum, sed facilitatis præsidûs putaret se esse uallatum, labidis itineribus uadentem, non stabili, sed infirmâ conflictari uitâ.]

Annè [lubricis]? hoc uolebat innuere, sed [labidis] uoce usus

usus, ut in omnibus exemplaribus uidere est. nec mirum cum eiuscemo-
di uocum variorum copia apud hunc, aliosq, etsi eius aeui scriptores
qui eloquentiae flores non ex professo elegerunt, adpareat. quod
notatione non indignum sum arbitratus. Pergo et inferius locum
conrigo, cuius haec uerba.

[Itaq omnium operum probationes tripartito considerantur, Cap. xi.
idest, fabrili subtilitate, magnificentia, et dispositione cum III.
magnificenter opus perfectum aspicietur, ab omni potestate im-
pensae laudabuntur etc]

Legerim [ab omni parte] pro [potestate] quae prius dixerat,
statim ordine disponit, et uberius explicat. Ego quae in lib. vii
prooem. cui, ut alia alias, tria heic nomina facile restituo. Lib. vii prooem.
Inter alios, e quorum commentariis utiliora se conlegisse fatetur
Vitruuius, sunt etiam [Diphilos, Charidas, Polyidos &c] qui- IV.
nam illi [Diphilos, Charidas.] nescio. anne [Diades, Chereas]
reponendi? fortassean. hi enim lib. x cap. xviii. uti et [Poly-
dos] in illis [cum Philippus Amyntae filius Byzantium oppugna-
ret, Polydus Thessalus pluribus generibus et facilioribus ex-
plicauit, a quo receperunt doctrinam Diades et Chereas qui
cum Alexandro militauerunt.] sed anne ista illis praefe-
renda sint quis sciat? non ego, qui doctiorum arbitrio relinquo,
digitum ad difficultatis fontem intendisse contentus.
Inferius [Fussitius enim mirum de his rebus primus instituit V.
edere uolumen]. Forte [Suffitius] analogiam nominum
uulgo notorum quandam praeseferet. alibi ubi de politi-
onibus in humidis locis Cap. iv

[ita conuiuiis eorum, quod et poculis et sputismatis effun-
ditur, simulatq cadit, siccessit.] VI.
Vide ne [ptysmatis] legi debeat, siue [pytismatis] quod
in Iuuen.

in Iuuenalis Sat. XI Vers. CLXXIII Domitius Calderinus, Georg Merula, Georg Valla, Io: Britannicus, Vetus Scholiastes a Pithoeo editus, Lubinus in Iuuenal, diuersâ licet apud omnes notione, reposuêre, ut Turneb. lib. XXIV Aduers. cap. XXVIII Politian. lib. Epist. XI ad Georg Merul. et libri omnes antiqui, quos Romanus uidit, quos Lipsius contulit, quos ego recensui: Vnde illam non temerè mutandam censuerim; multorum argutias miror, ut et ineptias uideo non paucorum, qui ut rem ab omnibus tentatam tentarent nihil non tentarunt. ego

Politian. Miscell. cap. XXXVIII
Muretus Var. lect. lib. X cap. VI
Brodaeus Misc. lib. V. cap. XXVI
Alciatus Parerg. lib VI cap. III
Flauius Coniect. Cent. I. cap. LI.
Lips. epist. Quaest. XXV lib. IV.

" Qui lacedaemonium pytismate lubricat orbem

notâ omnibus obscoenitate capio, quae frequens Lacedaemoniis Iuuenalis aeuo iam mollibus, et a Spartae antiquae uiribus degeneribus et Martiali Philostratoq notata, ad quam lubricans illud pytisma satyricûs explanandam mirum conducit, ego qui modestè et christianè debeo, nec uolo nec ualeo in propudiosis hisce ut hodie fieri amat, interpretationibus immorari, praesertim cum Lipsii ac aliorum huc recidat explicatio. transeo ad alia.

lib IV de Vit. Apoll.

lib VIII cap. VI.

VI.

[Sin autem uentus interpellauerit, et motionibus lineae non potuerint certam significationem facere, tunc habeat in superiori parte canalem longum pedes quinq, latum digitum, altum sesquidigitum, eoq aqua infundatur, et si aequaliter aqua canalis summa libra tanget, scietur esse libratum]

Quid [summa libra] meo periculo [summa labra] lege. nam inferius idem Vitruuius [Sin autem proclinatus erit ex una parte, quae erit altior non habebit regulae canalis in summis labris aquam] quod sanè confirmat Archimedes (quem citat Vitruuius) de Arenae numero, qui posuit aquam sphaeroidem et concentricam terrae. Sicq intelligendus uterq, ne in utroq

erremq

erremus. Deuenio ad lib. IX, cuius prooemium ex Isocratis pane-
gyrico desumptum arbitror, ut ex Vitruuiano lib. VI. Galeni
libellum, quem notaui, ut etiam hoc obiter notem. illud etiam
ex Euripide, quem Vitruuius laudat his uerbis.

lib. IX Cap. IV.

VII.

[id autem etiam Euripides Graecorum poëta animaduertisse
uidetur. ait enim quae longius a sole essent, haec uehementius
ardere; propiora uero contemperata habere. Itaque scribit
in fabula Phaethonte sic: Urit longinqua, propinqua uero
temperat &c] an illuc respexit.

IIX.

*Obseruauit idem Cl. And. Schot. Obseru. Num. V. cap. XXV. postea a me visus:

*
" Κείει τὰ πόῤῥω τά δὲ ἐγγὺς ἐυκρατ' ἔχει!

Cap. VI.

Cap. Sexto. de Sideribus, quae sunt a Zodiaco ad Septentrio-
nem, multa sunt paucorum uerborum errata, in quibus, ut Hercu-
les in Augiae stabulo, detergendis sudandum est. Vide illa.

[Item pisces supra Andromedam, et uentrem eius equi, qui
est supra spinam alterius, sed in uentre primi est lucidissima
stella, quae finit uentrem equi, et Caput Andromedae. Manus
Andromedae dextra supra Cassiopeae simulacrum est constituta.
laeua super aquilonarem piscem. item Aquarii supra Equi caput,
Equi ungulae attingunt Aquarii genua.]

IX

Per partes inquiram, primae huius ultimam a sciolo aliquo additam
existimo, nam dextera manus Aquarii tangit ceruicem Equi, Equus
resupinus spectat polum; ut uidere in Hygino est lib. III, itaque
glossema futile, aut erratum putidum puta. Sequuntur.

[Cassiopeae media est dicata Capricorni supra, in altitu-
dinem aquila, et Delphinus, secundum eos est sagitta. ab ea au-
tem uolueris, cuius penna dextra Cephei manum attingit, et
sceptrum, laeua supra Cassiopeae innititur, sub auis cauda pedes
Equi sunt subtecti. Inde Sagittarii, Scorpionis, librae.]

X.

Heic

Heu criticâ licentiâ spargenda manus, sed certò. itaq emenda audacter pro [cuius penna dextra Cephei manum attingit] conruptissimis uerbis, uerissima hæc [cuius cauda dextram Cephei manum attingit] non [penna] sed [cauda], ne dissentiat ab omnibus et a uero. quibus [dextram] adiice, ut ad manum referas, et figuræ ratio certissima erit, et Astrologis omnibus notissima. pro illis

XI. [læua supra Cassiopeæ innititur] lege [leuans se supra Cassiopeam innititur] uerissimè, cum more uolantium pingatur. pro [sub auis caudâ pedes equi sunt subtecti] transfer uocem, quæ superiùs retracta est, et [sub auis pennâ pedes Eq. s. s.] conrige, nam apud Hyginum et in globo coelesti auis Cygnus est, cuius ala dextra Equi pedes tangit. Verba, quæ claudunt [inde Sagittarii, Scorpionis, libræ] quid ita? anne istorum pedes sub auis pennâ, ut Equi sunt subtecti? nullo modo. lege itaq [inde

XII. Sagittarius, Scorpio, libra]. transeo ad extimam partem. [Insuper serpens summo rostro coronam tangit, ad eum medium Ophiucus in manibus tenet serpentem læuo pede calcans frontem Scorpionis. ad partem mediam Ophiuci capitis non longe positum est caput eius, qui dicitur Nisus in genibus.]

XIII. Lege [læuo pede calcans mediam fermè Scorpionis partem, deinde Ophiuchi non longè positum est &c] ut uerius constet. Ceterum Nisum alii Herculem, alii Eugonasin, alii aliter

Cap. IX. adpellant, de omnibus late Hygin. lib. ii poët. Astron. unâ fideliâ (quod aiunt) duos parietes dealbabo, et duplici emendatione locum Vitruuii simplicem inlustrabo, de horologiorum ratione et usu, atq eorum inuentione, et quibus

inuento,

inuentoribus cum agit haec legimus [plinthum siue lacunar (quod etiam in Circo Flaminio est positum) Scopas Syracusanus; πρὸς τὰ ἱστορούμενα, Parmenion πρὸς πᾶν κλίμα, Theodorius et Andreas: Patrocles pelecinon: Dionysiodorus conum: Apollonius pharetram, aliaq genera, et qui supra scripti sunt et alii plures inuenta reliquerunt &c].

Primò τὰ ἱστορούμενα uocat ea quae oculis uidentur, hoc est ad unam tantum eleuationem (ut apud eiuscemodi scriptores dici moris est) Deinde Parmenionem uocari eum existimo qui alio nomine Parmenides, de quo Suidas et Diogenes Laërtius; ut Apollonium, qui et Pergeus, ut alibi ostendi. postremò sic fortè rectiùs legendum et scribendum [πρὸς τὸ ὅλον κλίμα, Theodosius et Andreas, Patroclus πελέκινον] πελέκινον securiale est, siue in securis effigiem efformatum. Suspicorq Andream illum Theodosii filium fuisse, ex Strabonis uerbis lib. xii, apud quem etiam lib. ii. egregia mentio Patroclis seu Patrocli est. Librum ultimum tango, ex eo ista

XIV.

XV.

XVI.

[Ad rechamum autem imum ferrei forfices religantur, quorum dentes in saxa forata accommodantur]

lib x. Cap. ii.

Forte [in saxi foramina] nam bina praecesserant, et ad trochleae seu rechami, et machinationum tractoriarum, ut ad pellat, constitutionem saxo opus est. Leuia ista, non absimilia haec ubi de Paconio agit,

XVII

Cap. VI.

[Circa lapidem fusos sextantales ab rota ad rotam, ad circinum compegit]

XIIX.

Forte [sextantes] paulò post, etsi intermedio capitulo, non capite

Cap. VIII

[De tractorii rationibus, quae necessaria putaui breuiter exposui: quarum motus et uirtutes duae res diuisae, et inter

se

se dissimiles, uti congruentes, ita principia pariunt ad duos per-
fectus &c]

XIX. Lege [incongruentes] ut ratio constet.

Cap. XI. [Quemadmodum Pythagoricum trigonum orthogonium
describitur, sic id habet responsum, id est, uti diuidatur
longitudo in partes quinq, earum trium extollatur caput, ita erit
a perpendiculo ad imas nares eius spatium partes quatuor.]

XX. Anne ad [simas nares]? congruit formæ, etsi uulgatæ le-
ctionis intellectus facilis; Coniectura, quam adiiciam, certa.

Cap. XIII [In summâ planitiâ foramina circiter digitorum ternûm
quibus foraminibus proximè in uerticulis collocatis ærei Del-
XXI. phini, pendentia habentes catenis cymbala ex ære intra
foramina mediolorum chalata intra arcam, quo loci aqua su-
stinetur]

χάλαζα repono, quasi receptaculum à similitudine
quibus ut respondeant sequentia, quæ sic leguntur.

[Delphini qui sunt in uerticulis inclusi chalantes in
XXII. os cymbala &c.] aliter muta [Delphini q. s. i. u. i. ha-
bentes in os cymbala &c] nam superius [ærei Delphini pen-
dentia habentes catenis cymbala ex ore] Quoniam in hydrau-
licis Delphinorum formæ conlocabantur more et ratione
Plinio lib. IX. cap. VIII explicatis. Sed quid [arcam]? opti-
XXIII. mè, ut inferius [ima inter labra phigæos et arcæ fundum]
inde confirmanda Vitruuii uulgata lectio lib. VI. cap. III
[in quibus deliquiæ arcam sustinentes stillicidia reiiciunt]
non [aquam] ut mauult Budæus: cui magnam Vitruuius in-
lustrationis melioris partem debet, mihi fortasse aliquam
si tu Vvoueri, optime et doctissime; adprobes.

Michaeli

MICHAELI DE ROJAS
ALVARO DE PINA ROJAS
JO: BABTISTAE MONEGRO
Toletanis C.

E Vitruuii libris omnibus tumultuarium spici-
legium, ex quo in alios scriptores fructus, uel ex iis in illum
utilitas.

SCHED. VIII.

Dominicum Theotocopulum conciuem nostrum, gente,
ut et nomen indicat, Græcum postremo nuper honore moestissimi sum
prosecuti, rati nimirum, cum Q. Cæcilio Metello Mace-
donico, non fore, ut in posterum id officium ab ipsis uiro maio-
ri præstari possit. certè amauimus hominem raris ingenii do-
tibus inlustrem: amori ego iuuenis uenerationem addebam
optimi Senecionis, a cuius quotidie latere memini me decessisse
doctiorem, quem suaui pennicilli dexteritate, Apellem, inge-
niosis machinarum rariorum inuentis Archimedem, celi focli-
citate Praxitelem, ædium substruendarum præstantia An-
timachidem, et, quod maius est, uerâ Philosophiæ cognitione
Socratem suum putaret Græcia, uel ipsi faterentur, nos cre-
deremus: de quo sanè illud meritò usurpem, quod de Ari-
stocleo Epigrammatarius canit:

* Εἰ δέ τις ἐκ πάντων σοφίης μέγαν ἔχεν ἔπαινον
Οὗτος ἔχει τρυλὴν, καὶ φθόνον οὐ φέρεται.

quippe

* Siquis ob ingenium laudari debuit, isti
Laus minor haud merita est, maior at inuidia
lib. III. Epig: Græc.

Quippe

* Laus cui non meritò sorte sed arte data est Adil. Epig: Græcor, libiii.

* in Elogiis VV in lust. Toletan.

* Δόξαν ἕλωρ πολλὴν ὀ τύχη, ἀλλὰ τέχνη

Vt alius, et ipse Græcus, ait de Hippocrate medicinæ ac sapientiæ parente. Certè ita est, et vos, Viri amantissimi, scitis, et ego uberiùs* alibi scire omnes feci. cuius ut amicitiam fateor, profectum ex eâ meum non possum non ostendere. Scripserat ille ingens et eruditum de Architecturâ, picturâ, machinis, commentarium, qui Georgii Emanuelis fe unici ac amici etiam nostri ingenii paterni, ut et bonorum ex asse hæredis, pietati, ut et industriæ (ipse cauerat) nostræ posthumus, breui tamen lucem adspecturus, commissus huius ego curiosiores quæstiones, ut rerum talium assiduè πονέργος, cum ipso prælegente auctore in controuersiam sæpissimè reuocarem, mirùm quantos ex eiuscemodi disputationibus profectus feci. Illorum ego, in amici memoriam, commemorationem eò nobiscum facio libentius, quò utrique audire adpetitis amantiores, vt et doctrinarum similium a doctissimis existimamini, et meritò æstimamini doctiores. Tu inprimis Io: Baptista, cuius opera egregia inter thesauros uerè apud S. Laurentium regios, et Ecclesiæ Toletanæ sacros principem locum obtinent meritissimò: nec ab iis, vos Aluare, et Michael, abhorretis, quippe qui

" Floriferis ut apes in pastibus omnia libant

Ex omnium disciplinarum uiretis serta sedulò iam diu concinnatis in uestros usus, in omnium fructus. Meorum è Vitruuianis operibus spicilegii en specimen, quod ab ipso aditu lib. i. cap. i. vbi Geometriam I Euthigrammi

et Cirin

et circini tradere usum] architecturæ ait. in aliis codicibus [ex euthygrammis circini] legitur, sed malè: quoniam euthygrammas ~~circini~~ adpellat rectas lineas, ex quibus Geometria circini tradit usum, è quo facilius ædificiorum in areis expediuntur descriptiones, numerorumq et librationum et linearum deiectiones, ἐυθυορίαν ~~[illegible]~~ Græci uocant meantem æquè semper cursum. Videndus Rhodig. lib. V. cap. XIX lect: antiq. Cap. II. ubi sciographiam esse docet [frontis et laterum abscedentium adumbrationem] noto abscedentium idem esse atq retrocedentium cauatorumq: quod in picturis usuuenire uidemus: quædam enim ab arte per adumbrationem seposita et quasi sedentia, quædam retrocedentia, quædam propè, alia longo interuallo stantia spectantibus adparent; quædam accedentia, prominentia, et pendentia: omnium autem ratio horum à sola adumbratione dependet. II.

Cap. VI. rationem ex inclinatione coeli ab Eratosthene Cyreneo inuentam eius spatii, quod ventus unus tenet, sic capies, si stadia 252000, per octo diuiseris, emergent 31500, quæ per 1000 ducta efficient passus 31500000, huius ut octauam rursus partem habeas, diuisa per octo, reddent 3957500. hanc partem octauam passuum habet uentus, si auctori fides danda est. Ceterùm quantum enumeratio uentorum Vitruuiana a Vegetiana distet nemini non dubium. Sed ex Aristotele in Meteor. III. Plin. lib. II. Cap. XLVI. Senec. III. Nat. Quæst. Agell. lib. II. Cap. XXII ac aliis uterqß conciliandus: Verum illorum spatiorum ratio a mensura terræ ortum habet; de qua legendi Martian. lib VIII Cap. Quod tellus non sit centrum planetis. Plin: lib II cap. CVIII Archimed: lib. de arenæ numero. Ptolemæus attribuit singulis terræ gradibus 500 tantum stadia lib VII Geog: Sed hæc mensuræ diuersitas ex diuersitate nascitur III.

Veget. lib IV cap. XXXVIII

Strab. I Geog.

Constant. I. de Agr. cap. IX

Isidor. lib IV Etym. et lib. XIII Cap. IX

nascitur stadiorum seu miliariorum: de quibus Macrob. de Som: Scip. lib. i. cap. xx et Martian lib. VII Cap. de circ. terræ. passus verò quicunq; heic constat pedibus quinq; ut ex x. lib cap. xiv constat, ubi hæc verba

IV. I Cum ergo quadringentenis versationibus imi tympani, semel superius versabitur, progressus efficiet spatia pedum millia quinq; id est, passus mille.] si calculum duxeris in hunc modum $12\frac{1}{2}$ passus in 400, provenient 5000, quibus componuntur passus mille si quinq; pedes in unoquoq; passu numerentur. quæ

lib. II Cap. VIII ex Plinio lib ii cap. xxiii constabunt clarius: transeo ad lib. II curiosiores disquisitiones. è cuius cap. VIII Isodomum struo ad Vitruvianam amussim: cuius verbis parco, ut multis,

V. sed res hæc oculorum, non linguæ, itaq; structuram Isodomi hanc cape.

1	2	3	4	5
1	2	3	4	
1	2	3	4	5



Sic enim ordines inæquales et impares efficiuntur: Ordinem Vitruvius adpellat integram lapidum seriem; imparitas et inæqualitas serium comparatione constat, coria autem lapidum superficies ex multis Vitruvii locis sunt, Unde totius loci cetera difficillimi intellectus apertissimè patet. pergo

VI. hinc longius ad lib V. usq; prooemium: ubi de Pythagora

lib. V. prooem. et eorum, qui illum secuti cubicis rationibus præcepta scripsere I constitueruntq; cubum 216 versuum, eosq; non plus quàm tres in unâ conscriptione oportere esse putarunt &c] quod sic explica, Si constituas radicem 6, et eam

in se

ducas, exsurgent 36, quod si itidem 36 cubicè ducas, erunt 216, et ob id crediderim hunc potiùs Cubum S. 216. constituisse Pythagoram suis scriptis, quàm alium, quòd a numero perfecto proueniat. Cur autem numerus Senarius perfectus sit docebit Vitruuius lib III Cap. 1. quod optimè conuenit cum iis, quæ hèic adiecit: quoniam quæ a rebus perfectis principium ducunt, et stabilita esse necesse est, quamquam malim solùm perfectionem operis significari. nec id mirum, cùm cubus quadratus undiq; sit, sexq; faciebus constet. Itaq; si fingamus radicem 4, eius quadrans erit 16, cubus uerò 64. Iam uerò si pro singulis cubi faciebus, hoc est, sexies ducas 16, prouenient manifestè 96. cum tamen perfectissimi cubi rationem, qualis solus est ille, qui a Senario numero efficitur quadratum. 16. sexies multiplicatum non ultra 64 excederet. * accidit itaq; in omnibus aliis numeris præterquàm in Senario, ut si radicem constituas in cubi constitutionem in iis, inquam, numeris, qui senarium non attingunt, cubi numerus numeris quadratorum sexies ducta minor sit, ut ostendimus: in iis uerò, qui Senarium superant, contrà; ut si radicem constituamus 7 septies, ergo 7 efficient 49 quadratarum sex cubi facierum unius integrum numerum continens, si uerò hoc cubicè in se ducas efficientur 316. cum tamen si quadratarum facierum numerum sexies multiplices, hoc est 49. quòd in singulis sex faciebus continentur. 244. non amplius efficient. habet igitur cubus cuius radix est 6, hanc inter cæteras perfectionem, quod etiam pythagoræi fortasse spectabant. Sed hæc

— Qui abaco numeros et fecto in puluere metas
Scit risisse Vafer —

non nouisse. itaq; in Vitruuio illa [non plusquàm tres] interpretare ex Aristotele, qui ex Pythagoreorum mente ternario

VI.

* Vid. Tauon. Eulogium disput. in Som. Scipion. et Lat. Latinium Consid. numeror. Cyclorum

nario numero omnia contineri docet, præterea quòd

——— numero Deus impare gaudet

Lib. I de Cœl. cap. I. Alexand. Aphrod. in eum; Plutarch. lib. IX Symp. cap. III. * alij Verum inter hæc obscuriora illa interlucent quæ è criticâ obseruatione. lib. VI. cap. I. uerba hæc sunt,

[itaqß quod est spacium proximum imo cardini ab axis lineâ in meridianis finibus, sub eo loco quæ sunt nationes, propter breuitatem altitudinis ad mundum sonitum uocis faciunt tenuem, et acutissimum &c]

Deinde

[quemadmodum enim stella Iouis, inter Martis feruentissimam et Saturni frigidissimam media currens temperatur &c]

Vtrumq expressit Manilius lib IV. cap. I.

" Per uarias caussas faciem mutare loquendi

et cap. III

" Martia Romanis orbis pater induit ora

" Gradiuumq suum miscens bene temperat artus

Vt et illud in Virg. lib. IX

" — Siqua ipse meis uenatibus auxi

" Suspendiuè tholo, aut sacra ad * fastigia fixi

Vt Vitruuianum lib. VII. cap. V. [candelabra ædicularum sustinentia figuras supra fastigia etc] et quæ in hanc rem uberiùs subiiciuntur. Ad caput XIV. obseruo indicum colorem pro eodem sumi, qui Armenicus ab ipso Vitruuio dicitur Cap. V. quod ex Plinio ~~constat~~ lib XXXV. Cap VI. constat. Lib. VIII Cap. III noto diuersam esse Vitruuii de Alexandri morte

Commemo,

* Otomar. Comment. lib I. Cap. V. Gorop. lib. VI Orig Constan: Land. in lib. Num. Petr Bongus plura de myst. num. VII.

lib VI. Cap. I.

* Sic Cicero in Anton. orat. II. et III de orat: Florus lib. IV. Agell. lib. XIII cap. XXIV et alii apud Achill. Stat. Lusitan. cap. IV obseru. diff. Lib. VII. Cap. V. Cap. XIV IIX. IX. lib. VIII. Cap. III.

commemorationem, ac illam, quæ a Solino cap. XIV Polyh. traditur; sed Vitruuio Tertullianus adhæret lib. aduers. Valentin. et lib. de animâ cap. de mortis ui. lib. IX cap. II Platonis inuentum de agro metiendo à Vitruuio adsertum Eutocius in Archim. lib. II. de Sphær. et cyclo, negat illud inuentum Platoni adtribuendum, sed eiꝰ discipulis; quod et uidetur innuere Proclus in I. Euclid. Cap. III. Conferatur cum Vegetii lib. II. Cap. III de re milit. ex quo utriusqꝫ non vulgaris orietur explicatio. Cap. IV [cetera sub terram subeuntia ab eius umbra obscurantur] ridicula sanè uerba, nisi intelligamꝰ, a nostris oculis uideri non possunt, uel interponenda est se media, quasi eclypsin patiuntur. Videnda Hygin cuius similia uerba lib. IV. Vitruuiꝰ namq; locutus fuit, ut uulgo solet. Vt Virg.

Lib. IX Cap. II.

Cap. III

X.

— at illum

= Sub pedibus styx atra uidet —

Lege Stof. in Procl. c. de potest. æquidistant.

Capite eodem

[Eadem ratione solis impetus uehemens radiis trigoni formâ porrectis, insequentes stellas ad se perducit, et antecurrentes ueluti refrenando retinendoq; non patitur progredi, sed ad se cogit regredi, et in alterius trigoni signum esse]

XI.

Hinc Lucanus. lib. X.

— Sol tempora diuidit æui

" Mutat nocte diem, radiisq; potentibus astra

" Tre uetat, cursusq; uagos statione moratur.

Quis illuc non respexisse adfirmare ausit? non tam lac lacti, quam illa iis similia. Cap. VIII ubi de umbris gnomonum æquinoctiali tempore multis in locis, de Alexandriâ inquit [Alexandriæ tres ad quinq;] benè ex aliorum considerationibus. Verum Strabo in proportione umbræ apud Alexandriam uariat.

Cap. VIII

XII.

errorene

errorene ductus? non credam, qui illum non de urbe, sed de pro-
uincia Alexandriæ loqui existimem. Australior enim Alexandria
1300 stad. Ipse tamen uidendus lib. II Geog. et Gemma Phrysius de
Radio Cap. XXV. In figurâ uerò, quæ hêic apud Vitruuium sub-
iecta, deceptus turpiter Alciatus est. L. II. D. de uerb. signif. il-
lam pro horologio solari usurpans, non animaduertens quantum
inter analema et* horologium intersit. Lib. X. Cap. X quid illud
de tympano [id autem ad perpendiculum collocatum in cultrum
uersatur cum rotâ pariter]? Ego existimo idem esse ac transuer-
so axe moueri, cum enim axis erectus est, tunc rota planè moue-
ri dicitur. Cap. XV multa possem de notis illis, quæ uniuer-
si capitis faciem obscurant; sed Polygraphiæ ac Steganogra-
phiæ commentario I. Cap. XVII. iam diu commisi, hunc uulgò breui.
Illud tamen non dissimulabo, Iucundum Veronensem deceptum esse,
cum in calce Vitruuii a se conrecti dicat, puncta quæ modò
circulari formâ, modo quadrangulari reperiuntur, non alicuius
significationis, sed clausularum tantùm distinctionis gratiâ ef-
ficta uideri: nisi quis forsan minutias sui cuiusq solidi
significari coniiciat, si ut tradita fuerunt incorrupta habeantur.
Quibus non adsentior. alterum enim omnino ridiculum, alterum
coniectura frigida, sine auctore. Itaq libenter pronunciare
illa, quæ circulari sunt formâ digitum rotundum significare,
quæ uerò quadratâ, quadratum. De quibus uidendi Frontinus
lib. de Aquæ duct. I. et Vitruuius ipse sequenti cap. XVI. Quod
Vitruuianarum notarum meta; ad quam audaci nimis cursu post
magnos Viros Guilhel. Philandrum, Danielem Barbarum,
Iuc. Veronensem, Io: Palladium, Guil. Budæum, Cæl. Rho-
diginum, Bernardin. Baldum Urbinatem* qui uel commentariis uberrimis, aut notis breuibus

Vitruuium

* Vid. Fed. Command. Comment. in Ptolom. Clauius lib. VI. Enom. Io. Voellus de Horol. Sciotheric.

lib. X. Cap. X.

XIII.

XIV.

* alij etiam in Vitruu. insudarunt Cæsar Cæsarianus Mediolanensis, I. Bap. Caporalis Perusinus, Bonus Maurus, Augustinus Gallus, Aloysius Arouanus

Vitruuium inter alios locupletandum susceperunt, uestro ta-
men, VVV. amiciss. nomine, diuino numine, en, iam perueni, si
non feliciùs, certè laboriosiùs; illud, quia post illos, hoc, quia
ego.

D. ALPHONSO MEXIA
De Leiua. V N

L. Apulei Milesias fabulas inlustratione subseciua percurro.

SCHED. IX.

Si non Apuleium, quem petis; Notas, quas mitto, cape; non Stewe-
chianas illas optimas, ut curiosiori studio præmeditatas, sed nul-
lius ferè momenti meas, ut festinâ subseciuâq; funditatas inlustra-
tione, tibi uerò, mi amice, fortassè placituras, quia in eum scriptorem,
quem unicè amas, quia ab eo, à quo enixè amaris, adnotatore. Itaq;
si placeant, amicitiæ tribuam, non meritò; si uerò displiceant, uel
emendatione bonas, uel spongiâ nullas; ut meritò facias, en, lege.
Ab ipso, ut moris nostri est, aditu lib. I. fol. III. edit Paris. An. Lib. I.
M. D. C. I. apud Michaëlem Sonnium, quam in cæteris sequar.
[At ego tibi sermone isto Milesio uarias fabulas conseram, au-
resq; tuas beniuolas lepido susurro permulceam]
Sic in Petri Coluii, Godes. Stewechii, et Bon. Vulcanii Parisien- M. D. C. I.
si editione, in Raphalengianâ eiusdem Vulcanii [bibulas] legi; CIↃ. IↃ. C.
sed neutrum placet, illud, quia ineptum; hoc, quia nimium. itaq;
emendo [auresq; tuas, beniuole, lepido susurro permulceam], et ad Le-
ctorem, cui illa Apuleius offert, refero: quod si Apuleio aliâs
frequens, quanto heic et aptiùs et meliùs usitatum? sic lib XI

I Quæras

I Quæras forsitan satis anxiè, studiose lector, quid deinde dictum quid factum?] lib IX [sed forsitan lector scrupulosus reprehendens narratum meum sic argumentaberis] et locis aliis. [ecce præfamur ueniam.]

Benè. sed annè [et ecce præfamur v.]? non malè: nec temerè

Fol. 115 [et cum dicto sutili centunculo faciem suam iam dudum punicantem præ pudore, obtexit.]

lego [futili] quî ergo sutilis non futurus? 116 post congressum cum Meroe anu lacunam inesse non dubius reor. aliter sensus nec integer, nec perfectus. amabo, legas, et mecum reberis. 117 [saga inquit, et *diuinipotens coelum deponere] ac prodigiosa cetera perficere! credo, nec id in uocibus Apuleianis nouum.

117 [sanctissimè deierantes, sese neq ei manus admolituros] lego [nunquam]: nulla enim disiunctionis nota, ut solet, subsequitur, quæ [neq] respondeat.

Ibid. [mira, inquam, nec minus sæua, mi Socrates memoras] lego [scæua] quæ uox Apuleio frequens, et heîc, ut malè ominosa, conueniens.

122 [an ignoras inepte, nudum nec à decem palæstritis dispoliari posse! &c. Unde autem, inquit, scio an conuictore illo tuo, cum quo scio diuerteras iugulato, fugæ præsidium mandes?] lego [conuictore]; et ad Persû modum Sat. IV priora illa scripta coniector

" Quinq palæstritæ licet hæc plantaria uellant;

125. [en, inquam; explere latice fontis lacteo]

lego [exple te] ibid. [complicitus in genua appronat se auidus adfectans poculum] mallem [auidius], ut res ipsa petit.

131 [quam

noto sed ex m.s non adeò uetusti fide, sed perperam; nam eiuscemodi geminationes crebræ antiquioribus, ut huic ipsi Apuleio [ergo igitur] non semel [tandem denique] quod et Ammianus lib. XXVI. Paullo Ic. L. in fraudem. Sallust. in Cat. Corn. Nepot. in Attic. alijs, ab alijs est obseruatum.

terram suspendere &c] quid [diuinipotens coelum deponere]? annè [diutipotens] seu diutino temporis spacio cælum deponere

* quod etiam lib. IX repetit

131 [Quàm saluè agit, inquit, Demeas noster? quid uxor? quid liberi? quid vernaculi?]

In libro ueteri Eccl. Toletanæ [uereaculi] legitur; hinc ego legendum suspicor [quid? uerè oculi.] ut Milonis adfectum commonstret. oculos amicos cariores uocari omnibus notum. Pergo, et lib. II. percurro celeri passu, et quasi Ladæ aut cuiuscunqß uelocissimi cursoris.

Lib. II.

Fol. 132. [fabulamq illam optimi ~~cursoris~~ comitis Aristomenis de situ ciuitatis huius exortam, suspensus aliqquin et uoto simul et studio, curiosè cuncta considerabam]

leg. [de itu] quid, rogo, de situ Aristomenes? leg. [cunctans] pro [cuncta] benè, et ad rem.

Ibid [sic attonitus, imo cruciabili desiderio stupidus, nullo quidem initio uel omnino uestigio cupidinis meæ reperto, cuncta circuibam.]

leg. [omnimodo uestigio] ut in eodem Apuleio, et Agellio lib. II. Cap. XIIX animaduertit flos ille iuuenum ingeniosorum Janus Guilhelm. lib III Cap. XIII. Verisimil.

Fol. 133 [aureum in gemmis, et in tunicis ibi inflexum, hêc intextum, matronam profecto confitebatur]

Sententia postulat [aurum]

Fol. 138 [Cinnama fragrans, et balsama rotans &c] de Venere, lego [rorans] usitata uel ipsi Apuleio uoce.

Fol. 142 [die quadam, cum frequentis populi circulo coronæ circumstantiam fata donaret.]

leg. [circumstantium] de Diophane narratio illa, nescio an satis bellè cohæreat.

Fol. 143 [cum etiam nos omnes circumsecus in clarum cachinnum uideret effusos]

leg. [elatum cachinnum] ut [exerto cachinno] lib I. [latissimum] lib. VI. VII. X.

Ibid

Ibid. [sisqß felix, et iter dexterum porrigas] lege [peragas]
154 [Propheta sic propitiatus herbulam quampiam ter ob os Corporis, et aliam pectori eius imponit] leg. [corpori]
Ibid. [suscipit ille de lectulo] leg. [suspicit.]
156 [uento repentino lumen quo nitebamur, extinguitur] leg [nitebamus.]

lib. IV.

195 [his omnibus salubri consilio rectè dispositis, occurrit scæuus euentus]
leg. [tectè dispositis] sic a latronibus erant. ibid. [strepitu scilicet diuinitùs inquietus] leg. [diutiùs], ut in [diuti potens] notaui
200 [iam spe futurâ liberorum uotis anxiis propagabat.] quî aliter spes poterat? uide anne meliùs [fæturæ liberorum] ut lib. IX.

[Ideo coniuncti terram proscindunt boues
Vt in futurum læta germinent sata]

Vbi etiam [fæturam] malim.
202 [Sacra Deæ deferuntur, templa deformantur &c] leg. [deseruntur] 203 [en elementorum origo initialis, en orbis totiq alma Venus] bene, ut Lucret. 1.

— hominum Diuûmq uoluptas
" Alma Venus —

Et Auson. in Epig.

— heîc habito alma venus

Verùm in libro ueteri, quem dixi, [alumna] pro [alma] distinctè legitur. fortasse non malè, ut multi, alumni, alumnæuè, uoces usurpant, sed nec id adfirmem; ceterum te ad Josephi Castalionis Comment. ad L. 1. C. quæ res pignori oblig. poss. seu ad Var. lect. cap. 1. dirigam, ubi quæ de his uocibus com-

pertiora

rtiora sunt, uberius doceberis. 205 [sic latinâ sorte res-
ondit] de Apolline. annè [latinè fortè] ut ipse Apollinei
aculi uerba latinè exprimat. etsi sortes etiam illæ oraculorum.
[ut diem suum sibi domus faciat] lege meo periculo [diem
um] præclarè cum cæteris conuenit.
[nullo custode totius orbis thesaurus ille muniebatur] eo-
m in lib. [totius auri thesaurus] fortasse rectius.
3 [iam præcordiis penitus nutrirent inuidiam]
[penitis] quod ab Sterrechio V. C. confirmatum inueni
18. [per teneras, et teretes et mei similes genas]
ueteri lib. [meis] communis librorum error, cum s dictio alte-
claudit, altera incipit.
[complexæq suam prædam, sorores nomine mentientes &c]
cod. [nomina] hinc fortasse [sororis nomina] utrumq rectè.
[Hic queritans propiter emergit emari]. lego [properiter]
Pacuuio et Accio apud Nonium. et in ipso Apuleio lib. VI.
[inter subsitæ conuallis sublucidum lucum prospicit fa-
solerti fabri constructum] leg [solertè, fabrè] 237
Mercurius per omnium populorum ora discurrens mandatæ præ-
tionis in quæritanda Psyche exsequeretur, indicii nomine
nere restitutori septem Sauia suauia, et unum blandientis
lsum linguæ longè mellitum repromittit: quibus, obsecro,
er, quæ etiam Venus apud Moschum Cupidinis inuentori offe-
et non dubito, gaudebis.
3 [alti culminis diales uias deserit &c] annè [uiales
] fortasse, et Dii uiales noti. ib. [sed cedo istam uer-
am] leg. [urnulam]
6 [Canis et conantibus oblatrans faucibus &c] leg [com-
minantibus

lib. VI.

minantibus.] sequuntur enim [mortuos, quibus iam mali nihil pote
facere, frustrà territando] ib. [seruat uacuam Ditis domum] qu
uacuam? leg. [nocuam]

Lib. VII.

258 [hic eo narrante ueteris fortunæ & factâ compara
tione medullitùs ingemebam.] an uertentis, seu reuertentis for
tunæ, quæ apud Plutarch. et alios crebra?

263 [sumptâ ueste muliebri florida in sinus flaccidos abu
bante &c] leg. [abundante] aptissimè.

269 [subibat me tamen illa etiam frequens cogitatio, quòd tant
actis gratiis, honoribusqß plurimis asino meo tributis humanâ
cie receptâ, multo tanto pluribus beneficiis honestarer]. leg.
[asino me.]

Ibid [nam protinus uxor eius, auara quidem, nequissimaq illa mu
molæ machinariæ sub iugum me dedit] In ueteri lib. [sillâ] co
ruptè; unde [nequissimaq, si ulla, mulier] lego, 275. [in nouiss
corporis parte totum me periturum deflebam] fort. [nobiliss
certè illud innuit.

278 [caput quoq ipsum pessimo isti asino demere] in uete
lib. [demetere] elegantiùs

lib. VIII

283 [tegumentis frondis et arboribus latenter abscondi
leg. [frondeis.] ibidem. [at furens aper inuadens pri
lacinias eius, post ipsum resurgentem multo dente laniauit.]
lem [inulto dente.] eleganter et uerè.

310. [paruis illis mercedibus uiam tenebat.] leg. [terebat]

lib IX

311 [at ego misera et pernox et perdiem &c] fortè [perd
ib. [quæ mero et prandio matutina saucia &c] leg. [matuto
312 [olim ineptè, inquit, descendit in dolium &c] leg. [ô in
ptè, inquit &c] inridenti uxorculæ mariti ineptiam longè ap

[superincurvatus securè dedolabat] leg. [securi] ut telum
Lucilium Sat. VII. de eâ, qua viri sumus, parte.

[Cuncta coeli numina, quae deierando temerè devotasti, pessi-
mè perdant.] in vet. lib. [denotasti] si pro infamiâ affecisti,
sed meliùs in vulgatis. quid plura? possem alia, sed eiusdem,
aiunt, farinae. si haec non bona, nimia; si bona, satis: praesertim
à facili coniecturâ, vel ab exerrante libri veteris, quo usus sum,
turâ tantùm videantur dependere. quî aliter post tot virorum
tissimorum in hunc scriptorem inter bonos optimum, inter optimos
m observationes?

ISABELLAE ANDREINAE LECTISS. F.

Ticinum

Scipionis Somnium apud Ciceronem saepius inlustro,
Macrobium in idem noto.

SCHED. X.

quiori Sexui etiam est indulgendum? etiam, et a foeminis, nostris
gilijs laudis aliquid impertiendum? ita sanè, et a te maximum
abella doctissima, quam vel Musis additam, aut novam, veramq; Mi-
ervam si dixero; scripta tua et Puteani magni viri elogia vel non
redentibus fidem facient: Foeminis habendam putabat Theseus
olim apud Euripidem

Ὡς πολλὰ γ', ἐπὶ κἀπὸ θηλείων σφά.

Sed a te unâ non multa, sed omnia. Foelix Italia, quam non minus
ugeri, quam veteres ingeniorum fructus omnibus invidendam regionibus
effecêre

in promuls. epist.

quoniam multa sunt etiam
a foeminis dicta sapienter

effecêre! Tui ut uberrimos (procul ab amore inuidentia exes
suspicio quam maximè; te nescio an miraculum an prodigium et uene
rabundus et admirabundus amo: quod ni fastidis ut hominem pere
grinum inter cultores admittere; inuenies, pollicitor, religiosum, si
adorare permiseris. effice hoc per formam tuam, quam libera
inaudiui, per doctrinam, quam raram scio. raram enim facit cum sap
entiâ forma, et hæc, ut illud, audi,

Ciceronis somn. animadu.

1.

Quæ ad imitationem Platonis Cic. in VI. de Rep. scripsit, in
Scipionis somnium, hoc est, maximum illius libri fragmentum ad
ueteres schedas, quæ Aluari Gommecii Viri doctissimi putantur
fuisse, exstantq; in Bibliothecâ amici illius (heu olim!) nostri
Alp. Montalbani, conferam. Itaqß uerba illa liminaria.

I Cum in Affricam uenissem Anitio Manilio Cos. ad quartam
legionem Tribunus (ut scitis) militum]

In uulgatis in mendo iacent. sic Gryphiana editio An. M.
D. LX habet; sic Io. Sambuci, qui paraphrasin in somnium
scripsit, Antuerpiana An. M. D. LXIII. Sigonii fragmentum
Ciceronis, Venetiana An. M. D. LX. et Andreæ Patricii An. M.
D. LXV aliter legunt, sicq nomen efferunt Cos. [M. Manilio]
alii Anitio Manilio, Marco Manilio, Marcio, et modis id gen
sexcentis corruperunt hunc locum. Gommecii Schedæ [Manlio
Manilio] optimè habent; quod in Fastis Capitolinis marmo
reis. Romæ inuentis prænomen Manlii Manilio attribuitur
et Appianus in Lybic. apertè ostendit. Cum uerò a Marci nota
hoc est, M.; Manilii M. facilis sit aberratio, non mirum
tantas huic nomini tenebras offusas. Scipio sub Manilio, ut
ait ipse Appianus, consule (ut legendum doctè Sigonius pro
Tribunus militauit. Collegam habuit Manl. Manilius L.
tium Censorinum An. ab V. C. DCIV. quo bello III punico

impellere

pellente in Africam transiit uterqß Consul, etsi non
ngè a Carthaginiensis expugnationis initio, Romam Censorinꝰ
omitiorum causâ reuersus est; ut ait Liuius lib. L. Appian.
Lybic. Plin. lib. XXII. cap. XXVII Orosius lib. IV. Sic M.
orcius Cato apud Ciceronem. lib. de Senect. bello Sulliaco
ribunum se militum depugnasse ait apud Thermopylas. Verum
numero Cohortium militarium Scipionis uariant Plin. lib. XX
p. VI. ex Varronis auctoritate; Appianus in Lybic. Epit.
iuii lib. XLIX. Auctor, de W. inlust. Cap. XLVIII.

[Nihil mihi potius fuit, quam ut Massinissam conuenirem] II.
in schedis Gommecii [Massanisam] legitur. Massenisa (si bene
memini) in Salustii codice, quem mihi amicus noster doctissimꝰ Gasp. Sciopius
utendum commodauit, cum ueteri M. S. Ingolstadii abs se An.
XCVI conlato, sæpiùs scriptum animaduerti. Straboni et Polybio
Masanisses, et Masenisses, Silio Masanissa est lib. VI.

[Deinde ut cubitum discessimꝰ, me et fessum de uiâ, et qui III.
ad multam noctem uigilassem, arctior, quam solebat, somnus
amplexus est.]

Vir doctissimus, Carolus Langius, ac magni Lipsii elogio dignis-
simus notis in Ciceron. offic. glossema putat, expungitqß po-
riorem istius periodi partem, sed cum in ueteribus M. S. impres-
sisq inueniatur, nescio quâ ratione tollenda e medio sit. Sic
Plautus. Pseud: [lassus ueni de uiâ, me uolo curare]. Cic. in
Epad. [nisi in uiâ defessus essem, continuò ad uos uenturꝰ fuis-
sem] et Philipp. II. [cum de uiâ languerem] Petron. [ex cursu
fatigatus] alii eodem modo [acrior] in Sched. Gom. est, sed
melior uulgata lectio.

[Dictator Remp. constituas oportet.] IV.
Agnosce ueterem notarum illarum R. P. C. in nummis multis

Causam

caussam, quales ego triumuiratus M. Antonij aliquot uidi, et etiam habeo. Scipionem uero Dictatorem fuisse nusquam uidi. Nec audiendus Iulius Firmicus lib. i. cap. iii. Astrolog. est, qui dictaturæ eius meminit, ubi censuræ reponenda ex doctâ Reip. Veneti animaduersione est. Sed hæc quasi prædictio sedi onis futuræ, et ipsius, si per mortem licuisset, Dictatoris el gendi est.

V. I piis omnibus retinendus est animus in custodiâ corporis, nec iniussu eius, a quo ille est a nobis datus.]

Bene [iniussu] sic ipse Cicero Tuscul. i. de hac ipsa re lo quens, sic in Catone, sic alibi, quibus exemplaria consen tiunt omnia. nonnulli separant, sed ineptiunt.

VI. I Deinde est hominum generi prosperus et salutaris ille fulgor, qui dicitur Iouis, tum rutilus horribilisq terris quem Martem dicitis, subter mediam ferè regionem.]

Schedæ Pomerianæ conueniunt cum MSS. quos Sigonius uidit et Prisciani, qui hæc lib. vi. citat, libris, [prosperus] non [prosper] ut in aliis est, legentes. Ceterum Macrobius ar guté inquirit, quare ferè mediam dixerit Tullius, cum fere medius Sol sit inter septem Planetarum orbes quartum locum occupans? respondet, numero non spatio medium obtinere locum quod longè maius interuallum Solis a Saturni sphæra, quam a Lunâ sit; quantum interest inter i. et xxx, et inter i. et xii. Archimedes quoq; Cleomedes et Ptolomæus lib ix Mag. co Soli medium attribuunt locum inter septem orbes Planeto quorum sententiæ Mathematici ferè omnes suffragantur. Plato in Tim. quem et Cicero reddidit latinum, non tame sequitur hoc loco Solem proximè a Lunâ conlocasse;

Bene

...rem post Mercurium. Cuius adstipulatores sententiæ
...xum et Aristotelem refert Proclus in Platon. Tim. Eiusdem
...stoicus ille apud Ciceronem lib 11 de Natur. Deor. Plutar:
...de plac Philosoph. Platonem post Lunam Solem, hinc Mercu,
...mox venerem conlocasse ait, sed hoc uel inter μνημονι,
...ἁμαρτήματα numerandum est, uel in alium Platonis
...eum Plutarch. incidit. quæ admonuisse operæ pretium
...i.

...hic est, inquit ille, qui interuallis disiunctus imparibus &c VII.
...rios æqualiter conuentus efficit]

...Macrobius hæc citat lib 11. cap. 1. cum tamen in libb. omnibus
...tiquis [coniunctus] non [disiunctus] legatur. Itaq Macro,
...emendandus absq dubio est, præsertim cum eâ uoce
...quentissimè Boëtius in Musicis utatur.

...pro ratâ portione] VIII.

...meziana Schedæ [pro rata partium ratione] sed alterâ
...nu, etsi antiquâ, exaratum. alii [pro partium ratione]
...unt, unde non mirum Macrobium scripsisse [pro ratâ parte
...tione] qui ex superioribus conrigendus, confirmat hanc lectionem Fauonius Eulogius
...ig. Cl. And. Schoto editus diss. in Som. Scip.

...lli autem octo cursus in quibus eadem uis est duorum, septem Cap. IV Macrob.
...ficiunt distinctis interuallis sonos.] IX.

...in Schidis optimis Optimi uiri Alu. Gomecii, sic in ipsis
...acrobii uerbis, sic in libris omnibus antiquioribus. Theo,
...rus uerò Gaza, Martinus Lipsius, Erasmus, Sigonius
...tricius, alii sic legunt [quibus uis est duorum Mercu,
...et Veneris, modorum septem efficiunt distinctos interuallis
...nos.] corruptissimè, itaq tamquam glossema turpe eiici,
...ndum est; paullò enim ante Cicero dixerat Veneris et Mer,
...urii stellas Solis comites et tamquam satellites esse.

aliis

Aliis modorum, aliis extremorum placet. sed falsò, octo enim soni, octo sphærarum cælestium hêic ad septem a Cicero reuocantur, siue ex Pythagoreorum placitis, siue quia ille numerus annum Clymatericum Emilliani efficiat, de quo multa apud Agell. lib. III Cap. X. Censorin. de die Natal. Philon. et August. Lactant. Hieronym. Martian. alios.

X. [Nec est ullus hebetior sensus in nobis]

Sic in schidis, ut in omnibus melioris notæ codicibus MSS. et impressis aduersus Theod. Gazam, qui [in nobis] uolu

XI [Homines enim populariter annum tantummodo solis, et unius astri reditu metiuntur &c.]

Schidæ, quas sæpius laudaui [iocularitèr] habent, con mantq Turnebi coniecturam spernuntq Langii ac Statii, q [loquelariter] malebant inscribi, siue [populariter].

In Som. Scipion. Cap. XI. obs. diff.

XII. [uel concidat omne coelum, omnisqß natura consistat necesse est]

Lectio uetus non mala [uel concidat omne cælum omnisq natura, et consistat necesse est,] Car. Langius malebat [omnisq terra] ut in Græco Platonis Phædro est. Aelius Vinetus Græcum Platonis exemplar deprauatum putat, Aldus Manutius P. F. nihil in Cicerone mutandum ratur et benè, tum librorum uet: consensu, tum etiam quia è Græcis Latina, suo more, hoc est, liberè Cicero uertere semper solitus est.

XIII. [inanimatum est enim omne quod impulsu agitatur externo]

Vellem cum Macrobio ipso [inanimum] legi, non [inanima

tum

insolens Ciceroni uocabulum. Schida nihil heu adiuuant.
ne iudicio nostri seculi tui unius causâ felicissimi, uera
luno.

DECAS NONA

HORARVM SVBSECIVARVM AD

AMICOS, DOCTOS, NOBILES.

9 Sesto, 4 Ciceroni, 8 Iuuenali, 6 Persio, 7 Horatio,
5 Ludio, 3 Catullo, 2 Lucretio, 1 Ennio

SCHEDIASMA. I. Illustrib. D. Io. Hassiò. D. Andreæ Velascio Equit. Iacob.

II. Erycio Puteano V. CL.

III. D. Ludouico de Gongora V. CL.

IV. Io. ~~Alfonso Narbonis~~ I. C^tis

V. D. ~~Francisco de la Cueua~~ V. CL.

VI. D. Ludouico de Vlloa, Antonio de la Barja solis W. N.

VII. BLASIO Bustamantio, Iudouico Correa professoribus Salmãtin.

IIX. ~~Antonio Nauarro Regi~~ à Secretis

IX. Bartholomæo et Iuperccio Leonardis Argensolæ V. CL.

X. D. Io. Solarzano Pereira Regio Consiliario.

olim Byzantij visebatur, vt ait Tillius. Sic Diogenes 262 fol. XLI. et C
philosophus in marmore apud Ful. Vrsinum. Sic apud eundem XXXVI. in inscr.
in gemmâ Solon ipse, et in nummis passim. Sic et alij apud Imag. expressi à
Hieronymum epist. IV [intra se nescio quid cornicantes, super- Theod. Gallo, et
ciliosq; in terram oculis, tremula verba trutinantes.] Cornuti à Io. Fabro inscr-
originis adhæsit, sed magè Persij illi adprimè familiaris ti.
Hieronymus sententiæ, imò verbis. Sed ijs omnibus idem [caput
obstipum] quod βουκέφαλος, cuius in J. Pollucis definitio- lib. II.
nem gaudet: nec aliter in Tullianâ Aratei Scorpionis for-
mâ
: obstipum caput et teretis cervice reflexum: Cic. in Phæn.
aliter in Plinio [obliquum caput] vt in Columellâ ex Arat.
[transversum].

Ennij versus depravatissimus apud Festum est è VIII fortassis in obstipum
Annalium [amplium ex augure obstipo lumine solis:] vel [amplius id est, obliquum.
exaugere obstipum ne obstipo lumine solis:] ex ijs variis lectio-
nibus Legerem
: augurium, obstipum ne obstipo lumine solis:
amplum
quod ex more Enniano *alibi à me observato posset pro-
bari: ni obstipum in textum Festi reiicias, et legas
: amplius augurium ex obstipo lumine solis. *Sched. II.
decad. IV.

INLUSTRISS. DD.

JOANNI ISASSIO.

ANDREAE VELASCIO

Militiæ Iacobeæ Equitibus.

Aerodianum Stemma gentilicium. Uxores, filii, gesta mors: ordo successionis in liberis. eorum apud Josephum Historiæ breuiarium. Josephus aliquotiens notatus, cum illo Hicephorus et Hieronymus: dissensus inter illos uarii: in aliquibus conciliatio. D.D.D Matthæus, Lucas, Joannes inlustrati. Varro, Virgilius, ~~Probus~~ Tertullianus, Probus, quâ emendati, quâ explicati, Συρία, Ituræa, Judæa olim quæ? Anas, Caiphas Pontifices. Persius explanatus. Machabæorum nomen unde?

SCHED. I.

Quos amicitia coniunxit mutua, una et pagina coniungat; unâ et à me cognitos, unâ et amatos qui seponam? nec uobis libido, nec mihi fas; uobis, qui unâ beneficiis me cumulastis; mihi qui unâ uos et amo et reuereor. Utriusq testandi gratiâ et mei in Vos Nobilitatis nostræ prima lumina, cultus et gratitudinis ergo, tantillum hoc, en, defero quod in historiâ notabam Ecclesiasticâ, cuius, ut et ciuilis, uterq scientissimq. in quibus nescio an uetustum maiorum splendorem admirer magis, an assiduum literarum studium. cuius præstantiam non minus ac ipsam nobilitatem, a maioribus, quasi hæreditario iure uobis uendicatis. Inlustriss. Dn. Joannes Idiaquius magni

Consilii

Consilii Princeps,

quem longe primum stupet Itala ~~tellus~~ virtus,
" Graiaq, cui geminæ florent Vatumq Ducumq
" Certatim laurus (olim dolet altera vinci)

Papinius Statius ad Domitian: initio Achilleid.

quiq iam diu Regibus nostris Catholicis Philippis II & III consiliorum omnium meliorum, ob raram uel in priuato Religionem Prudentiam, Sapientiam, non solum particeps, sed et auctor semper fuit, ~~diutius~~ volente Deo adprecante Hispaniâ, et ut tibi Joannes amplissimo exemplo ad omnia magno et generoso animo digna decora consectanda. literas et literatos non amas solùm, sed et doces; et quod in tantâ nobilitate, et in Hispaniâ rum, Græca et calles optimè, et foeliciter exprimis. Tibi Andr Perinlustris, Excellentiss. JOANNES FERNANDAEUS, V LASQUIUS magnus Castellæ Comes-stabuli, cuius abitum nuper Hispaniarum et Italiæ mæstissimo eiulatu grati excepe tractus; sed Virtus, quâ, ut alter Homericus Steropæus, tam quam togâ semper eminuit

" Aeternis famæ monumentis insita floret

tibi inquam qui in omnis generis litteraturâ adeo excellis, ut uiri uerè πολυτικωτάτου (siquis in Hispaniâ) effigiem præferas. Utriusq ergo doctrinæ, humanitati, en iterum, hæc D. C. Vulgata omnia quæ de Herode usurpantur; sed hoc Natu uel incuriæ casu, quæ magis uulgò nota, magis et obscura: Exemplo erit et hic Herodes, cuius gesta ex Josephi capitibus a quot cursim prælibabo, ut uel Euangelicæ, uel Ecclesiasticæ historiæ lucis aliquid instillem* Herodes Rex Judæ sanguinis innocentis osor, ac potiùs Lanius, præter Alexandrum et Aristobulum, et Antipatrum, quos ob insidiarum suspicionem iussit occidi Herodem ex Marianâ Summi Pontificis Simonis filiâ, Anti

* Filius Antipatri Idumæi, Herod. Ascalonitæ F. de cuius origine et posteritate latè Josep. lib XVII. cap. VII. Ant, Et de bello Jud. cap. XVIII, lib. I. Euseb. lib. I. cap. VI. et VII. Niceph. lib. I. cap. VI. et IX. Hist. Eccl.

et Ar

et Archelaum, qui Romæ educati fuêre, et Olympiadem ex
Malthace Samaritide, ex Cleopatrâ Hierosolymitanâ Hero-
dem et Philippum, ex Pallade Phasaelem ex Phædrâ et Elpide
Roxanam et Salomen filias ex obseruatione Josephi habuit.
Sed iratus Simonis filiæ ob rectas, cum illarum consilia esset
insidias, eam abiecit, et Herodem ex eâ filium hæreditate pri-
uauit. Postea graui ægritudine oppressus Antipa filiorum mini-
mo successionem regni ex asse reliquit, reliquis filiis ac nepo-
tibus pecuniam, agros, redditus, partitus; sed uerso in cæteros stu-
dio ac mutatâ uoluntate mutauit et testamentum, quo Antipam
Galilææ et Pereæ tetrarcham constituebat, Archelao regnum
relinquebat, Philippo Trachoniticam Gauloniticam, Bata-
næam, et Paneam regiones nomine adsignabat Tetrarchatus:
Aliquando post Augustus Archelao Judæa, Idumea, ac Samaria
dedit dominatum, Hoc est, dimidium ditionis paternæ, dimidium di-
uisit inter Philippum et Antipam: huic cessit regio trans Jor-
danem et Galilæa, illi Batanæa, Trachonitis et Auranitis
Iamnia est. Hic ille Archelaus, de quo D. Matthæus, Audiens
autem quod Archelaus regnaret pro Herode patre suo in Judæâ
timuit illuc ire. cap. II Sed Archelaus secundò apud Cæsarem Romæ
accusatus tyrannidis et sæuitiæ, quas in illos exercuerat, missus est
in exilium Viennam Galliæ x regni sui anno post pecuniæ nullam
Inde Syriæ eius ditio cessit, cui præses præfectus est Quirinus
Consularis, qui primus Romanorum in Judæâ præsidum. Hinc lux
Tertulliano, qui in Apologetico Syriam pro Judæâ capit, obla-
tum Pontio Pilato Syriam tunc ex parte Romanâ procurante.
Inde Joseph. πεοσηλυτὸν τῆς Συρίας additamentum Syriæ
illam uocat. Huc et tendit depravatus Varronis locus lib. II de
re rustica Cap. I. ad calcem, non scitis palmulas carioias in Syriâ
fuisse in Judæâ, in Italiâ non posse. Nam Plinius de eâdem in-
quit, Judæa inclita est uel maximè palmis, lib XIII cap. III: qui Ituræa

legit

lib XVII Ant. cap. I. in fin.

lib. XVII cap. VI. Ant. et
I de bell. Jud. cap. XIX.
lib. XVII. Cap. VIII. init.

lib. XVII cap. X. Ant. et
de bell Jud. I. cap. VLt

lib. XVII Ant cap. XIII et
II de bell. Jud. cap. IV.

lib. XVII. Ant. cap. ult.
et II. de bell Jud. cap.
VI.

* In uet. lib. Juris, ex
quo Judæâ Victor repositi

Scaliger F. fol. CCXXXV. Not in Varron.

Cegit, longe fallitur; non enim in Iturea tantum sed in universa Judæa Palmæ nobiles reperiebantur. Apud Fl. Vopiscum in Epistola Valeriani Imperatoris ad Aurelianum, habet Sagittarios Ituræos trecentos; non Arabes intelligendi sunt (ut putat Agnatius) qui statim subdit Armenios sexcentos, Arabas centum quinquaginta: ut Virgilio II. Georg. ad finem.

— Ituræos taxi torquentur in arcus

Quos Probus populos Scythiæ vocat, fortassis Syriæ, etsi apud Strabonem cum Arabibus iungantur, τὰ μεσὺ ἔθνη ὀφεινὰ ἐκβάλλοντα πάντα * Ἰτουραίοι τε καὶ Ἀραψῖται. Sed Pontanus Ἰθυραίους legit ἀπὸ τῆς Ἰδούμης cum aliis deducens, meo iudicio, non ineptè; sed apud Tullium II Philipp. omnium gentium maximè barbaros Ityræos cum sagittis increpat in forum deductos. Luc. VII.

— Ityræis cursus fuit inde sagittis

* Ἐυσεβίου in Aldin. edition. lib. II. de Asper.

In hanc rem multus. J. Lipsius ad lib. XII. An. Taciti.

Ad Syriam redeo. cuius Præses suprema olim auctoritas, et censendi in ceteros procuratores, quorum ex numero Pontius non propr. Præses, sed uice-Præsidis gubernator, ut ex Josepho et Tacito constat. Sic Herodian. libr. Συρίας ἡγεμὼν πάσης, πολλὴν τὸν τῆς χώρας ἔτι δὲ καὶ τότε, Syriæ universæ præerat, qui honos eâ tempestate multò maximus erat. Ideò in Luca ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρείνου, Præside Syriæ Quirino. a quo Cap. II. hæc descriptio prima facta est, Quamuis hoc pertineat ad primam descriptionem, tempore natiuitatis Christianæ, uiuo priori Herode, cuius rei index signata illa uox prima; Secunda nanq; de quâ hîc fit facta Archelao regno exacto, Siue ab eodem Cyrino, Siue alio, quem Joseph. Quirinum uocat. Hieronym. in Matth. II. exposuit Archelai fuisse putat Tiberio regnante: quod quidem non admodum mihi persuadeo; quoniam nullibi antea de Tiberio, Sed semper de Augusto Joseph. egerat; Cæsarem eum semper appellans, ac hîc ipse Augusto sermonem produceret: quod et multis etiam uerbis Cap.

et XV

et xv. et ex lib. xviii. Cap. iii apertissime constat: ibi enim pro-
dit, Coponio qui cum Quirino uenit in Iudaeam, successisse M.
Ambinium, Huic Annium Rufum; quo Praeside mortuus est Augu-
stus ii. Rom. Imper. cui successit Tiberius iii Imper. Praeterea
nostra Salus CHRISTVS natus est anno xlii Imperii* Augu-
stei, et imperauit lvi. annis Teste Sueton. Cap. viii. Sexto Aurelio
in Epitom. Et Baptista Egnatio lib. i. de Rom. Princip. Etsi
Joseph. lib xviii ~~lib.~~ cap. iii. lvii. illi adtribuat. Vnde
uero similis admodum fuit Sententia Josephi, missum esse in exsilium
ab Augusto, non a Tiberio, et putat Hieronym. Horum fratrum me-
minit Lucas Cap. iii. Tetrarchâ autem Galileae Herode, Philippo
autem fratre eius Tetrarchâ Ituraea et Traconitidis regionis,
et Lysaniâ Abilenae Tetrarchâ: Vnde subit suspicari Antipae
Tetrarchae Galileae mortuo, aut fortasse expulso (Nam Josephus
de his nihil) successisse Herodem filium Herodis Magni ex Cleo-
patrâ Hierosolymitanâ; Non enim ex Lucâ solum scimus hunc
Herodem fuisse Tetrarcham ~~Cleo~~ Galileae, sed ex eodem etiam Josepho lib.
xviii. Ant. cap. iii. et vii. et ix. existimarem procul dubio eundem
esse Antipam et Herodem hunc, ni Josep. lib. xvii. cap. i. ostendisset
ex diuersis mulieribus eos natos; illud tamen uerum est: Antipam
dictum fuisse Herodem, ut ex iis quae de ipso Josephus narrat,
qui et apertè lib ii. de bell Jud. cap. viii Herodes qui cognomi-
nabatur Antipas, et deinde uocat ipsum semper Herodem. He-
rodes Tretrarcha Sephorim Vrbem Galileae caput fecit, muniuitq
oppidum Betacamphtha, et ab uxore Augusti Juliadam uocauit,
Quamuis apud Suetonium et alios uxorem Augusti (quam semper
Josephus Juliam nominat) Liuiam dictam esse: filiam uerò Juliam,
nisi fortè dicta Julia Liuia uxor Caesaris, inuenerim. Condi-
dit etiam in honorem Tiberii urbem Tiberiada in optimo Galileae

agro

* B. Platina init. lib. de Rom. Pont. Vitis.

lib. XVIII Ant. Cap. III. et
i de bell. Jud. cap. VIII.

agro, in orâ lacus Genesareth, Vnde errasse comperitur Nizeph.
qui lib. I. cap. XV. a Tiberio ædificatam tradit Tiberiadem; cuius
meminit Joan. cap. VI. transmare Galileæ quod est Tiberiadis et Cap.
XII. manifestauit se iterum JESVS ad mare Tiberiadis: Hic occi-
di Jussit Joannem Baptistam Matth. XIV. et inlusit D. N. quem
indutum veste alba remisit ad Pilatum Luc. XXIII. Causa occidendi
Joannem (ut putauit Joseph. lib XVIII Ant. cap. VII.) fuit, ad Joan-
nem, quem ibi laudibus effert miris, omnes undiq confluere; ita
ut Herodes vereretur ne populum ad res nouas solicitaret, et ideo
vinxit, et occidi iussit eum in opido Macherunte; additqß huius
sceleris causâ, (quod et notat Nizephorus. lib I. cap. XXI.) vulgo
creditum esse internecione periisse exercitum Herodis dimicans
cum legatis Aretæ regis Petræ. Sed ex Euangelicâ veritate
Josephus falsitatis conuincitur, ubi occisum esse docemur, quod
cum Herodiadem vxorem fratris sui duxisset, liberam Joannis
obiurgationem nequiisset audire: Sed et iterum Joseph. errat,
qui hanc Herodiadem (quam ibidem ait fuisse Sororem Agrippæ Regis Ar-
stobuli F. Herodis Magni filiam) prodidit uxorem fuisse He-
rodis illius Herodis Magni F. ex filiâ Sacerdotis, a patre,
ut diximus, hæreditate priuati, et inde ab Herode Tetrarchâ
solicitatam eius formâ capto, cum Romæ apud Herodem fratrem
diuersaretur, et in nouæ vxoris gratiam repudiasse filiam Are-
Regis, quam prius duxerat. Nam tametsi Lucæ III non indicetur
quisnam fuerit ille frater Herodis; Marcus apertè cap. VI. et
Matthæus XIV dicunt, vinxit eum in Carcere propter Herodiam
uxorem Philippi fratris sui, quam duxerat, Euseb. hoc vel
præterüt, vel dissimulauit, lib I. Eccl. Hist. cap. X. Hanc ipsam
retexens historiam. Nizeph. lib I. cap. XIX, ait etiam fuisse
uxorem Philippi, et cap. XX Joseph. adducens ipsius hunc vi-
rem no

rem non animaduertit; Herodem postea per literas ab Agrippâ accusatum Caius Imperator perpetuo mulctauit exsilio apud Lugdunum Galliæ Vrbem unâ cum Herodiade, eiusqß Tetrarchiam et pecuniam donauit Agrippæ (ut ait Joseph. XVIII Ant. Cap. IX nec ulteriùs de eo (etsi lib II de Bell. Jud cap. VIII fuisse in *Hispaniam missum prodat) mentionem facit, quasi significet illum in exsulio uitam finiisse, sed planè deceptum Josephum non dubito: obiit namq Cæsareæ percussus ab Angelo, ut ex XII act. patet; quod Joseph. adcommodat (lib XIX Ant. cap. VII) regi Agrippæ, non Herodi; nisi forte Agrippa etiam Herodes uocaretur, nam Act. XII. uidetur regnasse Hierosolymis, cum tamen Herodes nullubi, præterquam in Galilea regnauerit: ita existimat Erasmus (Act. XII) illum Herodem esse Agrippam Maiorem, tametsi Abdias lib I. Apost. Hist. ubi Petri uitam commemorat, et lib IV. in uita Jacobi tantùm nominat illum Herodem, nec quidquam aliud explicat Euseb. lib II. Eccl. Hist. uerba Josephi de Agrippa referens cap. XII uit Josephum pirè cum Lucâ congruere, quamuis pro *bubone, qui apparuit regi morituro ipse Angelum ponat: Si uerò, inquit, de regis nomine inter se dissentire uidentur, tamen tempus et res gestæ eundem esse ostendunt, ut uel errore quodam scriptoris mutatum sit nomen, uel binominis, sicut multi alii, fuerit. Non poterat tamen Joseph. hoc errore capi, cum eius tempore et filii eius scripserit, ut ipse docet in uitâ suâ. Idem planè adfirmat Hizeph. lib II. Cap. XII. Hunc Agrippam dici à D. Luca Herodem. ~~Verum hic non loquitur de Agrippa Judæa~~. Imò ipse Joseph. uidetur ostendere lib I. de bell. Jud. Cap. XIII ubi Arthedonem ciuitatem ait nominatam Agrippiada

*leg. Martinum Martinium Cantipetrensem nostrum V. Cl. Hypotyp. lib. II. Cap. I ad fin. fol. CXI. et quæ in Apolog. pro Dextro edidimus ann. CIↃ. IↃCXXIV. à fol. XXXII. ad XXXV.

* et etiam Hizeph. lib II. Cap. XIII. Sed intelligamus Angelum malum sub specie bubonis

piada ab Herode rege, ubi uidetur innuere eundem esse Agrippam et Herodem. Verum hêc non loquitur de Agrippâ Iudæo sed de Romano Augusti amico, ut ait etiam cap. IV de Augus. et Agrippæ nomine [Cebaste et Agrippias aliæ Ciuitates appellatæ sunt]. lib II. de Bell. Iud. tradit hunc Agrippam fuisse Cesareæ. Alter enim fuit Herodes Herodis Magni et frater Agrippæ Magni, qui a Claudio Rex Chalcidis fuit declaratus, qui accepit uxorem Berenicen Agrippæ fratris F. quiq ab eodem Claudio Summos Pontifices eligendi ius habuit; hic ille de quo Lucas Act. XXV. Cum uenisset Agrippa et Berenice, qui Aristobuli F. Herodis magni ex Mariana, quæ ~~filia Salomes Sororis Herodis~~ ex genere Asamnæorum. Nam hic Aristobulus ex Berenice uxore filia Salomes Sororis Herodis magni, tres filios, et duas filias genuit, ex quibus alter dicebatur Agrippa, et eius Sororis Herodias, cuius causâ occisus est Ioannes; Agrippa duxit uxorem Cypron filiam Phasaeli nepotis Herod. Mag. ex fratre Phasaelo, et Salampsenis filiæ eiusdem Herod. ex hac suscepit tres filias Berenicem, Mariamen, Drusillen et duos filios Agrippam et Drusum, qui antè pubertatis annos obiit. Hic Agrippa familiaris ualdè Caio Imper. cum puer esset Imperator electus, ab eo diadema Romæ accepit, et Tetrarchias Philippi et Lysaniæ: et si Philippus Pancadæ urbem ad fontes Iordanis instruxit ædificiis, et in honorem prædecessoris Tiberii Cæsaris Cæsaream uocauit, uicumq Bethsaidam in ripâ lacus Genesareth (de quo Joseph. III de bell. Iud.

lib. XIX. Ant. Cap. IV
lib XIX cap. VII.
et lib II. de bel Iud. cap. X
XX Antiq. Cap. I.
lib. XVII. Cap. I.

lib. XVIII Ant. Cap. V.
II de bell. Iud. Cap. X.
lib. XVIII cap. V. Ant.
Et Euseb. II Hist. Eccl.
cap IV.

Jud. cap. XVIII. Plini. V. Cap. XV. quemq mare more* Hebræo-
rum, qui congregationes aquarum maria uocant, Euangelistæ
appellant, Matth. IV. Joan. VI et ult: Lucas uero V. Stagnum)
ornauit incolis, et auxit opibus, et in honorem Juliæ
Augusti filiæ Juliadæ nomine insigniuit: quiq obiit sine libe-
ris anno Principatus Tiberii XX, hoc est II post passum Chri-
stum, eiusq Tetrarchia conlata est a C. Caligula Agrippæ:
eumq mox in regno confirmauit additis Judæa et Samaria, quibus
ipsius auus Herodes imperarat: eius filius Agrippa educatus
est apud Claudium Imp. et quia annum XVII non excesserat, suf-
fectus in eius locum est Crispus Fadus, cui et mortui Herodis
illius Patrui Chalcidis regis principatum Claud. adiecit: quem
post IV. annos ademit: eidem adiecta est tetrarchia Philip-
pi, et Batanæ, Galilæa, Trachonitis et Abylena; de hoc
iuniore intelligendus Lucas: hic enim uenit ad Festum cum
uxore Berenice, quæ (ut ait XX Ant. cap. V.) male audie-
bat, quasi, cum fratre congrederetur. Nec poterat esse pater
illius, qui mortuus est, antequam uenirent in Judæam Fadus
et Tiberius Alexander, et Cumanus et Felix: quiq etiam
uixit post bellum Jud. (teste Josep. in suâ Vitâ) et Nizeph.
lib II cap. XXX. refert istam Berenicen uxorem fuisse Agrip-
pæ, et lib II de bel. Jud. cap. XV. et XVI. hanc germanam
Agrippæ reginam uocat, et omnia pariter cum Agrippâ mode-
rantem inducit. Ego uero ex libris Josephi nunquam potui
elicere an uxorem duxerit hic Junior Agrippa, nec ne; for-
tasse consuetudo cum sorore fecit ne uxorem duceret, nisi ipsam
Berenicen fortean duxerit. Certè cap. XVI. lib. II. de bell
Jud. Agrippam ait aduocasse Concionem et in suggestu
secum

*Hieronym. init trad: hebraic. Genes. i.

lib. XVIII cap. III Ant.
et II de bel Jud. cap. VIII
XVIII Ant. cap. VI
XVIII Ant. cap. VIII
XVIII Ant cap. IX
II de bel. Jud. Cap. VIII
XIX Ant. cap. IV.
XX Ant, cap. III
II de bel. Jud. cap. XI.
XX Ant, Cap. V.
II de bel. cap. XI. XII.
XX cap. III et V. VII.
VII. Ant. ubi plura de Festo.

secum habuisse Sororem Berenicen. Superest Lysanias Tetrarcha; cuius inter liberos Herodis mentionem praetermittit Joseph. tantum Cap. VIII lib. XVIII Ant. ad fin. tradit tetrarchiam Lysaniæ a Caio Agrippæ conlatam: quod et repetit init. Cap. IV. lib. XIX. Eusebius lib. I. Eccl. Hist. cap. IX. uidetur adferre filium fuisse Herodis regis, Niceph. lib. I. Cap. XV. et XVIII aperte refert quatuor Tetrarchias in quatuor Herodis filios diuisas Herodem, Agrippam, Archelaum, Philippum, Lysaniam; et Cap. XVIII Herodem, Philippum et Lysaniam fratres fuisse Archelai filiosq Herodis; in eandem Sententiam profert Erasmus (Luc. III) Bedam et Theophilactum ac Gloss. ordinariam. Tametsi Lyranus id a nullo graui autore proditum adfirmet. Quare non est hic Lysanias Ptolomæi Mennæi filius, qui patri in regno successit, cuius meminit Joseph. XIV Ant. cap. XXIII. quod ibi Erasmus uidetur existimasse. Nam hic Lysanias regnauit tempore Antigoni Aristobuli F. ut ibi Joseph. et Niceph. lib. cap. VI. id est, antequam regnum Herodis maioris confirmaretur; regnauit autem Herodes XXXVII annis; post depulsum uero regno Antigonum XXXIV ex eodem Joseph. lib. XVII Ant. cap. X. ultimus Lysaniæ illo regnantis tempore meminit et idem I. de bell Jud. cap. II. et superiùs cap. VII. ait Ptolomæum Mennæi filium et Patrem (Lysaniæ scilicet) tenuisse Chalcidem sub Libano: et eodem lib. cap. XVII. initio. Cleopatræ uxoris Antonii fœuitiâ peremptum esse Lysaniam regem. Quod ante imperium Augusti et CHRISTI Nativitatem audiit. Euseb. in Chronicis aperte putat hunc Lysaniam fuisse Herodis regis filium: idem et Euthymius in Matth. II. Verba illa, audiens autem quod Archelaus &c. Hæc cursim de Herodiano Stemmate

Adam

Addam et de Anâ et Caiphâ pauccula hanc disputationem
adstructura, uel illustratura. Hi quoram tempore passus D.N.
qui fuerant simul Pontifices, nec id honoris a Populo accipiebant.
Sed post fratres Machabaos: quibus etiam a regibus exteris,
qui Judæam oppresserant, uel conferebatur, uel confirmabatur
sacerdotium, semper in eâ familiâ mansit, ut latiùs in Joseph. XII.
XIII et XIV Ant. libb. Sed illud adnotandum a Joseph. et Judæis
semper Machabæos Asamonæos uocari, hoc est, ab Asamone
genitos, etsi Rabi Isaac Bensola aliter sentiat: [Judas, nam
Mathathiæ filius cum aduersus Antiochum prælium esset initurus
dedit militibus suis ceu belli tesseram illud Exodi V. Quis simi-
lis tibi in fortibus Domine? מִי כָמֹכָה בָּאֵלִם יְהוָה inscripsit
uexillis tanquam certæ uictoriæ omen, inscribi per quatuor litteras
initiales harum dictionum מכבי; sed cum uulgus militum has
literas breuitatis gratiâ pronunciare coepisset quasi unicam dictio-
nem, paulatim militaris consuetudo obtinuit, ut Judas et ceteri Ma-
chabæi dicerentur.] quod libuit adducere ob scrupulum, ex ipsorum
appellatione apud Josephum, mihi dum illum illustro, ~~[illatum]~~
iniectum, ne alibi. Plura, non dubito, meliora apud ~~[illegible]~~ [alios, qui hanc spartam propius exornarunt.
illegible]. Redeo ad Sacerdotium in ipsorum familiâ do-
nec Herodes Rex declaratus ~~[illegible]~~ pontificatum priùs perpetuum
pro arbitratu cuiq; conferebat. Sed postquam Judæa Syriæ contri-
buta est, tempore Augusti, Præsides Romani eadem utebantur po-
testate; constat ex illis Joseph. XVIII. Ant. cap. III. [Valerius
Gratus V Procus Judæa ademit Anano Pontificatum, et trad-
idit Ismaeli, paulo post transtulit in Eleazarum filium Anani
Pontificis, hic quoq; anno in eâ dignitate exacto infestus est cum
ædem Josepho, qui cognominabatur Caiphas; Postea Vitellius
successor Pilati ademit Caiphæ, et dedit Jonathæ Anani filio]

Vides

Vides ~~[illegible]~~ opportunè a Joanne dici Cap. XI Cum esset Pontifex anni illius; quod iam annuum esset sacerdotium. Ceterum de omnibus Judaeor. Pontificibus latè Joseph. XX Ant. cap. VIII. et Niceph. lib. II. cap. IV. Sed illud noto ex Eusebio I hist. Eccl. cap. X. et Niceph. I. Cap. XXIX. eundem in Josepho esse Ananum, et in Euangelio Anam: cui quinq fuere filii summo functi Pontificatu; ex loco uerò Josephi lib. XVIII cap. III. Ant. conlegunt Euseb. I Eccl. hist. cap. X. et Niceph. I. Cap. XXIX D.N. docuisse ferè quatuor* annos: cœpit enim Anâ Pontifice, et desiit Pontifice Caiphâ. Hic mortem sibi postea consciuit ut ait B. Clemens lib. VIII. Const. Apost. Cap. I. Sed nec hoc praeteribo apud Persium nostrum Herodis esse mentionem, Sat V. Vers. CV.

lib XV Ant. cap. VIII. init.

*quomod hæc tamen intelligenda docui in Dextri Vindicijs.

at cum

" Herodis uenere dies, unctâq fenestrâ
" Dispositæ pinguem nebulam uomuêre lucernæ.

Quod uariè ab interpretibus exagitatur, Vetus Scholiastes ~~de Herode~~ illo temporibus Augusti, cuius diem Natalem Herodiani obseruabant, intellegit; Autumnus de Natali Herodis Ascalonitæ ex Cypride filii, de quo Euseb. Lubinq Cornuti Sententiæ adhæret; Marcilius, Turnorupæus, Clauerius de Sabbatis interpretantur. Nos cum illustriss. et eruditiss. Annalium Eccl. Scriptore Cardinali Cæs. Baronio de Herode Agrippâ ultimo Judæorum rege (quo tempore Persius clarum natus, ut ait Euseb. in Chron. Anno XXI Tiberii; mortuus IX Neronis): Seu potiùs de quocunq* Herode hæc accipiamus Nam cum cuiuscunq uel Nationis uel ditionis Reges præcipuo aliquo Nomine fuerint insigniti, ut apud Aegyptios Ptolomæi, apud alios alii; apud Romanos Judæorum Reges præcipuè

Tom II. Annal. ubi de Herode Antipâ Tetrarcha Galileæ.

*De Herode I. ac ipsius progenie eruditè pertractat integro Cap. IV. Tractatu I. de Aduent. D. Jacob. in Hispaniam Magnus Mariana meg. Vid. Vincent. Lupanus ad calcem adnot. in Tacit. Ann. XXI.

Herodes

Herodes sunt nuncupati; in quorum Natalium celebritatem superstitiones Persius notat; quibus etiam et Romani adsuescentes Iuuenali notati, Nostra, ne a Vobis, Inlustriss. HEROES, uel a quocunq alio Laconismi adfectatore, uerba; calamum pono meum in utrumq et amorem et obseruantiam haud unquam.

ERYCIO PVTEANO
V. CL.
Historiographo Regio

Louanium

Multa apud Nonium Ciceronis fragmenta ex coniectura in decentiorem formam restituta, uel emendata

SCHED. II.

Multa me necessario impellunt ut te amem, Puteane Clarissime; unum fortassis te, ut me redames, a me amari. Fateor cum illo ex φρενῶν μυχῶν experieris si uoles. Quodnicum aeternum tibi litterati debeant, literarum parens? Scripta tua saepe saepius lego, et ex eis scientiarum omnium elegantiorum conspersos flosculos, te sane Magnum, Magni Lipsii successorem, ut* εὐωνύμων πατέρων ἄωτον (cum Pindaro) spirantes.

e praecordiorum penetrali

*Inclitorum parentum flosculum

Me

Me inter eiusdem discipulos (talis non re, o utinam! adfectu tamen et effectu habeor) tibi adsciscere: et hæc eadem ratione tibi debita: quæ in deprauatissimis Nonii et temporis codicibus emendabam.

In uoce Leuare, ex epistol. ad C. Cæsarem lib. incerto, In amplitudinem gloriamq magno mihi ornamento fore existimo, quod me leuas curâ, in uetusto codice legi, quam me leuas curâ, bono sensu

In Sagum ex epist. lib. 1. ad Cæsarem Iuniorem, pridie Nonas Feb. cum ad te litteras manè dedissem, descendi ad forum togatus, cum reliqui consulares sagati uellent descendere: In eodem codice ex litterarum ductu conücio sic hæc postrema legenda, [cum reliqui consulares uel sagati descenderent] quibuscum coniungo quæ ipse Nonius in

Paludatus Ex Epist. lib. II. ad eundem citat: [Antonius demens ante lucem paludatus] ex eodem. 1. lib. in

Ferox

Itaq uereor ne ferociorem eum faciant tua tam præclara iudicia telo. Malè hêc telo uox immutata, ni litteris latinis scriptum sit, quod Græcis τελο, fine, ueluti apud eundem Nonium in Varronis Satyrâ περὶ αἱρεσέων hisce uerbis adnotauit, et emendauit doctissimè doctissimus Lipsius: porro indè ab unoquoq compito ternæ uiæ oriuntur, e quib. singulæ extremæ exitum ad coelos habent propriam, a primæ compito dextram uiam munit. Epicurus. Ubi [exitum habent ad Telos proprium] legendum: materiei maximè congruens, ut de uariis sectis et opinionibus dissidentium Philosophorum: cui consentiebat antiquissimus Prisciani liber. Eadem Vox

lib. 1. Var. lect. cap. XXIII.

in Epist.

in epist. Ad Atticum lib. XII. epist. cui initium de Coelio uide quaeso: in illis sed quaeso quid existâ acutâ et graui (γγραφῆ legit optimè Lips.) referatur ad τέλος. eadem in Epigrammate Petronii.

" Ipse Pater Veneris doctus Epicurus in arte
Jussit, et hanc uitam dixit habere τέλος

Et in Athenaeo lib. XII. ut in Notis ad Petronium obseruaui. addo nunc et emendationem fortasse audacem, uerisimilem tamen in Martialis Epigrammate LIX. lib. II.

" Frange toros, pete uina, rosas cape, tingere nardo
" Ipse iubet mortis te meminisse Deus

Vbi τέλος legeren ut rei maximè Σύστυχον, siue simili: Persuadet ipse Martialis, qui multa epigrammata uerborum graecorum coronide cingit, suadet et materia ipsa, et ad hilariorem uitam exhortatio. Suadet et ductus literarum facilis, siue mauis, utriusq loci conlatio, non difficilis: modò legas te meminisse, modò dememinisse; hoc ē finis ipse mortis dememinisse iubet, ne doloris unquam ullius angore capiaris, uel meminisse mortis, ut carpamus dulcia, ut ait Persius, et quod nostrum est, dum nostrum est, uiuamus. Sic in nostro, bono sensu, apud quem

ex Epist. ad eundem lib. II.

In quo tua me prouocauit oratio, mea consecuta est segnis: Impleo sententiam, legens, segnitas, Voce apud eundem Nonium, ut aliis, usitatâ, animaduersâ, siue segnitia, ut est in Festo; seu segnitas pro illâ in eodem Cicerone, et Accio in Nonio

In interfici ex Epist. lib VII. ad M. Brutum

His contraria, atq parata ut esse solent expertus sum. Lego

his

nis contraria æquiparata ut solent esse e s.

In pignorari ex lib. I. de Rep.

Sed ut plurimas et maximas nostri animi, ingenii, consilii, primo ipsa sibi ad utilitatem pignoraretur. forte sedes plurimas et maximas

In Conducere et Firmitudo } ex eodem

Duo hæc fragmenta sic coniungo, facillimam in ea rep. esse posse concordiam, in quâ idem conducat omnibus. habent æquabilitatem quandam, quâ carere diutius non possunt liberi, deinde firmitudinem.

In elidere ex lib II de Rep.

Ut auriga indoctus e curru trahitur, operitur, eliditur, laniatur. lego, oppetitur

In timor ex lib II. de Rep.

Esse autem angores, si miseria afflictus, et abiectus timiditate et ignauiâ. muto in adflictat, et abiectat

Tria fragmenta dispersa

in { proferre / Impigritas / Vafrum } ex lib. III de Rep.

Sic conglutino in eumdem sensum* Sed ut ipsi, seu animum periclitentur, seu uideant quid se putent esse factum. Nunquam uiri fortissimi fortitudinis, impigritatis, patientiæ. Non sunt in disputando uafri, non ueteratores, non malitiosi.

In mitis ex lib IV de Rep.

Cumq Autumno terras ad concipiendas fruges patefecerit, e

me

me ad concipiendas relaxârit, a fistulâ maturitate alia mi-
grauerit, alia torruerit: debet legi, terras ad conspiciendas
fruges, iteratur concipiendas; et talia profectò Autumni
et hyemis munia, illius producere, huius concipere.

Alia tria fragmenta concinno sic, apud Nonium duo hæc

In Fingere } ex lib. IV de Rep.
impurus }

Tertium apud Augustinum lib. II. cap. XII. de Ciuit. Dei.* Sed
Iuuentuti nostræ minimè audiendus; quippe si ita sensit, ut loqui-
tur, est homo impurus; sin aliter, quod malo, oratio est tamen im-
manis (fortè inanis) ni ut apud Petronium,* Ventosa et enormis
loquacitas, et apud Fulgentium effrenata libero cursu: licet in
eodem Petronio lego, Leuibus enim et inanibus sonis ludibria
quædam excitando effecistis, ut corpus* orationis eneruaretur et
caderet) pergo, et panno illi lascinias hasce adsuo. Ego
uero eodem, quo ille Homerum redimitum coronis et delibutum
unguentis emittit, ex eâ urbe, quam ipse sibi fingit.***
probris et iniuriis poetarum subiectam uitam, famamq habe-
re noluerunt, capite etiam puniri sentientes, tale carmen
condere siquis auderet,

In Satyr.
In Mytholog.

*de qua uide Cicer. de orat. et Quinct. lib. X. cap. X.

In contemptio ex lib. V de Rep.

Quæ uirtus fortitudo uocatur, in quâ et magnitudo animi
mortis dolorisqß contemptio. Transmuto et quasi finitio-
nem fortitudinis interpretor sic: Uirtus quæ fortitudo uo-
catur, est magnitudo animi, in quâ mortis dolorisqß magna
contemptio.

Ex lib. IV de Rep.

Idem ubi genitiuus pro ablatiuo: Ut quemadmodum ille

scribit

ille quotidiano in forum mille hominum cum pallus conchylio tinctis descenderent. forte, quotidie endo forum, more ueteribus et ipsi Ciceroni alias usitato.

In occupare ex lib. de Philosophia, siue Hortensio

Et (Paullum Marcelli occupauisse) imple sententiam, occupauissem ut in Iuuenal.

Sat. II. v. CXLV.

" At Capitolinis generosior, et Marcellis
" Et caluli, Paullique minoribus, et Tabiis

ubi

Paullique minoribus

Lib. IV Epist: Quaest. epist. XXV.

Legendum admonuit iam diu Cl. noster Lipsius.

In lautum

Quae est igitur Philosophia in Socrate, nec dubito, qui quaecunque sit lautitia, qui uictum elegantem magnifice, neque minus quam deceret, colere instituisset. Lego. Quae e. i. P. Socratis (uel Socratae?) nec dubito quin q. s. L. q. v. e. magnificet (quid si est magnifisset, ut dixet pro dixisset, compset pro compsisset, uel magnifecisset crebra apud auctores?) n. m. q. d. c. instituisset

Haec etiam adglutino trina membra, duo

In Balneae

Ostrea

Nonii et Prisciani alterum lib. x. Primus balneola suspendit, inclusit pisces, et amoenitate summa perfunctus est, solertiamque eam posset uel tegulis proseminare, ostreas; et emendo, solertiaque ea posset uel in tegulis proseminare ostreas; haec fortassis adsuenda etiam uerbis, quae de eadem re et libro D. Augustinus laudat lib. de Vita beata

In acre

Quod alterius ingenium sit dulce, ut acetum Aegyptium

alterius

sit acre, ut mel Hymettium dicimus; suspicor conlationes immutandas sic, sic dulce ut mel Hymettium, sic acre ut acetum Aegyptium, ni hæc εἰρωνικῶς usurpanda. Sed membris tam laceris quid Salutem impertiri, nisi Andabatarum more pugnare, et cum ratione insanire? Pergo tamen, ut postum.

In { purpurascit / æquor } ex lib. II. Acad. ad Varronem.

Construo in unam formam partes diuersas quid tam planum uidetur, quam mare? ex quo etiam æquor illud poëtæ uocant *** quid? mare nonne cæruleum? at eius unda cum est pulsa remis purpurascit; et quidem aqua tinctum quodammodo et infectum. In sensu ambigo nonnihil.

In digladiari. ex lib. III. ex Acad. ad Varronem.

Digladiari autem semper, depugnare cum facinorosis et audacibus, quis non cum miserrimum, tum etiam stultissimum dixerit? Si fas immutare, legam, digladiari a. semper cum facinorosis, et depugnare cum audacibus quis n. c. m. t. e. s. dixerit! ~~[illegible]~~

In Præuius ex T. Cic: Alcyonibus

" Alcyon genuit claris delapsus ab astris
" Præuius Auroræ solis, noctisqß satelles.

Forte *solus, ni solis pro luce auroræ, non pro sole ipso usurpetur,

In euentus, ex lib. II. de suo consulatu.

Atq animo pendens noctis euenta timebat —

Claudicat carmen, forte

= Atq animo pendet, noctisqß e. t. —

Adüciendum, uel quid aliud, Tu uide (Puteane eruditissime) et hæc, amicitiæ perpetuæ strenas, accipe.

*eodem modo, exiguo discrimine scriptum inueni in V. C.

Cordubam.

D. N. LVDOVICO DE GONGORA V. N.

D. Iunii Iuuenalis interpretatio non vulgaris, de loquelâ per digitorum notas multa.

SCHED. III.

Cur negem? placuit impensè interpretatio nostra uel uerissima, uel acutissima: placebit magis, si illa sibi, Ludouice, ab utrâq; notâ. ueritatem dico, et acumen. Quibus, ut duplici illo cœlum lumine, quidquid a politissimâ ingenii tui præstantiss. officinâ nosco insignitum æstimo. Vitia aliquotiens insectaris, sed uerè; nullo blandientis Philautiæ, aut catullientis cultuli fuco: sed acutè; nullo ruspantis ingenii aut caperatæ frontis lenocinio: ad utrumq; ego tuum, utraq; hæc mea, ut ad Lydium lapidem, uel acuo, uel probo. Tu ut illa, audi: In Satyriorum omnium elegantissimo Iuuenale carmina non adhuc intellecta miratus sum: quis non me illa intelligere confitentem audacter? ille absqß dubio, qui æquâ lance, quidquid hêic dixero, perpenderit: Tu inprimis, Vir acutissime, cui nihil, quod acumen suboluerit, non poterit adridere. Versus sunt è sat. VI a CXCVI. ad CXCIX.

— quid enim non excitat inguen
" Vox blanda et nequam? digitos habet, ut tamen omnes
" Subsidant pennæ. dicas hæc molliùs Aemo
" Quanquam et Carpophoro facies tua computat annos

Omnes Iuuenalis interpretes hêic (ita dicam) pruriunt, ad motum manuum in pene, et huic similes spurcitias, Voces illas, digitos habet; Ascensius sic explicat, quid enim inguen non excitet huiuscemodi sermo? nam uox illi blanda, et habet digitos nequam, id est, luxuriosos incitatores ad Venerem,

nisi

nisi dicas, uox blanda et habet digitos, id est tantum excitat inguina quantum digiti nequam. Haec ille post Vallam. Mancinellum et alios: (qui quidem tantum abest a Budaeo, quocum Erasmus confert, quantum Erasmus a se ipso cum Budaeo illum componente) postquam Britannicus haec

— Quid enim n. e. i.

Vox b. et nequam?

Haec coniunctim leguntur; et inferius

— digitos habet —

Hoc autem distinctum a superioribus legendum est; est autem confirmatio dicti praecedentis: quasi dicat, quid opus est uerbis? uox ipsa lasciua habet digitos, id est inguina non minus obscoenis uerbis et lasciuis excitantur quam digitorum et manuum palpatione. Hucusq Britannicus, cuius distinctionem haud improbo; sed interpretationem respuo, quam sequitur Autumnus, et ferè omnes confirmant illo Persii.

— Cum carmina lumbum

Intrant, et tremulo scalpuntur ubi intima uersu.

Sed illorum λόγους inanes, imò turpitudinum plenos nihili habeo. et auribus reuerentiam praefatus aliò me uerto; incessit Iuuenalis uetulam.

— quam Sextus et octogesimus annus

Pulsat —

Quaeq olim dum uires fuerant, illud quod in aliis etiam reprehendit in Veneris prolusionibus soleret usurpare

ζωὴ καὶ ψυχὴ —

Graecissans siue (ut cum nescio quo antiquorum loquar) gargaridians: sed cum iam ob aetatem effoetam nullus ad eius libidinem explendam accederet; ipsa ut aliquem adliceret

— lassata uiris nondum satiata —

Ut de

In Ciceronian. dial. probant J. C. Scalig. et Steph. Doletus in Dial. contra Erasmum; Asnencium vocabat magnus Del-Rio.

Ut de aliâ ipse ait, istis blandiusculis et caput (ut est in Plauto) collimantibus uerbis, quæ tantum clam liceret usurpare in turbâ et coram omnibus utebatur: ait ergo poëta uel in uetulæ, uel in Vrsidii, quem sæpius in satyrâ hâc introducit, uel suâ ipsius (quod de omnibus dici potest) persona —

— quod enim non excitat inguen
" Vox blanda et nequam? —

Id est, bene illa facit, nam uox mulieris et præcipuè lasciuientis nullius non excitabit libidinem. Sed huic quasi obiectioni illicò hoc responso obuiam it: benè quidem, ast cum se palam dat et uerbis

" ζωὴ καὶ ψυχὴ modo sub lodice relictis
" Vtitur in turbâ —

Ipsius facies rugis exarata et senio deformis, motionem a Voce excitatam, uel pruritum temperat et uerè sopit:

— habet namq digitos —

quibus annorum, ætatisqß decrepitæ series computatur, Vnde licet

— mollius Aemo
" Quamquam et Carpophoro —

mollissimis uox sonet, cum anni adpareant

" * Subsidunt pennæ —

Id est, tentigines et pruritus, qui uocis alioqui mollis auditione audientes scalpebant, ut inquit Persius, Nam, ô Vetula, certe. — facies tua computat annos

Hêc uerò a Iuuenale adlusum ad morem illum, quem explicat ad calcem Sat x. de Nestore.

" Felix nimirùm qui post tot secula mortem
" Distulit, atq suos iam dextrâ computat annos

Hoc est, ter centum, Nam

Rex

* alioqui non subsiderent, si digitis mastrupantibus et scalpentibus res ageretur: ut interpretes cæteri uolunt

„Rex Pylius (magno si quicquam credis Homero)
„Exemplum uitæ fuit a Cornice secundæ:

Plin. lib. VII Cap. XLVIII.

Et Horatius

„At non ter æuo functus amabilem
„Bloraüit omnes Antilochum senex annos;

ode IX lib. II Car.

Et si nonaginta nouem illi adsignet seneca; uti et Statiliæ, quod quidem eleganter Muretus decidit. Niccareus in Græco epigrammate eidem consuetudini adlusit de Vetulâ

Epist. LXXVII

*„Ἡφαιος ἀθρήσας ἐλάφου πλέον, ἡ χερὶ λαιῇ
„Ὑῆρας ἀριθμεῖσθαι δεύτερον ἀρξαμένου

Quæ ceruos annis superarit, quæq sinistra
Vitæ iterum cæptet connumerare dies.

*Vid. Heins. ad Theoc. fol. 37. et Rutgers. IV. Var. lect. cap. IX.

Plinius lib. XIXIV. cap. VI. Apuleius Apolog. II. Quinctilianus lib. XI institution. orat: Plutarchus in Artaxerxe. Irenæus cap. XIII lib. I. in Valent: Hieronym. in Iouinian. Beda lib. de naturâ rerum, *alii quorum uerbis lubens meritoq super, sedeo ex meis Polygraphiæ et Steganographiæ Commentariis nihil expilans, ubi totam hanc rem curiosius expendo, et supputandi per digitos rationem antiquis usitatam curiosius percurro. Hæc nunc tuo acumini Ludouice acutissime, ut solari aquilæ pullos; qui facetiarum sol, qui doctrinarum omnium (grauiora docent) *Apollo

*Lilig Giral. dial. in adn.
Pierius Valer: lib XXXIII Hieroglyp. fol. CCLXVIII.
Nebrisseus cap. XVI Quinq.
Brocens. cap. XVI. in suâ apud me. Moiâ lib. IX Arith. cap. X
Nos cap. X lib. II.
Notar. et Anti-Notar.
Antiq. et Notar.

*sic in Oppiano Κύνηγετ. A. dicitur φοῖβος Ἀπόλλων

JOANNI ALPHONSO
ALPHONSI FF. NARBONIS
Iuris apud Toletanos
Professori : Antecessori

Persii locus nouè explicatus. Aedilium, Aedilitatisqß munia, ex LL expensa; curiosioris indagationis in hanc rem plura. Casauboni Sententia explosa de Areto. Aretum aut Aretium quid? an et in Persio pro Ereto, Ereto! Hemina quæ mensura, unde?

SCHED. IV.

Beatus ille quem beabunt liberi

ζηλιοτὸς ὅστις εὐτυχήσεν ἐν τέκνοις

Ad uos ingenuum fratrum par cum nescio quo exclamo; cum eruditionem paternam non secus ac genus ipsum hæreditario quasi iure uobis uindicetis. Macte uterqß his animis, et illo in me amore, quo, quid quid meum Toleti, estis prosecuti. cui testando, hæc qualiacunq; sed ad uos, hoc est, ad Iuris Candidatos; antea ad Persium, cuius hæc ad finem Sat. I.

a Vers. CXLI.

" Non hic qui in crepidas Graiorum ludere gestit
" Sordidus, et lusco qui possit dicere, lusce:
" Seq aliquem credens, Italo quod honore Supinus
" Fregerit Heminas Areti Aedilis iniquas:

Sententia plana, res non itidem. ad quas illud obseruo, duplicem fuisse Aedilem Curulem et Plebeium ex Cic. VII in Verrem, Plut. in Vitâ Marii. L. I. II. §. Deinde cum placuisset. D. de Orig. Iur: Budæo animaduertente. Vti Balduino et Mynsingero lib. instit. tit. II. de iur. nat. gent. et Ciu, §. Prætorum, quorum alter a Sellâ dictus, qui Iuridicundo præerat; alter circa plebeias magis res uersabatur. Vtriusq munus explicat Lex Vetus apud Ciceron.

II de legi

" de legibus. Suntoq Aediles curatores Vrbis, Annonæ, Ludorumq solemnium: illiq ad Honoris amplioris gradum primus adcessus esto. Aedilitiæ autem actiones fuere redhibitoriæ, et quanto minoris, ut ex Edicto Aedilitio Pandectis præfixo patet. Hæc et alia ad Aedilium munus pertinentia multi docent, uos præsertim Papiniani uestri responsum in Pandect. de uiâ pub: Pompon. D. tit. de Orig. iur. Varro lib. IV. de L.L. Dionys. Halicarnasseus lib VI Antiq. Rom. Liuius lib. III. Dion. lib. XLIII.

* ad illud Matth. Wesenbech. et Franc Balduin.

Videnda. Ioan. Rosinus lib. VIII. Antiq. Rom. Cap. XXIV.

Sed ad Persium adcessus. In iure Ciuili L. Lectos, De peric et com. rei uend. proditum est potestatem Aedilibus inesse in uiâ lectos concidendi, ueluti L. item quæritur, § Siquis mensuras D. locat. falsas mensuras frangendi, quod et Iuuenalis innuit.

Sat. X.V. CXXI.

" Huius, qui trahitur, prætextam sumere mauis
" An Fidenarum Gabiorumq esse Potestas
" Et de mensurâ ius dicere, uasa minora
" Frangere pannosus uacuis Aedilis Vlubris!

Vacuis, inquit ille. Hinc Persio meo lux, cui interpretando liberè dicam, sed et uerè, nemini adhuc bona præluxit. Murmellium, Nebrissensem, Sanctium et alios Grammaticæ miserâ mercede conductos quid suggillem! cum nec Lyncæus aliorum oculus (ne dicam, non penetrârit, hoc est, intellexerit,) non perspexerit (si hoc, reor et illud) et caligârit. Licet in tam acutis luminibus tantam caliginem ægrè feram, ni ad illa obfuscanda hanc oportuisse autumem congregari. Casaubonus ponit, inquit, exemplum dignitatis, quæ per se non magnæ rei leuibus tamen hominibus inflandis sufficiat. id non inficiabor, Ea est, addit, Aedilitatis functio non in Vrbe sed in Italico municipio quodam, puta, Areti. Hoc nefas, hoc piaculum prætermitti. Non enim ibi de municipio uili, ut ipse putat, et pauperculo intellegendum, Sed de Ciuitate Italiæ Aretio, de qua Plinius,

Ptol.

Ptolemaeus Strabo. Licet etiam Colonia fuerit Romae, Sed ante Ciceronis tempora a Sullâ militaris deducta, ut obseruauit* Vir eruditiss.us Nam Sulla ciuitatis statum ordinauit; exinde Colonias deduxit, inquit Florus lib. LXXVII. De quâ et Frontinus libello* de Coloniis. et M. Porcius Cato fragmentis de Originibus; in quem nescio an illa satis recta, quae Io. Annius, in omnibus ferè nugator, adiungit: alteram nempe coloniam a cognomine vxoris suae Vestae (primam enim a se ipso Ogygio Ogygiaram) ab Iano uocatam Aretium. Nam illud sciendum ante omnem linguam latinam fuisse nomina illa Vrbium duodecim quae in Catone) et ideo qui latina putant dicta, falluntur nimis: Sicut qui Phesulas, Fia, Sola, et Aretium ab aris, uel araturâ, uel ariditate exponunt; haec enim nomina ab Etruscis ante latinam linguam indita sunt Arameae originis, et ut ait Berosus, Vestam Iani vxorem Aretium dixerunt, id est, Terram, uel Tellurem; (Sic et Hebraei אֶרֶץ unde Arida cap. Genes. 1.) eodem enim est Vesta et Terra cognomine apud Latinos, ueluti apud Aramaeos Iabit, et Aretia, siue Horchia, ut in Beros. Ann. Sed de Colonia ad Ciuitatem Aretium; quae testis (ut Surrentina calicibus, teste Plinio lib XXXV. cap. XII.) idoneam habebat terram, Vnde Mart. nostr. ad Fidentinum.

" Sic Aretinae uiolant Chrystallina testae —

Et in Apophoretis

" Aretina nimis ne spernas uasa monemus

" Laetus erat Thuscis Porsena fictilibus

Vnde non Aediles Areti, Vel (ut malunt alii) Arreti; quod non improbo ob ueterem inscriptionem illam

L. AVSIMVS. EF. PVB. FARRIANVS
C.C. MVNICIP. ARRENTIN.

In quâ illud obserues Municipium, quod Coloniae respondeat, uocari Non, inquam, Aediles Arreti, sed Heminas Arretinas conlego intellegendas. Hemina namq pro unaquaq ibi mensurâ, Seu potius Vase posita

*Onuphrius Panuin. In Imp. Rom. fol. LXXXIV Col. XCIV.

* in prouincia Thusciâ

lib 1. Ep. LIV.
lib XIV. lem. XCVIII.

posita est, ut solet pro genere species sæpiùs usurpari. Hemina verò ἥμισυ, quod et dimidia pars Sextarii, ut et Cotyla, teste Festo, et his uerbis Q. Remnius Fannius probat

" At Cotylas (quas si placeat dixisse licebit
" Heminas) capiet geminas Sextarius alter.

De pond. et mensur.

Et paullò post.

" At Cotyle cyathos bis ternos una receptos

Cui et Iulius* Pollux consonat: unde errare certum est eos, qui Heminam eandem cum Sextario faciunt. Plautus liquidæ mensuræ uasculum ostendit cum ait in Milit.

*Cotylen aridorum et humidorum mensuram facit

" Heminas octo exprompsi in Vrceum

Pro me potius stant Galenus, Pollux, Plinius, Athenæus, Agellius, Columella, Vitruuius, Priscianus, Capitolinus, et alii, quos meo more, ne legentem morer, libri ora dabit: Vnde crediderim Plautum Heminæ nomine latè non strictè usum, Comicorum more. Nonnulli illud, quod autoritate Pliniana iam fulcimus, immutant et legendum censent pro, retinet tamen hanc nobilitatem (de terreis loquitur uasculis) et Aretium in Italiâ, lib XXXV. Cap. XII. Eretum in Italiâ Est autem Eretum (ut notat Dalecampius) τὸ ἥμητον Vicus Sabinorum ad Tiberim, Tiburi propinquus figlinis celebris ab Vrbe distans XIIX M. P. Vnde Eretinus Virg: lib. VII. Aeneid.

lib. I. comp. phar.
lib. XIV cap. XVII.
XXII cap. Vlt.
et XXXIII Cap. VII hist. Nat.
lib III. cap. XIV. Noct. attic.
lib II. Cap. IX. in eundem Casaub. animad.
lib XII. Cap. XLIX de re rust.
lib VI cap. IX Arch. in eum Philand.
lib de pond. et men.
In uita Anton.
Rhodigin lib. XIII Cap. XXII.
Alexand. Neapol. II. Cap. XX et in eum Tiraquel.
Ruellig I cap. XVII de Nat. stirpium
Perottus in Mart: Epig: II.
Luc. Pætus cap. I. de ant. liquid: et arid: mens. lib III.
Bernard. Dessen. in calce lib. X. de comp. Med.
Jo: Siluius ad calcem lib. III Met. comp. Med.
R. Pererius in Daniel lib XVI. cap. XIV.
R. Rader. ad Mart: epig. XXVIII lib I. Moia lib. III Arith pract: cap. XXV. *

* Ereti manus omnis oliuiferæq Mutuscæ;

Hinc Jo: Baptista Persii interpres Ereti reponit in hunc locum, hodiè mons rotundus corruptè pro monte Ereto, quod et adnotat Erythræus in Virgilium. Illud etiam fortasse ad rem ex Fulgentio Placiade obseruaui: apud quem Eretinæ mentes etiam stolidæ, et stupidæ dicuntur ex scriptore Antidamo; qui in moralibus libris ait, (fabrè compactum animal hominem quis feret sic ex re pecuniatum et auerruncassit tam eretinas hominum mentes.) Quibus addit Fulgentius in antiq. uoc. interpr. ad Calcidium, fabrè perfectè

* Nonnulli adspirant. Videnda Hermol. Barbar. in castig. Plinii lib. et Cap. III.

R. Radevad Mart: ep. xxxvii lib. Mor. [illegible] Arist. praet. Cap.

perfectè, querruncare, eradicare dicitur; Cretinas testeas, uel argillaceas; peccatam (sic Antimadum emenda) stultam. Quid si ex natura loci magis ad cutrea uasa, quam intellectiua fingenda? Adde ad Persium in Casaubon. Aedilitatem in municipiis, et Magistratum et honorem fuisse. Romae uerò non propriè (ut in Persio

— Italo quod honore)

Honorem, id Magistratum et primum ad praeturam et consulatum adscensum. Constat ex Tullio III de L.L. Unde et à tutelis nec excusabantur Aediles Romae (ut accuratè notat Marcil.) ex L. XVII §. IV. D. de excusat: tut: In municipiis Verò, ubi illis honor praecipuus, excusati. L. VI. §. XVI. D. eod. Vt Aediles Arpini in Tullio Ep. XI. lib. XIII Famil. et in Vlubris in Iuvenal. Sat. X et in municipiis. L. III §. Aedilis. D. locati. Nam ii quasi Consul municipales. Quod attinet ad utilitatem rei, hoc est, frangendi uasa, ex officio et munere, est. ut ex Plauto, legibus et aliis constat. Nec ibi de utilibus tantùm, quos absens areret, Persius agit, sed De quocunq; sibi satis sapiente, et phialam frangidaret tumente, Tangit namq; occultè Neronem Philosophiae osorem, quem ab illâ auertit nater monens imperatore contrariam esse. (ut ait Suetn. cap. XXVI. in eius Vitâ) cum ait

Vid. Turneb. cap. X. lib. XXVI Aduers.

Plaut: Rudent Scena VIII
L. Agror. ff. de damno
L. XIII. § VIII D. locati
L. XII. de perc. rei vend.
L XII. De Decur.
D. D. Gregor. lib. Epist. XLII. Hieronym. Duuali: &c.

" Non hic qui in cregidas Graiorum ludere, gestit
" Sordidus
" Seq aliquem credens Italo quod Honore Supinq
Fregerit hominas Areti Aedilis iniquas.

Quid si hoc ad ipsum Neronem, quem tanquam Scientiâ et imperio supinum elatumq; taxat, et ut occultiori, sed certiori; telo impetat sub Aedilitiae potestatis nomine corripit; Persius enim stoicorum dogmatum apprimè doctus quidquid externum nihili putabat.

Vos ego maximi, Felix par, Frati Dioscuri

D. N. FRANCISCO DE LA CUEVA IURECONSULTORUM nostri sæculi Papiniano V. N.

Quid turbida, et quare Roma apud Persium? Vulgus mari turbato adprimè comparatur. In hanc rem Herodoti, Ciceronis, Polybii, Horatii, Liuii, Senecæ, et aliorum sententiæ. Liuiana imitatio ex Polybio. Horatii emendatio; Vulgi dedecora

SCHED. V.

Francisce doctissime

— In publica commoda peccem

" Si longo sermone morer tua tempora —

potiùs omnium, qui a te uelut ab Apolline in tripode, uel Sybillina folia Cumis inspecturi ab ipsius scitis, gaudent dependere: Ut potè à nostri, uel hâc potissimùm ratione, felicis sæculi Papiniano; quo nullus æquiùs aut eruditiùs

— Legum tabulas ac condita* uerba

" Nouerit

et — Iuris nodos et legum ænigmata soluat

Tamen ne uel me uerissimâ tuâ laude fraudarem, uel te hac, licèt futili commendatione ad me tui amantiss. non adlicerem. En Scribo et amicitiæ æternæ æterna pignora adiungo; tu qui reis omnibus uel tua defensione solatio es, Mihi huius voti æternùm reo gloriæ esto: et qui turbata componis, hæc illis ne sepone.

Nam. — non si quid turbida Roma

" Eleuet, accedas —

Noster monet Persius: hoc est nihili æstimanda Romanorum gratia, et populi fauor, nec eorum Iudicio Bonum Malumuè pendendum,

— examenuè improbum in illâ

" Castiges trutinâ —

eò quod

Manil. Astron. IV quem conrigo* iura legens ut probo lib. I. cap. IX. Notar. mear.

Iuuen. Sat VIII

Satira IV. V.

leg. Hor. Ep. ante. lib.

* Sic Euripid. in Hecuba δεινόν τε πλῆθος δύσμαχόν τε δόλῳ τε λύβαις turbata turbulenta inuicta cum dolo Sic et Phocyl. Menand. et alii:

eò quòd turbida *turbata, uel ut turba, et vulgus sit; cuius neque laudes animas rectus extollendus, uel opprobrijs extenuandus. Vtrag notis eleuet, in primâ Quinctilianus nostrum illustrat, in secundâ Lactantius. Turbidam autem Romam appellat, a fluuio uel mari turbato translatione sumptâ. Illis tantùm hæc una attributio, Vt in Virgilio uides est Georg. ii.

auro turbidus Hermus

iii. "Turbidus, et torquens flauentes Hister arenas

Aeneid. v.

"Turbidus imber aquâ

Et locis sexcentis. rectè sic Vulgus (reminem ex insipientibus, quos hîc capit Persius hac Vulgi appellatione, uoce excipio) recti, ingenijs marinis fluctibus comparatur, In quem locum Cic. orat. pro L. Murena Quod enim fretum, quem Euripum tot uentus, tantas, tam uarias habere putatis agitationes fluctuum, quantos æstus habet, et quantas perturbationes rationis comitiorum? Subdit etiam, Nil incertius est Vulgo, nil obscurius uoluntate hominum, nil fallacius ratione totâ comitiorum. Et paullò post, Vt in tempestates sæpè certâ ratione, obscurâ aliquâ ex causâ excitantur, sic in hac comitiorum tempestate versari sæpè intelligas quo tuo commota sit, sæpè ita obscura est, ut casu excitata esse uideatur. Eadem et utitur translatione, et conlatione pro Cn. Planco. Polybius in hanc sententiam (Græcum Exemplar non ad manum) talis est quilibet plebs et turba, ut facilè fallatur et ad quoduis inducatur, unde illi frequenter id quod maxi, accidit: quemadmodum enim mare natura suâ innoxium est rectè utentibus et flatus si uerò uiolenti flatus in illud inruerint, tale redditur utentibus quales sunt uenti a quibus circumquaq impellitur, ita et multitudo talis redditur utentibus, quales habet ducis et consiliarios. Quem fortassis imitatus Liuius (ut alia multa) lib. xxvii. Sed multitudo omnis sicut natura maris per se immobilis est, ut uentis et aura cietur aut tranquillum et aut procellæ in nobis sunt. Q. Curtius ab iis non abhorret lib. xii. nullum, inquiens, profundum mare nullum æstuosum fretum et procellosum tantos uicit fluctus, quantos multi-

tudo

tudo motus habet, si nouâ et breui duraturâ libertate luxuriat. Herodotus etiam ante hos omnes iis non absimilia in Thalia refert, Vulgus præceps ac torrenti flumini simile compellans. τῷ ὁμίλῳ οὐ γινώσκειν ἔνι. πῶς γὰρ, ἂν γινώσκοι ὅς οὔτ' ἐδιδάχθη οὔτε οἶδε καλὸν οὐδέν, οὐδ' οἰκεῖον, ὤθεται δ' ἐμπεσὼν τὰ πρήγματα ἄνευ νόου χειμάῤῥῳ ποταμῷ ἴκελος, natura inest uulgo ut nihil intellegat, quomodo enim intellegat quod nec didicit nec per se nouit honestum: ac ne domesticum quidem, quodq ad res agendas sine consilio præceps ruit, fluminis instar torrentis. Quam obrem Flaccus aptissime.

" Hunc si mobilium turba Quiritium — Od. 1. lib. 1.
" Certet tergeminis tollere honoribus

Dixit, ita enim legendum non nobilium, ut in suis adnotationibus probat eruditissime Muretus; nam non nobiles solùm sed plebei etiam honores deferebant, ueluti indicant loca Tullii superius adserta: Sic Virgilio lib II. Aeneid incertum, Horat. 1. Carm. infidum, Silio VI. et Stat. II Siluar. mobile et lib Theb. X. anceps, Valerio Flacco mutabile, ac Senecæ in eundem sensum præceps Vulgus dicitur. In Hercule autem furente expressius — act 1.

" Illum populi fauor attonitum
" Fluctuq magis mobile Vulgus
" Aurâ tumidum*, tollit inane

Et in Octauiâ: (Si hæc magno Senecâ digna)

" O funestus multis populis
" Dirusq fauor, qui cum flatu
" Vela secundo rates impleuit
" Vexitq procul, languidus idem
" Deserit alto * sæuoq mari.

Et Aurel. Prudentius hymno 1.

" Tu uentilator Vrbis, et uulgi leuis
" Procellæ mentes inquietas mobiles.

Ast hæc cum uniuerso uulgo communia: peculiari ratione tribuuntur

* Al. uoluit

~~[illegible]~~

* forte læuo

Pro lege Manil.

antur Romanæ Reip. graphicè a Tullio descriptæ, quæ (ut scribit Herodianus ~~[illegible]~~) ex uariâ magnâq; peregrinorum etiam multitudine constat: quamobrem illa uiro iusto retinenda sententia Pythagoræ apud Stobæum. ποιεῖ ἃ κρίνεις εἶναι καλ καὶ τριῶν ~~[illegible]~~ μέλλῃς ἀδοξεῖν, φαύλος γὰρ κρίτης πάντος καλ πράγματος ὄχλος. διόπερ ὧν ἂν τῶν ἐπαίνων καταφρονῇ καὶ τῶν φόγων καταφρόνει; fac ea quæ iudicaueris esse honesta etiamsi postquam feceris inglorius futurus sis. omnis enim rei honestæ malus iudex est uulgus; quorum igitur laudes contemptui haberes, eorumq; uituperia quoq; spernas. Vertebat Gesnerus. Quæ Pythagoræ ipsius Discipulus, uel potius Sectator Hippodamus in lib. de Rep. innuit post longam dissertationem dicens, Ἐπεὶ χεσθῇ δ' ἀντὰν δεῖ, θρασὺ γὰρ καὶ τροπέτιυτον πλᾶθος

leg. Plut. lib. de inst. Ciu.

Nemini indulgendum est uulgo, quippe quod audax in agendo atq; præceps existat. Cuius rei exemplum tritum illud quidem sed præclarum refert Aelianus de Polycleto insigni statuario qui eodem tempore simulacra duo fecit, alterum ad uulgi uoluptatem, et uoluntatem, alterum ad artis amussim et gnomen, ad singulorum adcessum transposuit et commutauit aliquem morem gerens uniuscuiusq; uoluntati; mox posuit utrumq; illud ludibrio hoc admirationi omnibus fuit, Quibus Polycletus uerè ac scitè quod reprehenditis uestrâ arte perfectum est, quod laudatis ego meâ facultate construxi. Horum bene conscius Persi Horatianum illud uidetur spectasse ex 1. sermon. ad Comitem referens, etsi in ingenij iudicio

" Sæpe stilum uertas, iterum quæ digna legi sunt
" scripturus, neq; ut te miretur turba labores
" Contentus paucis lectoribus —

Emenda obiter
— ne ut te miretur t. labores

Vt in Persio
— ne te quæsiueris extra

(Concinniori sententia et acutiori) donec illa

Quæ

— Quæ semel intus

" Innata est rupto iecore exierit caprificus —

Vel illud, quo multos teneri alter Satyrus docet

— Insanabile —

" Scribendi Cacoethes —

cat in meliùs; sed nullum tanto malo remedium poterat adhiberi ignorantiâ principis, et ambitione scriptorum in urbem grassante. Quamobrem monet Persius amicum, ne se eleuari tolliue permittat nec paullulùm (id explicat cò quid) laude Romanorum; neue adcedat propiùs ad illos; nam Romam, quæ almâ ueritate et ingenuâ sapientiâ aliquando claruerat

— Regina sui pulcherrima mundi

" Inter Sydereos Roma recepta polos;

Romam, inquam,

Μητέρα πασάων πολίων —

Matrem omnium urbium.

(ut ait Dionys. in orbis descriptione) iam fraus ineptiæq turbarant, et è limpidissimo bonarum literarum fonte lacum reddiderant limosum. Talia hæc mea, J. C.^tum optime, Tu, Vnicornii instar, tuæ auctoritatis robore chrystallo ipsâ clariora, ut potes, redde.

DN. ALOISIO PEREIRA
ANTONIO DE BARJA SOLÌS
VV. NN.

~~amicissimis~~

Martialis Epigramma an ænigma in quo Sagaris tentatum. quid sagati, sagum! a quo apud nostrates Saiago!

SCHED. VI.

Vestræ Viri Nobilissimi comitatis, amoenissimi ingenii, morum suavissimorum — dum Spiritus hos reget artus, non obliviscar. Quam mihi in mente dulcissimus ille in Taurinâ uestrâ antiquissimâ ciuitate conuictus noster! peream, si mihi unquam ad meum ~~gustum alius~~ gustum alius. Tu inprimis, mi Antoni, ~~cultioris~~ cultioris litteraturæ et poëtici melos candidate. Testes illi mihi æternum profuturi suauissimi, doctissimiq; apud te sermones. Testis liber ille tuus D. Hispaniarum tutelaris Iacobi historiam mirificâ carminum cedro dignorum telâ prætexens: cuius nullo meo merito non solùm me lectorem, sed (uti ingenuo tui animi candore aiebas) Arbitrum adhibuisti; uellem equidem esse, ut uel censoriâ potestate e tuis extorquerem scriniis. Sed Musarum uoce et uoto lubens exclamo, hoc age, si quid agas: ac tibi ac mihi danti, vouenti, omnes gratias, adnue: et hoc non abnue, quæ ad te; unà et ad te Aloisi; cui in tantâ nobilitate, iuuentute, opibus, non Musarum amor, sed ingenium est,

" Ut pura nocturno renidet
" Luna mari, Gnidiusue Gyges

Inter omnes cultum caput exseris (ut cum poëtis loquar): illud, ut amicissimum restor, et meum, ritu ueteri, tango; multum diuq; me torsit Martialis noster illis, quæ coram proposui; et nescio

nescio, ad quem uterq detulistis, et ad me nescio iterum quid de Persico* ense Zimitarra uocant Arabes, a popâ illo additum adnotastis. Risi largè, magis nunc cum rem tot tentatam viris summis, nec exploratam adhuc, nouissimus omnium et tentem et explorem. Sed Conari quid noceat? quid tentare? noceat? imò, credo, laudi erit, ut, uel coniecturis, ad uerum uiâ præmuniatur. Verba ecclia

" Cum tibi tam crassæ sint, Artemidore lacernæ
" Possum te Sagarim iure uocare meum.

Ex lib. VIII Epig. LVIII. Sed non Epigramma, ast Aenigma, inquit, Lipsius: uerè et ipso Oedipo dignum; At ego Dauus, si uel Delius ipse ille notator pedem non figit: quidni et ego licet (iuxtà nostratium paræmiam) Vargas? sed ille addit: quid est Sagarim? fortasse Sagarum. Nec scio an ita dicti, qui munus aliquod theatrale fungerentur, de quibus inscriptio ista in Delphinorum domo

IMP. CAESAR DIVI. NERVAE. F.
NERVAE. TRAIANO. AVG. GERM.
DACICO, PONT. MAX. TRIB. POT. VIII
IMP. IIII. COS. P.P. OPTVMO. PRINCIPI.
SAGARI. THEATRI. MARCELLI
CVLTORES. DOMVS. AVG.

Vltra nihil. reperiuntur sanè Sagarii et in ueteri illa inscriptione

C. TERENTIO. C. L. PAMPHILO
SAGARIO. POST. AEDEM. CASTORIS.

Sic in aliâ apud Martinum Smetium lib. inscript. antiq. fol. CXLVII quæ Mediolani uisitur in Vallo ciuitatis

J. O. M.

* Scio teli genus Persici apud Herod. lib. I. et Strab. lib. XV. sic adpellari. Sed hæc quorsum?

Had. Iun. legit, meo.

Ep. Quæst. lib. I. Ep. V. ad J. Lernut.

* Aueriguedo Vargas In rebus difficilibus usurpamus; tractum ab Imperatorio Regioq Secretario Commendatario Didaco de Vargas, cui quicquid explanandum committebatur, cuius exstant Toleti ædes ædificii magnitudine et nobilitate inlustres: alij, et quod verius puto, a Francisc. de Vargas Regum Catholicor. Consiliario, de cuius infelici obitu Petr. Martyr Anglerius epist. DCCCIV. lib. XXVII. Dide, codes, elog. Scip. inlust. Tolet. nostra ~~in Franc.~~ ~~[illegible]~~ eodem.

I. O. M.
VOLVVIO. TERTVLLO
NEGOCIATORI
SAGARIO
EX APVLIA.

Vide Beroald. in Apulei. lib. i.

Et Sagariam facere in Apuleio et Ictis Sed alio sensu pro negotiatione sagorum; etsi apud illum lib. i. Miles. et hos, Vlpianum nimirum de Contrah. emptione, et in Cod. Theodos. L. primâ titu. XXII. lib. XIV. Saccariam et Saccarii in libris ueteribus inuenerim Godescalcus uerò Steuuechius uariare dixerit. Addo et apud Maronem hoc esse Viri nomen lib. V. Aeneid.

" Vix illam famuli Phegeus, Sagarisq ferebant

Et. IX.

" Et Sagarim et summis stantem pro uiribus Idam.

Quaest. i. in Apulei. lib. i.

† Sic Σαγαρις ποταμος ἐστι τῆς Φρυγίας. Sagaris Phrygiae fluuius est, apud Plutarchum Cheronaeum (Vt cum Maussaco doctissimo reor,) lib. de Fluuior. et mont. nominib. sic Ouid. Capella, Hyginus, Vibius Sequester; Homerus Σαγγάριον, Strabo, Pausan. Dionys. Afer: Σαγαρον Ptolemaeus. Plinius cap. I. lib. VI. et Solin. cap. XLV Sangaris et sangarius. Lib. II. Cap. VII. poetic.

Sic et apud Iulium Hyginum lib. ii. de Signor. Caelest. hist. uer. Ophiuchus; flumen Sagaris est in Lydia; apud quem Hercules anguem insignis magnitudinis interfecit. ‡ Quid haec? ut fluctus fluctui, difficultati difficultas prominet. Scaliger F. (licet P. proprio loco praetermiserit) inter caetera sordidarum personarum in fabulis nomina; illud sic adiungit; fuerunt nomina propria sordidarum personarum poëtis: ut Comicis Maeson, de quo Festus et Athenaeus; Satyricis Antolycus, Buria, teste Diomede; Atellanis Manducus, Pappus, Macus, Buco, Sagaris, a quo ille, uel cuius innitatur auctoritati non ignoro. Quid Grammaticorum portenta exculcem, cum uel uiri eruditissimi rem dubiam, obscuram penitus quasi reddiderint? Ego in hunc sensum Martialem nostrum locutum uix est ut adfirmem, in Artemidorum iocatur, cuius cum adeò fuerint crassae, uiles, impexaeue uestes; suum, hoc est, Hispanum posse ab se adpellari Martialis ait, Nam apud Hispanos populi sunt, quos nunc Saiageses et Saiago uocamus, quidni à sago, quasi sagatos? hoc namq obseruatione multorum adprobatum

Gali,

In coniect. in Varr. fol. CLXII.

‡ Eadem haec vox apud Pomponium Praecone posteriore in Nonij (particulones)

: Age modo Sagari particulones producam tibi.

G. aliquando mutari in I. ut ex iis probat Vir nostri seculi* doctissimus, fagus, gelu, gemma, gener, gypsum, plaga, regnum, sagus, quibus respondent Haia, ielo, iema, ierno, iesso, plaia, reino, saial; sic et fortassis saio; sagum uero uocem Gallicam esse, testatur Strabo et alii: uti et inuentum Plinius scutulis sagos diuidere, quae de illis loquens Diodorus uocat πλινθία. Nam scutulatum idem quod uirgatum Virgilio et Propertio. Varro uero eiusdem rei sic meminit (si bene distinguas) in his multa peregrina ut sagum Ireno Gallica*. Gaunacum maius sagum et Amphimellon Graeca lib. IV de LL. ad nos autem peruenisse non dubitandi ratio Illa. Addo et semper pro crassiori uiliorique indumento fuisse usurpatum, quod adeo certum ut testibus non indigeat. Hinc sagati, a cultu nimirum uiliori, ut apud nos Saiageses, uiles, rudes. Unde Martialem iocari crediderim, ut Artemidorum blenum, rudem, bardum, et incomptum, incomemue denotaret, a crassis lacernis Sagarim suum appellarit: hoc est, adeo crassis indutus uestibus es, Artemidore, ut te quotiens uideam, unum ex Hispanis meis uilioribus, hoc est, Saiageses uidere mihi uidear. Martialis uero se Hispanum esse passim tradit, et natum Bilbili. Sed ubinam haec? docent Clarissimi Viri Hieronymus Zurita in notis ad Antonini itinerar. Ant. Augustinus in Dialog. R. Matthaeus Raderus in Mart. Ludouicus Nonius Cap. LXXV Hispaniae. Gaspar Barrerius in Decad. Pluribus hoc tibicinibus fulcire fateor me non posse: coniecturae tantum res est; eiusdem foret uox illa gurdus, ni Quinctilianus diceret et gurdos, quos pro stolidis accipit uulgus, ex Hispania duxisse originem audiui, et aliae apud Auctores; quibus cum in coniecturam nostram sim destitutus, sat est illam proponere; et uobis me amicissimi Antoni, Aloisi, perpetuo amicum

*D. Bernard. d'Alderete cap. XII. lib. II. de orig. L. R.

Scalig. F. fol. LXXI. in Varron.

Erythrae. ind. Virg. fol DCXXXIII uoce et uers. uirgatis lucent sagulis

Nebriss. Quinq. III. cap. XXXIIX.

* quid sit uide in Aristoph. Vesp. Athenaeo lib. XIV. Hesyc. Polluc. lib IV Aelian de anim. XVII cap. XVII. ubi eadem uox in uerioribus libris

lib. I. Cap. V. instit. orat.

* uide eas in Alderete lib II. cap. IV de orig. L. R.

M. M.

BALTHASARI DE CESPEDES, ELOQUENTIAE, LUDOVICO CORRÊA GRAECARUM AC HEBRAICARUM apud Salmanticenses professoribus

Uter Maior Homerus an Hesiodus? uariae discrepantesq; sententiae. nonnullorum testimonia. pauci adprobati, multi explosi, utrosq; coniecturae; ex his Veritas, uel ad illam hallucinatio, an et manuductio?

SCHED. VII.

Graecas huc usq; literas non uidere, fortasse non facile; inuidere sine fructu superuacaneum: dum nec latinas nimis datur adsequi in Hispaniâ praesertim, ubi (fatendum est) armata magis Pallas quam facunda floruit: utraq; nunc, sed remissior paullô. illam mitto, quae nobilibus Iberorum animis quasi innascitur; huic adhaereo, quae pacatis rebus illos lento licet gradu, sequitur: ut potest ex nobilitate ipsâ, animoq; profecta. Nunc uerò uobis, uel Polonis praeeuntibus, Balthasar et Ludouice, non uidere (facilem enim praemuniistis uiam) probrum. inuidere, uestris auspiciis non ualde necessum est: cum ea uel leuiter pangatis, quae non Homeri, Hesiodi, Pindari, Anacreontis, Theocriti, Theognidis, Simonidis, Moschi, Panysiadis aliorumq; in Graecia principum ληκύθους et μορφοθηκία redolent solùm; sed quae uel ipsorum superent opinionem. Euge his alumnis Hispania; Macta, si sapis, professoribus talibus SALMANTICA (siue Polyaeni Salmatis, siue Liuii Hermandica, aut Elmantica Stephani siue alia quaepiam sies.) saltem ut sapias: quid ergo? Sapiens

„ Prostat et in quaestu pro meretrice sedet?

Nec ullibi praemium, imò nec grates, ô sapientes quotquot estis

propter

propter hoc ipsum, insusurrat mihi senex ille Petronianus,
Nam amor ingenii neminem diuitem fecit;
" Qui pelago credit magno se foenore tollit,
" Qui pugnas et castra petit, praecingitur auro,
" Vilis adulator picto iacet ebrius ostro,
" Et qui sollicitat nuptas, ad praemia peccat
" Sola prouinosis horret facundia pannis,
" Atq inopi linguâ desertas inuocat artes.

Oracula in hanc tempestatem non uerba. Nostra audite de poëtis uere principibus Homero et Hesiodo differentia aequi Judices inter utrumq. Varia de eorum aeuo, uel aetate sententiae. Alii hunc illi illum huic praeferunt: alii eos coniungunt antiquiorem licet alterum annis alteri adnatum reddant: alii coaeuos coaetaneosq probant. Ego uos audientes qui me dicentem; Certamen inter Homerum et Hesiodum non paucis erroris ansam praebuit. Illud uero uel adagione notum Πανίδου ψῆφος Panidis suffragium, in stultos iudices imitatores Panidis Chalcidiae Regis, qui Hesiodum Homero praetulit: De quo exstat Dionis Epigramma, quod Agellius refert ex Varrone lib. de imaginibus, et ex antiquissimis Graecorum penetralibus litteris thessalicis scriptum ab Antonio Codro Vrceo, ut ipse testatur, repertum in haec uerba Ἡσίοδος μουσαῖς ἑλικώνεσσι τὸν δ' ἀνέθηκε ὑμνῷ νικήσας ἐν Χαλκίδι θεῖον Ὅμηρον Hesiodus Musis Heliconiadibus hunc tripodem dedicauit Hymno cum uicisset in Chalcide diuinum Homerum.

Erasm. Chil. III. Cent. V. ad XXXII.

lib. III. cap. XI. Noct. attic.

Serm. XI. fol LXXVIII.

Lil. Girald. sic
" Hesiodus posuit Musis Heliconibus istum
" Cum uicit Cantu diuinum in Chalcide Homerum

fol. LXXIII.

Plutarchus uersus ex his, quibus decertarunt aliquot adducit: ex hoc certamine Francis. Patricius dubitationem de

Lib. I. Sympos. et in cenu. VII. Sap.

utriusq

utriusq; aeuo elicit, quem meritò reüicio, cum de defunctorum Homeri et Hesiodi operibus posset esse contentio; aut Hesiodi uiui et Homeri mortui: praesertim cum Hesiodus illorum confinis et uicinus esset. Sed rem indecisam et controuersam a Patricio relictam, qua potero breuitate, enodabo. Philochorus et Xenophanes (ut Agellius adserit hanc rem lib. iii. cap. ix. discutiens) Homerum natu maiorem Hesiodo comprobant. L. verò Acius Poëta, et Euphorus Polyhistor minorem adprobant; futiliaq; Acii argumenta e primo ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΚΩΝ recitat, quod Homerus cum in principio carminis Achillem esse filium Pelei diceret, quis esset Peleus non addidit; quam rem procul dubio dixisset, nisi ab Hesiodo iam dictum uideretur: De Cyclope itidem uel maximè quod unoculus fuit, rem tam insignem non praeterüsset, nisi aeque prioris Hesiodi carminibus uulgatum esset. Sed hae nugae, quibus interüicit haec. M. autem Varro in primo de imaginibus uter prior sit parum constare dicit; sed non esse dubium quin aliquo tempore eodem uixerint, idq; epigrammate ostendit, quod in tripode scriptum est, quod in monte Helicone ab Hesiodo positum traditur. Quod, ut supra, sic etiam improbo, eâdem caussâ a Caelio dissentiens, quâ a Patricio: Uterq; enim hoc tripodis epigrammate fuit deceptus, ac cunctorum ueterum autoritate non perspectâ, imò falsa adductus: a quibus non tam dissentio (ut mox ostendam) quam a Scaligero Iulio, qui ridicula Acii uel Ephori coniecturâ deceptus maiorem Homero somniat Hesiodum; cui refutationis loco satis, auctorum id adserentium paucitas, nec non eiusdem opinionis inrisio poterit deseruire: itaq; ne actum agere uidear illo supersedeo: sed aliquot in hanc rem sententias coaceruabo, ut ex illis luce clarior nostra possit elici. In utriusq; aetatis ratione superuacaneâ non exigua est

lib. i de Rep. tit. VII.

Rhodig. VIII antiq. lect. cap. XV.

lib. i poet. cap. V.

auctorum

auctorum dissensio; sed in Homerica maior. Herodotus, qui illum (ut de se ipse testatur) et Hesiodum quadringentis annis praecessit, à bello Troiano centum sexaginta octo annis Homerum floruisse, in eiusdem uitae fine memoriae prodidit; Plutarchus aliorum opiniones recensens, sic inquit, ut de genere ac patria, ita et de temporibus, quibus fuerit, dubitatur: Aristarchus eo tempore dicit Homerum floruisse, quo* in Ionium colonia deducta est, post Heraclidarum uidelicet descensum annis LX. cum ante Heraclidarum gesta bellum Troianum annis LXXX. fuisset; Crates uerò ante Heraclidarum descensum fuisse confirmat: quod si ita est, non integri LXXX anni inter Troiani belli tempora et Homeri genesim reperientur interfuisse: et paullò superiùs: [Natum uerò Homerum belli Troiani tempore, eiusdemq spectatorem fuisse quidam scribunt.] Haec ferè uerba refert Tatianus Assyrius in Orat. ad Graecos propè finem, additq post alia: [Eratosthenes uerò post centesimum annum ab Ilio capto:] et illis quae de Aristarcho diximus, interiectis = [Philocorus post Ionicam migrationem praesidente Athenis Arcippo post Ilii captiuitatem annis C. et XXX; Apollodorus post eandem migrationem annis C. id est, ab Ilio capto annis CC. et L. Sunt qui ante Olympiades uixisse eum adserant, hoc est post Troiam captam annis CD. et XC. Alii longius descendentes Archilochi seculo Homerum coniungunt; Claruit autem Archilochus circa Olympiadem XXIII. tempore Cylidi annis a bello Troiano D.] Haec de Homericâ aetate inquit ille. Eusebius, quem Glareanus in Chronolog. in Dionys. Halicarnass. sequitur. Agrippa Siluio Latinorum Rege IX. ex historiâ latinâ Homerum claruisse comprobat ante Vrbem Romanam Conditam annis CXXIV. teste Apollodoro Grammatico, et Euphorbio Historico. ante Olympiadem primam An. C. Cornelio Nepote. Tostatus Abulensis Ecclesiae Praeses indefatigabilis studii uir in praefatione ad D. Hieronymum super Genesin antiquissimum eum uocat, atqß a creatione mundi quatuor mille ducentis sexaginta annis regnante Iosaphat uixisse prodit.

D. Ant.

In Hom. Vit.

* de hac uide Pausan. in Achaic. Clement Alex. 1 Stromat. Eratosth. et Eusebium in Chronicis.

Tatianus Iustin. Mart. sectator floruit sub Ant. Vero et Luc. Vide Bibliothecam Patrum tom. VIII.

In Chronicis

i. p. Sum. Hist. tit. III. cap. VI. in supplem. supp. Chron. lib IV. In Fabricâ mundi. In Chronograp. lib IV de Asse In Enchir. temp. lib. I. Chronolog. ætat. V. in Addit. ad Antonin.

D. Antoninus ~~Sabulis~~ Saulis Samuelisqß ætate refert extitisse. Hunc Bergomensis Augustinianus, Bernardus Perecius de Vargas, Hieronymus Chaues nostri imitantur, ut reliquos taceam. Budæus Dauidis tempori proximum facit, Venerus Dominicanus Olymp. XXIII. post Troianam cladem nongentis annis natum adserit. Genebrardus C. annis plus minus post bellum Troianum Salomone regnante. R. Petr. Maturius Rege Ioã ex coniunctione (de quâ inferiùs) Genebrardi conlegit. Post omnes Bartholomæus Brauus praeceptor olim in Oratoria noster in altero eorum uolumine, quibus uernaculâ linguâ de utraq tàm Ecclesiasticâ quàm Seculari Monarchiâ summam scripsit ~~[illegible]~~ secundum Cassiodorum Homerum uiguisse anno Mundi M. D. CCC. XXXVIII. ante CHRISTVM M. C. XXIV. adfirmat. quid e recentioribus plures? Cassius apud Agellium memoriæ in Annalibus mandauit Homerum uixisse post Troian. bellum annis CXL. Cornel. Nep. ante Romam Condit. An. circiter CLX. Solinus humanis rebus excessisse post Ilium captum An. CC. LXXII. Archilochus Homerum Moeonium (ut ab aliis differat) a Troiano excidio An. D. floruisse libello de temporibus dicit. Velleius Paterculus longiùs a temporibus belli, quod composuit, Troici, quam quidam rentur abfuisse refert: Nam fermè ante annos nongentos quinquaginta floruit. Hæc de Homero, fortassis multa et inepta uidebuntur, cum pauciora de Hesiodo simus denarraturi. Agellius ut ex quo anteà initium sumpsimus, auspicemur, lib. XVII. quoniam, inquit, de Homero et Hesiodo inter omnes fermè scriptores constitit, ætatem eos egisse uel eisdem ferè temporibus, uel Homerum aliquanto antiquiorem. Vtrumq tamen ante Romam condi,,

lib. VII. cap. XXI.

Cap. LIII. Polyh.

lib. I. Histor. Rom.

Cap. XXI.

,, tam

tam uixisse, Siluiis Albæ regnantibus, annis post bellum Troianum (ut Cassius in 1. Annalium de Homero atqß Hesiodo scriptum reliquit) plus C. atq XL. ante Romam conditam ut Cornelius Nep. in 1. Chron. de Homero dixit An. circiter C. et LX. Nonne Homerum ex iis aliquanto maiorem eliciemus? cui consentit Ado in Chronico ætate III. An. ∞ ∞ ∞ ∞ LXXXV. Homerum uiguisse, Hesiodum ætat. IV. An. ∞ ∞ ∞ ∞ CCC LXXVI. Videamus qui coniungant utrumq. Adamantius Origenes contra Celsum, sed non ut coætaneos, ut Homerum antiquiorem. B. etiam Cyrillus lib contra Julianum eos coniungit et floruisse ait C. LXV. post captam Troiam Lacedæmoniorum Laboto, Assyriorum Laosthene, Latinorum Albâ Siluio, Corinthiorum Agelao Regibus. Et lib. VII. coætaneum Salomoni Homerum facit. Quinctilianus lib. X Cap. 1. Clemens Alexand. lib. V. Stromat. Augustin. Eugubinus lib. 1. de perenni Philosophiâ cap. III. contemporaneos uolunt, præter cæteros: a quibus, ni malè diuino, non abhorret Maximus Tyrius dissert. VII. Lucian. lib. II. Historiarum uerarum tom. 1. sed in hoc falsarum, ut in aliis, fallitur enim certamine supra adserto inter utrumq habito, uel ex aliorum opinione, uel suo more, qui falsa veri nomine ludibundus contegit. Eremita Bergomensis, Maturius, Brauus locis iam laudatis. Distinguunt uerò eos Velleius lib. 1. cap. XX. et post alios Genebrardus C. quo inclinat Ado Viennensis: quorum ego uestigiis insisto, cum uel ex supputatione temporum, rationibusq plurimis constet euidenter: quod et tuus Balthasar, socerus Francis. Sanctius in notis ad Alciatum Emblem. uidetur innuere: unde nequaquam inferendum coætaneos quod ab Auctoribus Herodoto inprimis adiungatur

gantur. id enim poëseos, et ætatis propinquitate successioneq; factum reor. Quibus finem (ne amplius morer) adfero lubens, cum Seneca his in nos uideatur inuehere illa, increpans, discamus

Ep. LXXXIIX. quæ Homerum fecere sapientem, hoc quidem me quærere utrum maior ætate fuerit Homerus an Hesiodus non magis ad rem pertinet, an maior Hecuba fuerit quam Helena. Et si aliter

Cap. LXX. Imperatore sentiente Tiberio, qui, ut ait Suetonius, Grammaticos, quod genus hominum præcipue ut diximus (cap. LVI.) adpetebat, eiusmodi fere quæstionibus experiebatur: Quæ mater Hecubæ, quod Achilli nomen inter Virgines fuisset, quid Sirenes cantare sint solitæ.] Quæ cum iucunda sint, quanto magis quæ ad Historiæ ueteris cognitionem pertinent, ut iucundiora et utiliora aliquando adpetenda; ex quibus Senecæ verbis ut illuc redeam (uix lubens ad firmo) Homerum aliquanto

lib. XV. cap. XVII. Antropol. maiorem uideor indagare. Volaterranum non audiens, qui hunc illi posthabet. Ego uobis omnes itaq uestri iudicii, cui lubentia ipsâ lubentior stabo, quidquid erit, esto, VV. CL. Plura qui uolet adeat, Ciceron lib. de Senect. Porphyr. Suidam, Hec-

Joachim Fortius ad finem Chaos. Archilos. adhæret. clid. Ponticum, qui de hac re duos dialogos scripsit. Pausan. in Beo. Fr. Robertellum. Hieronym. Magium lib. I. Miscel. cap. IV. Alex. Neapol. VI. cap. XIX. in eum Tiraquel. Jo. Speed. in Homer. Politian. præfat. in eundem. Steph. Nigrum aliâ præfat. Ant. Codrum. Serm. I. III. VII. VIII. et præcip. XI. Lib. Gir. de poët. Jo. Crispin. in notis ad Hesiod. suæ editionis. Lips. in Sen.

lib. I. manuduct. ad Stoic. Phil. epist. LXXXVIII qui uidetur uel ordinem temporum inuertere, uel sentire Hesiodum Homero maiorem. D. Heinsium initio operum Hesiodi absse recensiti. J. Pontan. Attic. Bellar. tom. III. fol. XXXII. alios.

ANTONIO NAVARRO. V.N.

Regiæ Maiestati a secretis

Sapho Phaoni apud Ouidium inlustrata, conrecta ex fragmentis Saphus imitationes Ouidianæ indicatæ, ex iis utriusq elucidatio

SCHED. VIII.

Quis credat in Hispania Virum nobilem litterarum non solum amantem sed et callentem optime: nec nostratium modò, uel Latinarum, uerùm et Græcarum cognitione adeò inlustrem, ut uel Atticissimis non comparari, sed omnino præstare undequaq possit. Hâc inter alias potissimùm ratione uel primò uisum te sum amplexus, quem iam diu famâ amâram: quemq meritissimò Rex noster Magnus et amat, et æstimat, qui te aliis honorificis muneribus præclarè functum ærario uerè regio et Hispanicis precitioribus auro thesauris apud Simancas præfecerit; ubi χαρτοφυλάκιον, ut uocat Hesychius, siue ut Athenæus* ἀρχεῖον, aut, ut Cicero, tabularium publicum rerum omnium Hispanicarum et regiè et religiosè adseruatur: ex quo fructus tuo labore et industriâ ἀξίους propediem exspectamus. Deus faxit et ut conatibus respondeat euentus,

" De nostris annis tibi Iuppiter augeat annos; et cum uoto tesserariam hanc amicitiæ fortiter indies adolescentis tabellam cape; quam tuo nomini, antequam te uiderem, dicatum, uiso promissum libenter iui, nunc ex solutum

*Tablinum uocat Plin. lib. XXXV cap. II. Archiuum Vopisc. in Aur

Tertul. cap. XXXV hanc formulam antiq. refert.

tum libentius; cui enim te melius, quis hæc ἀττικώτερον introspicis, humanius iudicas?

In elegantissima (ut quæ maximè) Nasonis ad Phaonem epistolâ lectionum varietatem ex editione Plantiniana anno ∞ IↃ. LXI. et Henrici Steph. ∞. D. LXVI. ad calcem Græcorum poëtarum Lyricorum quid notem, cum maxima sit et conferri queat? satis sit admonere, hanc tamen emendatiorem illâ autumo. sed hæc emendo

" Tunc te plus solito lasciuia nostra iuuabat
" Crebraqß mobilitas aptaq uerba loco

[Loco] reponens: nam præcesserat

— omniq à parte placebam
" Sed tunc præcipuè cum fit amoris opus

et statim illo intermedio

" Et quod ubi amborum fuerat confusa Voluptas
" Plurimus in lasso corpore languor erat

Hæc emendabam. notabam uerò alia, non dubitans quin Sulmonensis Vates doctissim. multa in hanc Epistolam Saphus, ex ipsius. Saphus uerbis ingesserit, uel ad illa adluserit. Specimen è paucis non datum unquam, quod sciam, dabo. En.

" Sum breuis: et nomen quod terras impleat omnes
" Est mihi: mensuram nominis ipsa fero.

Quid si illuc è Sappho ipsâ respexerit apud Scholiasten Pindari in explicatione uocis καρίζεσθαι? καὶ Σάπφω Μικρά μοι παῖς ἔμμεναι λιοθόκαρις Et Sappho parua mihi uideris esse o puella: quod etiam reperies apud Plutarchum lib. de amore Sappho ad Venerem

" Tu quoq quæ montes celebras Eryricina Sicanos
" Nam tua sum, Vati consule, Diua, tuæ.

* Canticum ad Venerem

* Ἄσμα εἰς Ἀφροδίτην exstat apud Dionys. Halicar: lib.

* De structura oration.

* περὶ συνθέσεως ὀνομάτων. quo Quidius fortassean

tendit

tendit, tu uide. Hæc excerpo.

Ποικιλοθρὸν ἀθανατ' Ἀφροδίτα
Παῖ Διὸς δολόπλοκε λισσεμαῖσε
Μὴ μ' ἄταισι μηδ' ἀνίαισι δάμνα
πότνια θυμόν.
Ἀλλὰ τήδ' ἔλθι αἴποτε κατ' ἔρωτα
Τὰς ἐμὰς αὐδὰς αἴοις, ἂν πολλὰκ
Ἐκλυες πατρὸς δὲ δόμον λυποῖσα
χρύσεον ἦλθες

Sedibus gaudens uariis dolisq;
O Iouis proles Cypri sempiterna
Confici me ne patiaris, oro dolore
Diua dolore
Huc ades tandem, precibus uocata
Si meis unquam celer affuisti:
Tecta me propter quia sæpe linquis
Aurea Patris

Et quos in se narrat deinceps adfectus Veneris, et conloquium: Rationes anquirit et reddit cur semper amet, inter alias.

" Siue abeunt studia in mores artesq; magistras
Ingenium nobis molle Thaliæ dedit

Apud auctorem Etymologici ἀλλά τις οὐκ ἐμμὶ παλίγκοτος θρεγάν, ἀλλὰ ἀβάκη τὰν φρένα ἔχω Verum non sum iracundis moribus (prædita) sed placidam mentem habeo.

" At mihi Pegasides blandissima carmina dictant
" Iam canitur toto nomen in orbe meum.

Eiusdem Poëtriæ apud Aristidem fragmentum latet, huic rei non inconcinnum Oratione de incongruo dicto οἶμαι δέσε κ̄ς

Περὶ τοῦ παραφθέγματος λόγῳ

Σαπφοῦς

Σαπφοῦς ἀκηκοέναι πρός τινας τῶν εὐδαιμόνων δοκούσων εἶναι γυναίκων μεγαλαυχομένης, καὶ λεγούσης ὡς αὐτὴν αἱ μοῦσαι τῷ ὄντι ὄλβιαν τε καὶ ζηλωτὴν ἐποίησαν, καὶ ὡς οὐδὲ ἀποθανούσης ἴσται λήθη: existimo autem te Sapphum etiam audiisse apud quandam mulieres, quæ beatæ sibi videbantur, magnificè se efferentem, et dicentem se a studiis reverâ felicem factam, et sortem cuivis expetendam esse consecutam, seq ne mortuam quidem oblivioni datum iri. Quin et subiungit

"Nec plus Alcæus consors patriæq Cyræq
" Laudis habet, quamvis grandior ille sonet

Sic et ipsa apud Hephæstionem Πέῤῥοχος ὡς ὅτ' ἄοιδος ὁ λέσβιος ἀλλοδάποισιν: eminentissimus ut cantor Lesbius inter cæteros.] De Alcæi præstantiâ absq dubio. Aristoteles etiam lib 11. Rhetoric. Alcæum et Sapphum conloquentes inducit sic

Φησὶν ὁ Ἀλκαῖος = dicit Alcæus.
Θέλω πί τ' εἰπεῖν, ἀλλά με κωλύει αἰδώς
= Volo tibi aliquid dicere, sed me impedit pudor
ἀποκρίνεται δὲ ἡ Σαπφώ respondet verò Sappho.

Αἰ δ' ἴκες ἐς ἐσλῶν ἵμερον καὶ καλῶν, καὶ μὴ τ' εἰπεῖν γλώσσεν κακόν, αἰδώς κέν σε οὐκ εἶχεν ὄμματα, ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῷ δικαίῳ At si te cepisset bonarum rerum aut honestarum desiderium, nec lingua tua trepidasset improbam prolatura: pudor profecto oculos tuos non occupasset, sed loquereris de re iustâ.]

Redeo ad Nasonem

" Te mihi cura Phaon, te somnia nostra reducunt
" Somnia formoso candidiora die
" Illic te inveni &c.
" At cum se Titan extendit, et omnia secum
Tam citò me somnos destituisse queror.

Vide an ex illis apud Hephæstionem ex eâdem

" Προσελιξάμην ὄναρ Κυπρογενείᾳ
" Dormivi in somnis unâ cum Cypride

et apud

et apud eundem alia hæc mellitissima.

Δέδυκε μὲν ἀ σέλανα
καὶ Πλειάδες, μέσαι δὲ
νύκτες, παρα δ' ἔρχετ' ὤρα
ἐγὼ δὲ μόνα καθεύδω

" Jam lucera quidem Luna
" Jam Pleiades occiderunt
" Jam nox media est, et hora
" Jam præterit; ipsa uerò
" Ah sola cubo miseˢ illa

Pergo ulterius.

" Est nitidus uitreoq magis pellucidus amne
" Fons sacer hunc multi numen habere putant
" Quem supra ramos extendit aquatica lotos
" Vna nemus ——

ἐμοὶ Hermogenem περὶ ἰδεῶν, de dulcedine orationis agentem inter alia ex Sappho fragmenta hoc exstat, Ἀμφὶ δένδεων ψυχρὸν κελάδει δι' ὔδωρ μαλίνων: Circum autem aqua frigida sonum edit per ramos. Plura quid referam fidei emendandi? λέγειν non opus: alii illustrent sive censeant. Tu inprimis doctorum Clarissime.

περὶ γλυκύτητος κεφαλ. Tom. II.

Inciperamus hæc Viro Cl. qui iam abiit

illuc vnde negant redire quenquam,

ante aliquot annos: tandem nobis in Casaboniis nostro rusticantibus, ne nihil ageremus cupido incessit Poetriarum fragmenta recensendi, vertendi, emulgandi. Factum, ni me animus fallit feliciter. Sic, quod alias, expertus, discipulum esse prioris posteriorem diem, etiam sum. Itaq quum necessario scriptorum, qui in Sapphica fragmenta inciderent, omne genus pervolutarem, animadverti controversum inter Criticos antiquos, an ipsæ hæc epistolia scripta prius a Sappho Græcè fuerit, et ab Ouidio transcripta, an ab ipso Ouidio, vt cætera, adinuenta. Quod malim. Dixêre tamen de hac ipsius imitatione nonnihil aliquot scriptores non infimæ notæ, quos recensere meo ingenui animi more Operæ pretium visum est. Inprimis Domitius Calderinus sua tempestate non incelebris Grammaticus Comment. I. Bapt. Egnatius Observ. in Sanct. ep. Iac. Nicol. Loensis vitæ Epistol. cl. Fid. Orsini Not. in fragm. Lyric. fol. 289 a quibus opella hæc nostra aliquid lucis adcrescit.

BARTHOLOMAEO ET LUPERCIO LEONARDIS D'ARGENSOLA

Fratribus doctissimis.

Neapolim

Aliquot in C. Valeru Catulli hendecasyllabos ex coniecturâ castigationes, Horatius ex uetusto codice animaduersus, Senecæ uera lectio confirmata, Suetonii ostensa

SCHED. IX.

Suis ut Italia Tassis, uobis Leonardis VV. CL. Hispania gaudebit; quam foelicissimorum ingeniorum fœtibus propè beastis *μείζω nempe τινὰ ἢ κατ' ἄνθρωπον σοφίαν σοφοί. Sciunt hoc omnes. Excellentiss. Princeps Neapolitanus Prorex Comes de Lemos singularis omnium honestarum artium patronus

— qui prælia Musis

Temperat et Geticum moderatur Apolline Martem

Comitate Prudentiam, Maiestatem Virtute, ut rerum omnium scientiam prodigâ largitione eruditorum cuiq non sine admiratione communicat: quiq ob tam præclaras animi ingeniiq dotes cum multos Hispanorum procerum uelut inglorios et ignobiles oblivio olim obruat, ipse posteritati narratus et traditus superstes erit. Sed ne occasione aliunde sumptâ tanquam *θυμιάμασιν ἀλλοτρίοις τὸ θεῖον σέβεσθαι uidear, subsisto; dum peculiari tantum Heroa *προσφωνήσει adeo, aduoco. Is, inquam, probè se uos scire adfirmat, cum secum habeat et consiliorum socios et operum. Ego non malè, qui uestra scripta adcuratè dispendo:

Vellem

*Maiorem quam pro homine est sapientiam sapientes.

~~Maiore~~

Auson. Epig. 1.

Tacit. in uit. Ag.

*alieno incenso Deum uenerari

*compellatione

Vellem sic ista à Vobis in Catullo optimo Poëta, Poëtæ Optimi, quæ nuper in hendecasyllabos, illos percurrens obiter, adnotabam.

In Carmen. II. an et I.*!

Ad Passerem Lesbiæ.

Vide me sched. X. Dec. XII.

" Passer deliciæ meæ puellæ
" Quicum ludere, quem in sinu tenere
" Quoi, primum digitum dare adpetenti
" Et acris solet incitare morsus
" Cum desiderio meo nitenti
" Carum nescio quid lubet iocari:

...go tenenti, ut teneat desiderium (ut uocat amicam) suum, quâ cum unà ...illo iocaretur. durum enim illud loquendi genus desiderio nitenti, ...at de amicâ per tralationem res sit, uidetur. nec abhorrebo pror... ab interpretatione Josephi Scaligeri, si ipse quid nitenti sit inter... ...etur; quod cum non præstet, meæ sto: Palladium, Fusum, et ...t. Parthenium non audio, qui pro nitidâ et gratâ amicâ desiderio ...itenti explicant. Desiderium inter amantium blanditias reponi ...litum non nouum. Petron. Chrysis. [Tu desiderium, tu Voluptas ...ea]. ad Polien. Horatius ad Mæcenat.

" O Desiderium et dulce decus meum.

Hieronym. ad Nepotian. Lumen meum, meum desiderium, et cæteras ...eptias amatorum: sed nunquam cum addito, ut in Catullo, Deside... ...io nitenti; quæ omnia locum erroris conuincunt. Addo et aliquid ...ortasse, ibi deesse. Nam cum dixisset

" Carum nescio quid lubet iocari

...arum ioci infra. sed hæc constanter, audacter uerò ad

Carmen XIX ad Varum.

...ta

" Suffenus iste, Vare, quem probè nosti
" Homo est uenustus, et dicax et Vrbanus,

Et desiderii poculum pro amatorio apud Horat: de quo late Turneb. XXVI. Adu. cap. VIII et Fran. Juret in not. ad Symm. lib. IX ep. XXVIII.

Idemq

~~Idemq longè plurimos facit versus~~

" Idemq longè plurimos facit versus,
" Puto esse ego illi millia at decem, aut plura
" Perscripta, nec sic, ut fit, in Palimpsesto
" Relata —

Lego

" Puto esse ego illi millia ut decem; aut plura
" Perscripta —

Vel, ac decem, ex modo loquendi communiori, ut rem uel diminuamus uel augeamus; sic Hispanè dicerem [io pienso q el tiene ia acabados de escribir mil o mas uersos como diez] nec quisquam putet propter numeri augmentum [aut decem] reponi debere: millia tantùm parum esse, nam numerum indeterminatum pro determinato non nouum usurpari; nam decem millia quod intelligunt Parth. et Pallad. nugæ meræ. inferiùs

— qui modò scurra,
" Aut siquid hac re *tritius uidebatur,
" Idem infaceto et infacetior rure

Legerim.

— inficeto est inficetior iure

Et pro iuris insipidâ potione usurparim; non ut alii pro rusticitate. ruri enim inficetiæ nescio an bene adtribuantur nec me mouent illa eiusdem Catulli.

* tristius in m. s. non malè, sed optimè "hoc retritius" Scal. retritum namq παλιν, τρεβὲς. inficetum scribend. benè probat Muretus. Var. lect. VIII. cap. XII. ex suâ ipsius, Politiani, Barbari, et m. s. omnium auctoritate.

IV
Ep. XCII.

In Annales Volusii

Quæ statim dabo, cum monuerim hoc nomen Senecæ restituendum ac reponendum pro Tamusii illis uerbis, [et paucorum uersuum liber est, et quidem laudandus, atq Vtilis: Annales Tamusii scit quàm non decori sint et quid uocentur: æquè est uita quorundam longa, et quod Tamusii sequitur annales;] qui in Volusium, meo

iudicio

...dicio mutandus, ad quem prorsus respexisse Senecam illa verba ...potissimum indicio erunt [et quid uocentur] ut in Catullo [cacata ...arta.] Scio Tamusii nomen apud Suetonium exstare [meminerunt ...coniurationis (syllanae) Tamusius (in aliis Tanusius) Geminus ...historia] aut Tranquillus. Lipsius hunc autumat, quem heu non audio. ...risoria illa Senecae Verba, Suetonii non item. Annalium mentio apud ...lum, apud hunc historiae: et quid inter utrumq intersit, Agellius ...tis docet: hinc hoc, quicquid coniecturae isti tribuo* ἀναντίῤῥητον ...ocul dubio est; licet Muretus non audeat adseuerare; Scaliger alios ...tet, sed quod inferius Catullus.

In Iulio IX.

lib. V. noct. attic

*extra contradictionem

" At Volusi annales Patauii morientur ad Vrbem
" Et laxas scombris saepe dabunt tunicas.

...nifice huc facit. Haec in Epigraphen Carminis, en ipsum, et quae ...ipsum

" At uos interea uenite in ignem
" Pleni ruris et inficetiarum
" Annales Volusi, cacata charta

...t nonnulli emendant. cum inter libros ueteres uideam discrepare, et ...alio thuris reponi, nec prorsus male; ut in Horatio.

Pallad.
Muret.

" Deferat in uicum uendentem thus et odores
" Et piper, et chartis quicquid amicitur ineptis

Epist. I. lib. II.

...llud adnotabo in meo codice peruetusto *inemptis legi, sed uulgata ...lacet lectio; licet haec non aspernanda; potest namq ad muneris uili...atem et paruitatem contemptumq referri, ut non solum ab ullo eius ...odi charta non legantur, sed neq ad contemptibilia quaeq quis emat: uel inemptis ...uia adeo notae malae et ineptae, ut nullius manibus terantur, nec ab ...llo ad legendum emantur. Ad rem redeo. et thuris in hanc rem usum ...perietis in Persio Sat. I.

Vt idem Horatius. licet in alium sensum dapes inemptas. alibi et Virg. IV Georg. — dapibus mensas onerabat inemptis

— nec scombros metuentia carmina nec thus.

...Mart. lib. XI. epig. II.

" uel thuris piperisq erunt cucullus;

et aliis

et aliis, in quo mecum sentiunt Scalig. F. Achilles Stat, et ante illos Parthenius. Addo et in ficetiarum nomen pro rebus omnibus, quibus hæ misellæ chartæ destinabantur, posse usurpari; quippe quæ scombrorum, cordyllarum, baccarum ex oliuis, piperis, et id genus aliarum reruculinæ uel officinarum usui congruentium inuolucra et tegumenta fierent: ut ex Martiali ipso locis pluribus patet, scio ab ancillulâ Plautinâ in Truculento adpellari seruum a quo rustice excipiebatur rus merum, quid inde? ad rem iterum, et ad

lib. XII. ep. I.
lib. III. ep. II.
IV. ep. IIX. LXXXVII.
et Papin. lib. IV.
silu. in risu sat. ad Plot.

Carmen XXV. ad Veranium et Fabullum

" Pisonis comites cohors inanis
" Aptis sarcinulis et expeditis.

Forte legendum.

" Apti sarcinulis et expediti;

probo (non negem bono etiam latinoq, ut in uulgatis est, usurpari) sensu, et nescio an ad lucelli exiguam, de quâ inferius, ad secutionem et ad totum recurrat Epigramma. Videant docti.

Carmen XXX ad Ipsitillam.

" Amabo, mea dulcis Ipsitilla,
" Meæ deliciæ, mei lepores
" Iube, ad te ueniam meridiatum
" Quod si iusseris illud adiuuato
" Ne quid liminis obseret tabellam:

Adiubeto lego; nam licet pro addito antiquè (ut obseruarunt* alii possis interpretari, nescio quid lusus elicit poeta in uerbo iubeo uers. III iube IV. iusseris; et IX quod magis confirmat.

* Pallad. Parthen. Muret. Stat. Scal.

" Verum si quid ages, statim iubeto.

Et quasi repetitio uel conclusio præcedentis uidetur esse: nec uideo cur Turnebum ~~[illegible]~~ Scaliger hic sugillet.

Carmen.

Carmen XXXVIII. ad Rauidum

Sic legunt omnes, ego Rabidum, ficto fortassis nomine, ut amen-
tem adpellet, quod et carmine testatur.

" Quænam te mala mens, miselle Rabide,
" Agit præcipitem in meos iambos?
" Quis Deus tibi tam bene aduocatus
" Vecordem parat excitare vixam?
" An ut peruenias in ora vulgi?
" Quidnis? qualibet esse notus optas?
" Eris: quandoquidem meos amores
" Cum longâ uoluisti amare poenâ.

Integrum adposui, ut acumen elicerem; in Vers. VI uariant uiri
docti; Muret. ut scripsi; et Plantiniana edit. An. CIↃ. IↃ. LXII.
Achilles uerò Stat.

† eodem modo Griphian. An. ∞. IↃ. LXXIII.

Quidni?

" Quouis qualibet esse notus optas;

Ego, ni fallor, argutiùs

" Quidni? qualubet esse notus optas;
" Eris:

Hoc est, bene; nec absq. fructu facis; nam quomodo uis notus esse,
uis, poenâ tamen non liber.

Carmen. XXXIX. de Acme

" Acme illa, illa puella defututa
" Tota millia me decem poposcit
" Ista turpiculo puella naso:

Lego illa pro ista, repetitio enim hæc et concinna ualdè, nec inusi-
tata, Catullus idem.

Carm. LVI.

" Cæli, Lesbia nostra, Lesbia illa

Illa

" Illa Lesbia

lib. 1. Verisimil. cap. ii.

Ad hunc modum alia, ut in Sed ac et obseruauit olim erudit[illegible]mus Adulescens Lucas Fruterius apud Tibullum; sed nec hoc [illegible] mihi persuasum esse Hendecasyllabos omnes de Acme et Septimio, [illegible] sparsim, unà debere constitui: nescio quid tale odoror; sed nescio [illegible] Ah me, pro Acme, legit Scalig. sed frustra, ut et illud quod de [illegible]ginoso confingit: et si aliter quam Parth. Pallad. Muret.

— nec rogare

" Qualis sit solet hæc imaginosum;

Emendaram

— imago nasum;

ob illud

— turpiculo puella naso

— nec minimo puella naso;

Non ferens pro speculo imaginosum usurpari, a reddendis intu[illegible] imaginibus; hoc enim nimis coniectari uidebatur; et confirmata[illegible] inueni meam suspicionem emendatione simili doctissimi Viri Ha[illegible]ani Turnebi; fateor, gauisus sum eadem in mentem meam ue[illegible] quæ tali uiro adriserant.

In eandem Acmen XLI.

" Salue nec minimo puella naso

" Nec bello pede, nec nigris ocellis

" Nec longis digitis, nec ore sicco

Non quod frequenter exspueret: quod cum omnibus, tum puellis [illegible]puè indecorum est. et sic Iuuenalis nasum siccum uocarit eius mulieris, quæ non sæpè emungeret, ut ait Muret. aliud certe apud Catullum ore sicco aliud apud Iuuenalem

Sat. VI. Vers. CXLVIII. Curculion. IV. de L.L. Cum Scalig in coniectan.

— sicco uenit altera naso

hic de muliere aridâ, quod uitium Plautus notat.

" tibi qui screanti, siccæ, semisomnæ adfert potione[illegible]

Sic Varronem emendo ab excreando, scientia siccam significat [illegible] de muliere non sobriâ uel uinosâ interpretandus: nam sicco madid[illegible]

opponit[illegible]

opponitur in Plaut. Asin. Scen. IV. in Cicer. Agrariâ. in Senatu, et
in Lucullo sicco uinolentus; sicco uncidus in Hor. od. V. lib. IV. in Pers.
ebrius sicco Sat V. sic sicci homines pro ininiis (ut cum antiquis
loquar) uel sobriis apud Tull. in Acad. Hor. lib. I. ep. XIV. et alios.
sic illa apud Afranium in Diuortio.

apud Non. Marc. uoce uinosa

" Vigilans, ac solers, sicca, sana, sobria
" Vinosa non sum; et si sim, non desunt mihi
" Qui altro dent; aetas integra est forma satis

Sic Heraclitus apud Stobaeum ὑγιὴ ψυχὴ opponit ἀνλῷ; sic
Εὐτέον abstemiam inuenies in Pindaro apud Plutarcham, et Athenaeum lib II. quid plura in re satis notâ? nos non in eâ sicci,
in illud tamen

Carmen. XLIII. de Acme et Septimio

" At Acme, leuiter caput inflectens
" Et dulces pueri ebrios ocellos
" Illo purpureo ore suauiata
" Sic inquit ——

Inuerto leuiter, et muto literas sic

" Olli purpureo ore suauiata
" Sic inquit ——

Conuiuiis more ueteri, ut in Virgilio non semel. Vnde Quinct. lib. VIII
Cum sint omnia uerba propria, ficta, translata: propriis dignita-
tem dat antiquitas. Nam et sanctiorem et magis admirabilem fa-
ciunt orationem, quibus non quilibet fuerat usurus; eog argumento
maxime iudicii P. Virgilius mirè est usus. Olli enim, et quianam,
et mi, et ponè, pellucent ad adspergendam illam quae etiam in picturis
* ut grauissima, uetustatis inimitabilem arti auctoritatem. Sed
attendum modò, nec ex ultimis tenebris repetenda. Quid plura
in capita his et antiquariis? totum uerò carmen adtentiùs perpen-
dendum

* quid si gratissima

dendum; in illis præsertim

— amor sinistra, ut ante

Dextra, sternuit adprobatione:

Vbi uariari interpunctiones et sensus uideo. Hæreo, fateor, et nihil ex aliorum rationibus adhuc extrico; Vos doctissimorum fratrum par, siquid in hanc rem noui, quod ab aliis ingeniis facile sperdate.

Carmen XLIV.

Ad seipsum de aduentu Veris;

" Iam mens prætrepidans auet Vagari;

Sat. IV. Hinc Persius (qui admirator fuit Catulli; et in illo agnoscens

— præcedenti spectatur mantica tergo

In Catullo ad Furium

— non uidemus manticæ quod in tergo est)

Sat. II. — Lætari per tepidum cor;

Sed *omnes ferè prætrepidum agnoscunt; quod prætermittere haudquaquam uolui; uti illud.

Carmen. XLV ad Portium et Socrationem.

Cum interrogationis notâ ad finem legendum

" Vos conuiuia lauta sumptuosè

" De die facitis; mei sodales

" Quærunt in triuiis uocationes?

probo sensu: non absq illâ ut in Mureto, improbo. Haud ita ego uobis probissimi probatissimique Fratres.

*Sanctius, Marcilius, Pulman. Autumn. Lubin. Claeuer. præter antiquum Scholiasten Cornutum, et Lutetian. edit. Anno CIↃ. IↃCI. et M.S. Jacobi Miggrodii.

Doctori Joanni de Solorzano Pereira Regio apud Peruanos Consiliario in Salmanticensi olim Academiâ primario Cæsarei Juris Antecessori.

Lucretio uox restituta. Ennio mutata. Horatio anceps, Licinio certa, Persio, aliis elucidata: Obstipum Obstitum quid?

SCHED. X

Scio Vir Cl. quanti Veram germanamq Latini Sermonis proprietatem æstimes, quantamq ingenio probo, labore improbo sis adsecutus; ratus nimirum ad certam Juris Cæsarei et Decretorum Pontificalium interpretationem conlaturam non parum. Cuius tutemet experimento es quippè quē uel ex tempore et consultissimè et latinissimè dicentem non semel sumus admirati. Quamobrem tui Judicii esto quicquid hêic adnotaro. Carmen in Lucretio Latii sermonis optimo adsertore corruptum, ni fallor, inuenies lib. IV. de nat. rer. hoc illud.

" Omnia mendosè fieri, atqß obstipa necessum est

Sic a Lambino adstructum. Sed antiquorum codicum auctoritatem sequor libentiùs aliter legens.

" O. m. f. a. obstita necessum est.

Nam licet interpretatio Lambiniana non obstipa detortauè prauè uideatur; antiquarias in hoc scriptore uoces debemus retinere, præsertim sensui non malo adhærentes. Nam cum obstita loca sint de coelo tacta et fanatica teste Festo, qui pro uiolato usurpat, apud ipsumq Cloatius, et Aelius Stilo esse dicant, uiolatum attactumq de coelo, obstitum: non malè hêic quasi mendosa, ac ueluti ruinâ aliquâ destructa, scabra, malè cohærentia interpretabimur: addit namq

" Praua, cubantia, prona, supina atq obsona tecta
" Jam ruere ut quædam uideantur uelle, ruantqß.

Sic apud Ennium ~~eâdem ratione~~ Annalium XVIII. obstita eadem ratione ductus pro obstipa emendem, cum ait

" Montibus obstitis, obstantibus unde oritur nox.

In Horatio addubitem ~~utrum~~ illud an hoc reponi oporteat Sat V. lib.

Dauus sis Comicus atq

" Stes capite obstipo, multum similis metuenti.

Quid si obstito? utrumq non malè. metuenti namq ~~...~~ similis erit et obstipus capite et obstitus. Hoc enim Hispani acutiori significatione dicimus [pasmar, pasmado] eum qui metu ualentiori corrupit uel obstupuit, uel obstitit. sic loquar non etymo (nugæ hæ) sed occasioni seruiens; illud, quia metus obsequentiorem, intentioremq unumquemq reddit. Ast ex C. Licinio Imbrici Veteri Comico illud.

" Resupina, obstito capitulo, sibi uentum facere tuniculâ

Lubens commutem in obstipo; formâ ad rem aptâ, nempe resupinâ, et uentum (modo dicendi Plaut. in Curcul. Terent. in Eunucho usitatum) faciente. Similiter in Persio nescio quis de gente Centurionum dicebat

non ego curo

Sat III. Vers. LXXVIII. &c.

" Esse quod Arcesilas, ærumnosiqß Solones

" Obstipo capite, et figentes lumine terram;

" Murmura cum secum et rabiosa silentia rodunt;

quod tacitâ et intentâ cogitatione quasi obstupidi uideantur, " Scholiastes uetus; benè ad rem, malè ad etymon, et obstipo idem inclinato, et grauitatem simulante, et cum obliquitate fixo: ... obliquitate: nam obstipus non alius, quam ἐπικεκυφῶς. Idem expressit Apuleius lib IX. extremo obliquatâ ceruice dixit et lib. VI. Si benè cum Godescalco Steuuechio legas pro obliquatâ obliquatâ: Sic Tiberius in Suetonio incedebat ceruice rigidâ obstipâ, adducto ferè uultu plerumq tacitus. Sic Homerus in ...

Cap. LXV.

quæ

DECAS DECIMA.

RARVM SVBSECIVARVM.

AD

MICOS, DOCTOS, NOBILES.

SCHEDIASM. I. D. Garcerano Albandl. V. in

II. R. Heriberto Rosweido S. I.

III. Guilhelmo Bosuelo, Io. Tauernerio.

IV. Francisco de sancta Maria, Franc. Gute

V. I. PHILIPPO MASSACO V.C.

VI. R. Ioanni Pineda. S.I.

VII. R. Martino de Roa S.I.

VIII. ~~R. Petro de Hojeda S.I.~~ BARTHOLOMEO MORLANIO V.CL

IX. Io. Sanfordio, Guilh. Swoysto.

X. Inlustriss. Cardinali Rob. Bellarmino.

I. PH. IACOBO MAVSSACO. V. CL.

Psellus an Nilus libellum περὶ τῶν λίθων scripserit, cuiuscunq; sit ex tribus manuscriptis datus iterum cum auctuario et latinus denuò factus.

SCHEDIASMA V

Tuas in Harpocrationis λεξικὸν notas cum voluptate ac fructu legimus ex illa amorem in te, ex hoc in me profectum, ex utroq; tantam tui admirationem cepimus, vt similes tanti ingenii diuitias perpetuo sitiamus. Commodùm venit in manus nostras ille de ipso prudentissimo iudicio et doctissimâ illustratione verè tuus, vnà & Psellus de lapidum virtutibus eleganter in latia latifundia transire iussus, & incomparabilibus viris Guid. Paulmirio cui dono datur, & Iac. Sirmundo cuius liberalitati debetur, vt existimo non improbatus; sed quum è singulari codice transcriptum videam, tabellas meas peruolutare visum est, in quibus inter Variorum auctorum ceimelia, Psellum tuum inuenio non Psellum, copia tamen trium manuscriptorum integritati & auctori suo restitutum. Suppeditauit ante aliquot annos alterum R. Mariana è Bibliotheca Illustris D. Garsiæ de Loaisa Toletani Præsulis et ex VV. CL. B. Vulcanii & Petri Pantini recognitione acceptum, duo amicus noster doctiss. & nobilis D. Io Fonseca de Figueroa: transcripsimus, familiarem ex bibliothecâ nostrâ interpretationem addidimus, etiam Anonymi auctuariam quæ in Fonsecæ MM-S. erat. Verum Psello Sapientissimo non adhuc tribuendum existimabamus, quoniam exemplaria nostra distinctè epigraphen hanc præferebant ΝΕΙΛΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΡΟΔΟΥ ΔΙΑΣΣΩΡΙΝΟΥ ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ. Quorum testimonium pro nihilo non habendum credo, existimabis: itaq; in studiosorum vtilitatem hoc qualecunq; lucubratiuncularum nostrarum argumentum tibi vni sacrauimus Maussace C.L. qui optimè de hoc, quicunq; sit, auctore meritus es, dum de Harpocratione etiam tuo Bibliotheca nostra non malè fortasse mereatur.

ΝΕΙΛΟΥ ΜΕΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΡΟΔΟΥ ΔΙΑΣΣΩΡΙΝΟΥ

περὶ λίθων

Πόθεν εὑρίσκονται οἱ δώδεκα λίθοι καὶ ποταπὴ ἡ θεωρία ἑνὸς ἑκάστου

Ὁ σάπφειρος πορφυρίζων μέν ἐστιν, γίνεται δὲ ἐν Ἰνδίᾳ καὶ Αἰθιοπίᾳ. πριόμενος δὲ φύματα καὶ ψώρακας ἰᾶται, σὺν γάλακτι δὲ ἐπιχεόμενος τοῖς ἡλκωμένοις τόποις. καὶ ἡ ἐν τῷ ὄρει τῷ Μωϋσεῖ δοθεῖσα νομοθεσία ἐπὶ λίθῳ σαπφείρῳ λέγεται πεφηνέναι.

Λίθος δεύτερος Ἴασπις

Ἴασπις τὴν χροιὰν σμαραγδίζων μέν ἐστιν. εὑρίσκεται δὲ παρὰ τὰ στόμια Θερμώδοντος ποταμοῦ, καὶ παρὰ Ἀμαθοῦντα τῆς Κύπρου. χρησμεύει δὲ εἰς τὰς ἐπιλήψεις

Περὶ λίθου ὑακίνθου

Ὑάκινθος πορφυρίζων μέν ἐστιν. εὑρίσκεται δὲ ἐν τῇ ἐνδοτέρᾳ Βαρβαρίᾳ τῆς Σκυθίας. Σκυθίαν δὲ ἐώθησαν καλεῖν οἱ παλαιοὶ τὸ κλίμα ἅπαν τὸ βόρειον, ἔνθα εἰσὶν οἱ τότε. ἐκεῖ τόπων ἔνδον ἐν τῇ γῇ ἐρήμῳ τῆς μεγάλης Σκυθίας ἐστὶν φάραγξ λίαν βαθυτάτη, καὶ ἀνθρώποις ἄβατος. ὄρεσι πετρώδη ἐντεῦ

θεν

NILI METROPOLITAE RHODI DIASSORINI

de lapidibus

Vbi inveniantur duodecim lapides et qualis cuiusq; consideratio.

Sapphirus purpureum æmulatur colorem, nascitur q; in India atq; Aethiopia contusus autem inflationibus & pustulis medetur, exulceratis quoq; locis cum lacte infusus. Aog legis constitutio Moysi in monte data Sapphiro incisa dicitur fuisse.

Lapis Secundus Iaspis

Iaspis colore quidem smaragdum imitatur, invenitur autem ad Ostia Thermodontis fluvii, & apud Amathuntium Cypri. aduersus morbum comitialem proficuus est.

De Lapide Hyacintho.

Hyacinthus purpureo est colore, reperitur verò in interiori Scythia Barbaria. Scythiam verò vocare antiqui consueuerunt clima vniuersum Septentrioni subiectum, Vbi sunt Gothi. Vbi itaq; in intimâ solitudine quadam magnæ Scythiæ Vorago est altitudinis immensæ, et hominibus inaccessa, cupium montibus sine

θεν καὶ ἐντεῦθεν περιτετειχισμένη. ὥστε ἄνωθεν ἀπ' ἀκρῶν τῶν ὀρέων παρασκόψαντά τινα μὴ δύνασθαι κατοπτεύειν τὸ ἔδαφος τῆς φάραγγος, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ βάθους σκοτισθῆναι ὡς ὑπέρχαον. οἱ οὖν ἀποστελλόμενοι παρὰ τῶν ἐκεῖσε πλησιαζόντων βασιλέων, κατάδικοί εἰσι καὶ βιαζόμενοι. θύσαντες δὲ ἄρνας, καὶ ἐκδείραντες ῥίπτουσιν ἄνωθεν ἀπὸ τῶν πετρῶν εἰς τὸ χάος τῆς φάραγγος καὶ κολῶσιν οἱ λίθοι ἐν τοῖς κρέασιν ἐκείνοις. ἀετοὶ οὖν ἄνω ἐν ταῖς πετραῖς οἰκοῦσιν, καὶ ἔρχονται ἐν τοῖς κρέασι καὶ αἴροντες ἄνω, καὶ καθίσαντες ἐν τόπῳ, τὰ κρέη βιβρώσκουσι, καὶ οἱ λίθοι ἀπολείπονται ἐκεῖσε. οἱ δὲ κατάδικοι σκοπεύσαντες πῦ ἐβρώθησαν τὰ κρέη ὑπὸ τῶν ἀετῶν, ἔρχονται καὶ εὑρίσκουσιν αὐτοὺς ἐκεῖσε. ἔχει δὲ ἐνέργειαν τοιάνδε. βαλλόμενοι γὰρ ἐπ' ἀνθράκων αὐτοὶ μὲν οὐ βλάπτονται τοὺς δὲ ἄνθρακας κατασβεννύουσιν. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο. ἀλλὰ καὶ λαβών τις τὸν λίθον καὶ περιειλήσας ἐν ὀθόνῃ τινὶ ἐπιθεὶς ἐπ' ἀνθράκων καὶ κρατῶν. αὐτὸς μὲν ἀπὸ τοῦ πυρὸς τὴν χεῖρα φλογίζεται. ἡ δὲ ὀθόνη ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἀβλαβὴς διαμένει. λέγεται δὲ

& inde circumsepta, adeò ut desuper è summis montium verticibus despectans quispiam fundum hiatus penetrare neutiquam possit; immò potius a profunditate, velut in barathrum quoddam inspectanti [vsuuenire solet] obcæcetur. Qui itaq a vicinis mittuntur regibus damnati sunt & vi compelluntur. Oues verò mactatas detractis pellibus desuper è rupibus in hiatum deüciunt voraginis, lapidesq carnibus istis adhærescunt. Aquilæ igitur quæ superius habitant in rupibus ad carnes deuolant, sursum efferunt, & loco insidentes, carnes comedunt, lapidesq ibidem relinquuntur. Damnati autem obseruato loco ubi deuoratæ sunt carnes ab aquilis, accedunt, inueniuntq ibi lapides relictos. Habet autem hanc virtutem & efficaciam. prunis enim impositi ipsi illæsi prunas extinguunt: neq hoc duntaxat; quin linteo quoq circumuolutum prunisq impositum manu siquis teneat, illa inardescente linteum ab igne sartum tectum permanebit. Atqui

ταῖς δυστοκούσαις γυναιξὶν εὐτοκίας χάριν χρησιμεύειν.

Λίθος τέταρτος
ὁ Ἀχάτης

Ἀχάτης ὑποκυανίζων μέν ἐστιν, εὑρίσκεται δὲ καὶ ἔτος ὑπὸ τὰς Σκυθίας ἐκείνας· τριβόμενος δὲ καὶ ἐπιχεόμενος τῷ μετόπῳ δείγματα ἀποτρέπει ὀφέων, καὶ σκορπίων, καὶ ἀραχνέων καὶ πολυποδίων.

Πέμπτος λίθος ὁ
Ἀμέθυστος

Ἀμέθυστος ὡς φλογίζων μέν ἐστι βαθέως· εὑρίσκεται ἐν τοῖς ὄρεσι τῆς Λιβύης, ἢ πρὸς τὰς ὄχθας τῆς θαλάσσης

Ἕκτος λίθος
ὁ Χρυσόλιθος

Χρυσόλιθος χρυσίζων μέν ἐστιν· εὑρίσκεται δὲ ἐν φρεάτιδι πέτρᾳ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς Σκαμανίτιδος Βαβυλῶνος· τὴν γὰρ Βαβυλῶνα καὶ τὸ φρέαρ ἐκεῖνο τῆς πέτρας Σκαμανίτιδα καλοῦσι. τριβόμενος δὲ στομαχικοῖς καὶ κοιλιακοῖς ἰατρικὸς ὑπάρχει

Λίθος Ἕβδομος
ὁ Βήριλλος

Βήριλλος γλαυκίζων μέν ἐστιν· εὑρίσκεται δὲ παρὰ τὰ τέρματα τοῦ ὄρους τοῦ καλουμένου Ταύρου.

multieribus quoq; pariendi difficultate laborantibus ad partus facilitatem plurimum dicitur conferre.

Lapis quartus
Achates.

Achates subcyanei coloris est; inuenitur vero & sic sub eadem Scythia. macceratus & fronti illitus morsus auertit serpentum, scorpionum Viperarum, ac multipedarum.

Quintus lapis
Amethystus

Amethystus quidem in profundo perinde quasi ardescere videtur. inuenitur in Libyæ montibus, vel etiam ad maris littora.

Sextus Lapis
Chrysolithus

Chrysolithus aureo colore pellucet. inuenitur in puteali petra ad os Scamanitidis Babylonis. Babylona enim & puteum ipsum petræ Scamanitidem vocant. tritus stomachi & ventriculi infirmitate laborantibus præsens est medicina.

Lapis Septimus
Berillus

Berillus glauco est colore, reperitur in finibus montis, quem Taurum vocant.

Λίθος ὄγδοος
ὁ Ονυχίτης

Ὁ ονυχίτης ξανθός μέν ἐστι τῇ φύσει· εὑρίσκεται δὲ καὶ ἄλλος ἐν τῷ αὐτῷ ὄρει τῷ Ταύρῳ

Lapis octavus
Onychites

Onychites flavus quidem est natura, atque etsic in eodem monte Tauro reperitur.

Λίθος ἔννατος
τοπάζιον

Τὸ τοπάζιον ἐστι τῇ χρωᾷ ὁλοσηρικὸν εὑρίσκεται δὲ ἐν τῇ θηβαΐδι τῇ μεγάλῃ

Lapis nonus
Topazius

Topazius colore holoserici est, invenitur in magna Thebaïde

Λίθος δέκατος
Ἄνθραξ

Ὁ ἄνθραξ λίθος ἐστὶν, ἡ εἰδέα αὐτοῦ ὡς φλὸξ καμίνου. ἐὰν τεθῇ ἐν σκεύει τινὶ, καὶ τεθῇ ἐν τῇ νυκτὶ ἐν ὑπαίθρῳ λάμπει ὡς λύχνος. εὑρίσκεται ἐν τῷ Εὐφράτῃ ποταμῷ

Lapis decimus
Carbunculus

Carbunculus lapis est aspectu camini velut flammam referens. in Vase aliquo positus, ingædibus suspensus noctu lychni instar lucet, sic reperitur in Euphrate fluvio.

Λίθος ἑνδέκατος
ὁ Σμάραγδος

Σμάραγδος λίθος ἐστὶ τῇ χροᾷ πράσινος. ὅστις ἐξέρχεται ἐκ τοῦ τετάρτου ποταμοῦ τοῦ ἐκπορευομένου ἐκ τοῦ παραδείσου πάνυ ὡραῖος ὑποχλωρίζων

Lapis undecimus
Smaragdus

Smaragdus lapis est coloris porracei, qui venit ex quarto flumine è paradiso manante, summa elegantia est ac venustatis, qui gramineum virorem æmulatur.

Λίθος δωδέκατος
ὁ Ἀδάμας

Ὁ Ἀδάμας λίθος ἐστὶν τῇ [illegible]δεωρίᾳ ὡς χαλκὸς· εὑρίσκεται δὲ καὶ αὐτὸς ἐν Φεισῶ ποταμῷ, ὃν καὶ τιθέασιν οἱ Ἀρχιερεῖς ἐν

Lapis duodecimus
Adamas

Adamas lapis est aspectu quidem quasi æreus, invenitur autem in Phiso flumine quem et Sacrorum Principes in

τῇ Ἀρχιερατικῇ στολῇ· ἐν τῇ ἐπωμίδι, ἐν ᾧ λίθῳ καὶ ἐπροφήτευον τὰ μέλλοντα. μέλας δὲ φαινόμενος ἀθενείας σημαίνει, ἐρυθρὸς πρὸς θεὸν καταλλαγήν.

ΕΤΕΡΟΝ ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ

ΝΕΙΛΟΥ ΜΕΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΡΟΔΟΥ ΔΙΑΣΣΩΡΙΝΟΥ

Αἰτιολογήσασθαι μέν σοι τὰς ἐν τοῖς λίθοις δυνάμεις ἐξ ἂν τολμήσαιμι, ἐδὲ μιμήσομαι κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τῶν Δογματικῶν τὴν προπέτειαν δυνάμενος ἐφ' ἑκάστῳ πολλὰ εὐρεσιλογεῖν. Ἑκάστης δὲ τῶν διεγνωσμένων ἡμῖν λίθων, καὶ ἃς μάλιστα ἀγαπῶμεν οἱ ἄνθρωποι τὰς ἐνούσας δυνάμεις ἀνακαλύψω σοι, ἵν' ἐν καιροῖς αὐτοῖς χρῷο καὶ τινα ὠφέλειαν κομίζοιο παρ' αὐτῶν, καὶ ἵνα τὰς ἀγνώστους λίθους ἐάσω, τὸν ὀνοχάρδιον, καὶ Ὀλκάδα, καὶ τὸν σπογγίτην, τόν τε λειμωνιάτην καὶ τὸν λιγκύριον, τόν τε τριγλίτην καὶ τὸν Σχιστὸν καὶ τὸν τριόφθαλμον, καὶ τὸν Σοκόνδιον, καὶ Σκριγγίτην καὶ ὅσοι τοι ἄλλοι

Pontificalis stola superhumerali collocabant, ex quo etiam lapide futura augurabantur, Quod si enim niger appareret, calamitates, si ubicundus diuinam significabat benignitatem.

ALIUS DE LAPIDIBUS [TRACTATUS]

NILI METROPOLITÆ RHODI DIASSORINI.

Rationes quidem earum, quæ lapidibus insunt virtutum causas explicaturum me tibi vix ausim polliceri: neq imitabor hac in parte temeritatem facilitatemq eorum qui Dogmatici vocantur quum tamen de vnoquoq sigillatim multa possim exactè subtiliterq disputare. Lapidum verò eorum, qui nobis cogniti sunt, & quorum cupiditate homines flagrant potissimum, insitas vires tibi aperiam, vt ipsis opportune vti, atq aliquid ex iis fructus et emolumenti haurire possis. Atq vt ignotos nobis lapides missos faciamus Onocardium, Olcadem, Spongitem, Limoniatem Lincurium Triglitem Schistum Triophthalmum Socondium Scrinjitem

ὅτοι, ὧν τὰ ὀνόματα μόνον ἴσμεν
μεν τοιγε καὶ αὐτοῖς ἐντυγχάνο-
μεν· ἀπὸ τῶν γνωριμοτέρων
ἡμῖν ἀπάρξομαι.

& id genus alia, quorum nomina tantum
nouimus, neq enim in eos incidimus unquam,
a notioribus itaq nobis initium capiam.

Αὐτίκα ὁ Ἀδάμας λίθος χροιὰν
ὄντως ὑελίζουσαν καὶ σιλπνήν, κρα-
ταιός τέ ἐστιν καὶ δύσθραυστος. ἡμιτρι-
ταίους πυρετοὺς σβέννυσιν ἐξαρ-
τώμενος.

Continuò Adamas [occurrit] vitreum
is habet reuera colorem ac splendidum,
solidus q est & vix perforabilis; semi-
tertianas febres appensus restinguit.

Ὁ Αἱματίτης ὀνομάζεται ὅτως
ὅτι βρεχόμενος ὕδατι αἱματώδη
χροιὰν ἀφίησιν, ὀφθαλμοὺς ἰᾶται
μεθ' ὕδατος ἐγχριόμενος

Hematites sic vocatur, quòd aquæ im-
mersus sanguineum emittit colorem,
oculis ea aqua inunctis medetur.

Ἀμέθυστος ὑακινθώδης μέν ἐστι τὴν
χροιάν· ἰᾶται δὲ κεφαλαλγίας
καὶ τοὺς πίνοντας οἶνον φυλάττει
μέθης ὅθεν αὐτῷ καὶ τὄνομα

Amethystus colore ad hyanthos de-
scendit dolores capitis sedat, &
vino indulgentes ab ebrietate re-
moratur vnde nomen est sortitus.

Ὁ Ἄνθραξ ἐν Ἰνδοῖς μὲν ἔχει τὴν
γένεσιν· ἔστι δὲ ἄνθρακι ἐμφερής,
καὶ ὁ μέντοι ἐστὶ τηλυφεγγὴς, ὁ δὲ
βραχύτι μελάντερος, φοινικίζει
δὲ πρὸς ἥλιον καθορώμενος· Εὑρί-
σκεται δὲ ἐν ὄρεσιν ἀντιλάμπων
ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτῖσι, καὶ ποικιλό-
μενος μὲν τὸν ὁ λιθογνώμονες
ἴασιν· οὐ μήν γε τὰς δυνάμεις
αὐτοῦ μεμαθήκασιν, εἰ μὴ μόνον
ἀνθρακίτην τὸν περὶ Θεσπρωτοῖς
γενόμενον ἔλαττον τὸ πυραυγὲς

Carbunculus in India quidem origi-
nem habet suam, carbonibus ignitis si-
milis, atq vnus quidem splendorem eia-
culatur longius, alter aliquanto est
obscurior aduersus solem tamen ad-
spiciens purpurascit. Porro in montibus
reperitur solarium radiorum repercussu
excitatus. Atq hoc genus lapidis multi-
plex atq multiforme esse Lemnarij
norunt, neq virtutes tamen eius sunt
assecuti, si solum Anthracitem excepe-
ris qui apud Thesprotos nascitur &

ἐχοντα, κεφαλαλγίας ἰᾶσθ φασὶ παρὰ τῷ καμνοντι θυμιώμενον.

Ο Αχάτης, ἐστι δὲ ποικίλος τὴν χροιὰν καὶ διηγλαισμένος, καὶ ὁ μὲν πάρωχος, ὅδε φοινικόχροος ἢ σαρκοειδὴς· ὀφθαλμῶν ῥεύματα καὶ κεφαλαλγίας ἰᾶται, ἐπέχει δὲ καὶ ῥοῦν γυναικῶν, καὶ τῷ ὑγρῷ ὕδρωπι ἀντίθετός ἐστι, καὶ τοσοῦτον αὐτῷ τὸ παριὸν τῆς ξηραντικῆς δυνάμεως, ὡς καὶ ὕδωρ ἀναπίνειν δύνασθ καὶ κενὸν ἄγγος ποιεῖν.

Ο Βήρυλλος, τρεῖς δὲ τούτου τοῦ λίθου μορφαὶ, καὶ ἡ μὲν αὐτῶν ἐλαιοβαφὴς ἐστι τὴν χροιάν· ὁ δὲ θαλάττῃ προσεοικὼς· ὁ δὲ λαμπρὸς τὰς αὐγὰς, καὶ ὁμοφυὴς καὶ λάμπων πόρρωθεν· οὗτος οὖν ὁ λίθος ἐντάσεις ἰᾶται, καὶ σπασμοὺς καὶ ὀφθαλμῶν ὀδύνας, καὶ ἴκτερον

Ο Γαλακτίτης ἀπορρήτῳ βρύει γάλακτι, ἔνθεν γὰρ αὐτῷ τοὔνομα· κατασπᾷ δὲ γάλα ταῖς γυναιξὶν· λήθην ἐργάζεται τῶν κακῶν, καὶ μνήμην τῶν καλῶν. ἀντιθετός δέ ἐστι καὶ θηρίων πληγαῖς περίαπτος γεγονώς.

igneum habet splendorem languidiorem capitis dolores dicitur sanare propè laborantem suffitus.

Achates quidem diversicolor est et pellucidus, Vnus est pallidus, alter rubicundus, sive ad colorem carnis accedens. oculorum fluxiones et dolores capitis persanat, sistit etiam mulierum menstrua, et hydropisis humorem expellit, insitaq est ei tanta exsiccandi vis, vt et aquam ebibere, et vas omnino vacuum possit reddere

Beryllus. Tres huius lapidis sunt species, hic enim oleaginus .i. olei colore, ille marino adspectu tertius eiusdem est naturæ, sed fulgidus et procul splendorem euibrans, heic itaq lapis conuulsiones intentionesq sanat, oculorum item doloribus et aurugini medetur.

Galactites occulto atq ipsi insito scatet lacte, vnde et nomen ipsi impositum. feminis lactis confert fecunditatem memoriam adimit malorum, et bonorum inducit recordationem: beluarum item plagis vulneribusq medetur circumligatus.

Ηλε

Electr

Τὸ Ἤλεκτρον. ἔστι δὲ τὸ μὲν Ἰνδικὸν, τὸ δὲ Λιβυστικὸν· οἰκειοῦνται δὲ αὐτῷ Σκύθαι καὶ Αἰθίοπες. γίνεται δὲ καὶ παρὰ τὸν Ἠρίδανον ποταμόν. ἔνιοι δὲ καὶ δάκρυον αὐτὸ φασι δένδρου τινός. κοῦφον γάρ ἐστι καὶ θυμιᾶται ὡς λιβανωτὸς ἢ μαστίχη· ἰᾶται δὲ καὶ δυσουρίαν περιαπτόμενος, καὶ πυρετῶν ἀπαλλάττει, καὶ στομάχου ῥεύματα ἵστησι, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐγχριώμενος ὀξυδερκίαν χαρίζεται.

Electrum. Est verò Indicum alterum, alterum Libycum, eò familiariter Scythæ et Aethiopes vtuntur. nascitur quoq ad Eridanum fluuium: quidam arboris cuiusdam lacrimam esse adserunt; leue enim est, ipsumq adolent non secus atq incensum aut mastiga. Stranguriam curat, febres depellit, stomachi fluxiones sistit appensus, oculis verò illitum acuitatem visus tribuit.

Ἡ Ἰάσπις φύσει κρυσταλλοειδὴς, ὀλίγον ἐπιτεινομένη τὴν χροιὰν, καὶ ἀρίστη μὲν ἡ ὑποπορφυροῦσα· δεύτερα δὲ ἡ φλεγματικωτέρα καὶ παράλευκος. ἔστι δέ τις καὶ ἀεροειδὴς. ἀναστέλλει δὲ ῥεύματα κεφαλῆς, καὶ τοὺς ἐφιάλτας ἀπωθεῖται, καὶ λοιμικοῖς ἀντιτάττεται πάθεσι, καὶ ἐπιληπτικοῖς. ἔστι δέ τις Ἰασπις καὶ σμαραγδίζουσα· ἥδε ἐμφερὴς χιόνι καὶ ἄλλη ἐμφερὴς ἀρνοῦ ἐγκεφαλῷ, ἧς οὔπω οὐδεὶς ἐγνώκει τὴν δύναμιν.

Iaspis natura sua ad viciniam crystalli descendit, colore tamen paullò intensiore. Optima est quæ in purpuram exit, proxima quæ pallidior est et subalbicans, est et quædam colore aëreo. tollit capitis defluxus, et ephialten [incubum vocant] repellit, resistit morbis contagiosis et caducis. Est et Iaspis quæ ad Smaragdi colorem accedit, alia quæ niuem imitatur, et alia quæ agni cerebrum repræsentat. cuius hactenus vires nemo est assecutus.

Ὁ Ἰδαῖος Δάκτυλος ἐν Ἰδῃ τῆς Κρήτης γίνεται, καὶ ἐστι τὸ σχῆμα δακτύλῳ τοῦ ἀνδρὸς ἐμφερὲς τῷ ἀντίχειρι τὴν χροιὰν σιδηρόχροος, οὗτος ὁ λίθος δικαιότατος πάντων τῶν λίθων ἐστί. τὰς μὲν γὰρ ἐκ τῶν δικαίων μίξεων γινομένας σπορὰς τελειοῖ· φθείρει δὲ τὰς ἀθεμίστους καὶ παρανόμους

Idæus Dactylus in Ida Cretæ generatur pollicem humanum forma sua exprimit, colore ferreo. Lapis hic lapidum omnium est æquissimus. foetus enim e iusto ac legitimo concubitu procreatos perficit, illegitimos ac nefarios peruertit

Κρυσταλ.

Crystal.

Ο Κρύσταλλος ἔοικε μὲν ὕδατι καθαρῷ, ἐγκατεὶς δὲ ὑπὸ ἡλίου, χροιὰν ἀμεθύστου μεταλαμβάνει. ἐπὶ δὲ τὸ βαθύτερον πραπεὶς ἰάσπιδι γίνεται ὅμοιος· οὗτος πρόσω ἀπερύκει, καὶ ἐκλύσεις νεύρων ἀναπιβόμενος

Crystallus aquæ puræ similitudinem refert, a sole verò inflammatus colorem imbuit Amethysti. in obscuriorem verò mutatus Jaspidi redditur similis. Hic tremores expellit, et nervorum arcet dissolutiones collisus.

Ο Λυχνίτης, ἔστι δὲ ὅμοιον ἀνθρακώδης, ὅδε πορφύρεται, ὅδε διαυγάζει· ἰᾶται δὲ νυκτάλωπας ἀφεθεὶς ἀπὸ τοῦ τραχήλου, ῥεύματά τε ἐπέχει ὀφθαλμῶν, ἐν λίνῳ ῥάκει περιπεθεὶς τῷ μετώπῳ

Lychnites. Una carbunculo propinquat altera purpura radiat, tertia excitatissimo splendore fulgurat. prodest contra lucis tiem nocturnam è collo suspensa, et oculorum cuilibet fluxiones lineâ lacinia inuolutam fronti adplicitæ.

Ο Μάγνης λίθος ἐστὶ μέλας, βαρύς, καὶ ἀνώμαλος, καὶ ὁ μέν τις ἐπισπᾶται τὸν σίδηρον, ὅδε ἀποστύγει, ἀναλυόμενος δὲ γάλακτι ὀξυδερκείαν ποιεῖ, καὶ μελαγχολίαν ἰᾶται

Magnes lapis niger, grauis, atq; asper; hic verò ferrum attrahit, ille respuit, lacte dissolutus oculorum excitatiorem, acutiq magis, et melancholiam expellit.

Ὄνυξ ἐνμεγέθης ἐστὶν, ὥστε τοὺς ἐνδοὺς καὶ πόδας κλίνης ἐντεῦθεν τορεύειν, διαφθείς δὲ πρὸς αὐγὴν παντοίαν ἀναφαίνει ἔνδον χροιὰν ἢ μὲν ἀνθρακώδη, ἢ μέλαιναν, ἢ σαρκοειδῆ, ἀναλυθεὶς δὲ ἐπέχει φαντασίας νυκτερινὰς, ὀδόντι τε ῥευματιζομένοις παραπιβόμενος ὠφελεῖ

Onyx ea est magnitudine, vtex eo quoq; lectorum pedes Indi detorquent, in lucem sublatus omnifariam intus colores repræsentat, aut carbunculi igneum, aut nigrum, aut carni etiam quendam æmulum, dissolutus imaginationes nocturnas sedat, dentibus etiam fluxiones affectis affricatus prodest.

Ὁ Σάπφειρος ἴσησι ῥεῦμα ὀφθαλμῶν μετώπῳ περιαφθεὶς, ἕλκωσεις ἰᾶται ποδεὶς μετὰ γάλακτος, ξηραντικός τέ ἐστι καὶ στυπτικὸς, καὶ πυρετοῖς ὀξέσιν ἀντίδοτος

Sapphirus oculorum fluxiones sistit fronti adplicitus, vlcera sanat cum lacte sumptus, vim verò habet exsiccandi adstringendiq; et acutis febribus aduersatur.

Σαρ-

Sard.

Σαρδόνυξ ἡ λίθος, αὕτη μέσον ἔχει γραμμὴν λευκὴν, ἐστὶ δὲ μονόχροος, καὶ πολύχροος, ὀφθαλμῶν ἴσηι ῥεύματα, καὶ διεζωσμένη τὰς τῶν ἐμβρύων ἐπέχει ὀλίσθους. ἡδὲ ποικίλη ὠφελεῖ μελαγχολικὰς ἐξαρτωμένη.

Ὁ Σεληνίτης, καλεῖται δὲ οὕτως ὅτι ὀφθαλμὸν οἷόν τινα ἔχει ἐνηυξημένον τε καὶ συμμειούμενον ταῖς τῆς σελήνης αὐξήσεσι καὶ μειώσεσι δείκνυται.

Ἡ Σμάραγδος πρασοειδὴς ἐστὶ, καὶ ἠρέμα χρυσίζουσα, καὶ τὶ καὶ τὸ γλαυκὸ παρεμφαίνουσα χρώματος γενναῖα δὲ ταύτην καὶ Αἰθιοπία καὶ Αἴγυπτος, καὶ Περσὶς, καί τινα ὄρη τῆς Ἀττικῆς, αὕτη καταπλαττομένη μεθ' ὕδατος ἐλεφαντίνοις βοηθεῖ, πινομένη δὲ μεθ' ὕδατος αὐτὸ, αἵματος ἐπέχει ῥοάς.

Ἐνταῦθα ὑάκινθος. τοῦτον τίκτει μὲν ἡ Ἰνδῶν χώρα, ἐστὶ δὲ θαλαττόχροος. ἰᾶται δὲ πνευματώσεις καὶ ῥήγματα, μελαγχολίαν τε παύει σὺν ὄξει ποθείς.

Χρυσόλιθος ἀντίδοτον χρῆμα πασῶν παθέσιν ὀφθαλμῶν.

Χρυσήλεκτρος, οὕτως φορούμενος περὶ τράχηλον σβέννυσι πυρετούς.

Χρυσο-

Sardonyx lapis est, quem medium alba intersecat linea, est & vno colore & pluribus, atq vnicolor quidem oculorum resistit fluxionibus, & cinguli in modum præcinctus abortus cohibet facilitatem, Varius autem melancholicis prodest appensus.

Selenites eo argumento hic vocatur, quod oculum habet quendam, quem vna cum incrementis decrementisq Lunæ nunc crescentem nunc deficientem ostendit.

Smaragdus porraceo est adspectu, & rursum ad colorem auri declinans, atq aliquid glauci quoq coloris representans. hunc gignunt Aethiopia Aegyptus, & Persis at nonnulli Atticæ montes, cum aqua illitus elephantiacis opitulatur. potus autem eadem cum aquâ, sanguinis compescit fluxum.

Iam Hyacinthus. hunc Indorum regio mittit, est autem coloris Veneti, tussis rupturasq sanat, melancholiam tollat cum aceto potus.

Chrysolithus præsens velut amuletum aduersus quosuis oculorum dolores.

Chrysoelectrum circum collum gestatum febres restinguit.

Chryso-

χρυσόπρασος οὗτος περὶ τοὺς καρποὺς φορούμενος παρέχει ὀξυδερκίαν, στομαχικοὺς ἰᾶται, καρδιαλγοῦντάς τε καὶ λύειν ἐμπνευματώσεις οἶδε

Χαλαξίας λευκός ἐστιν οὗτος καὶ στερεὸς καὶ μικρῷ κρυστάλλῳ εοικὼς· περιαρτώμενος δὲ ἰᾶται σκορπίων πληγάς.

Τοπάζιον. διαφανής ἐστι λίθος ὑέλῳ παρεμφερὴς· φύεται δὲ εἰς τὸν Αραβικὸν λεγόμενον κόλπον ἐν τινὶ πελαγίᾳ νήσῳ, καὶ ἡμέρας μὲν οὐχ ὁρᾶται, κρύπτει γὰρ αὐτοῦ τὸ φέγγος ἥλιος, νυκτὸς δὲ διαλάμπει πόῤῥωθεν καὶ τραχὺς μὲν εὑρίσκεται, καὶ ἀνόμαλος, τεχνικοῖς δὲ ὀργάνοις λειαίνεται· οὗτος μαινομένους αποκαθίστησι τριβεὶς καὶ ποθεὶς. δρᾷ δὲ τὰ αὐτὰ καὶ περίαπτος.

Τούτων δὴ τῶν παρὰ τοὺς λίθους δυνάμεων αἰτίας πολλοὶ ἐθάῤῥησαν ἀποδοῦναι, τῶν μὲν ἀρχαιοτέρων σοφῶν, Αναξαγόρας καὶ Εμπεδοκλὴς καὶ Δημόκριτος· τῶν δ' οὐ πολὺ πρὸ ὑμῶν ὁ ἐκ τῆς Αφροδισίας Αλέξανδρος ἄνθρωπος περὶ πάντων, ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ τῶν ἀπορρήτων τῆς φύσεως προχειρότατος· σοὶ δὲ ἀποχρῆσα ἔστω ἡ ἑκάστου τῶν

λίθων

Chrysoprasus circum manuum iuncturas gestatus visus praestat acuitatem, stomachi dolores cordisq laborantibus prodest, et inflationes resoluere consueuit.

Chalazias, albus hic est et solidus paruoq crystallo persimilis, scorpionum morsibus medetur appensus.

Topazius perlucidus est lapis vitri similitudine, gignitur vero in Arabico, quem appellant, sinu, in insula quadam pelagi, interdiu non conspicitur, illius enim splendorem sol exstinguit, noctu procul resplendet, reperitur quidem scaber, rudis atq inaequalis, instrumentis autem arte expolitur ac laeuigatur, tritus et epotus lymphatos oblucinatosq ad mentis sanitatem reducit, quod adalligatus item facit.

Harum vero quae lapidibus insunt virtutum causas reddere multi sunt ausi, ex antiquioribus quidem sapientibus Anaxagoras Empedocles et Democritus. Ex iis vero, qui non multo ante nos vixerunt Alexander Aphrodisaeus homo (ut uno complectar verbo) ad omnia naturae arcana eruenda promptissimus exercitatissimusq. Tibi vero sufficiat vni-

usuiusq

iuscuiusq lapidum vim nosse ac facultatem causas rationesq superiris thesauris relinquendas puta.

τῶν λίθων δυνάμεις καὶ ἐνέργεια, τὰς δὲ λόγους αὐτῶν καὶ τὰς αἰτίας παρὰ τοῖς ἄνω θησαυροῖς ἔασον

ANONYMOY
περὶ τῆς τοῦ ἱερέως στολῆς

Λίθον δὲ Ἀδάμαντα φέρει ὁ Ἀρχιερεὺς εἰσερχόμενος εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων τρεῖς τοῦ ἐνιαυτοῦ· τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα, καὶ τῇ πεντεκοστῇ, καὶ τῇ σκηνοπηγίᾳ· ἦν δὲ κείμενος ἐπὶ στῆθος τοῦ Ἀρχιερέως ὁπόταν ἐνεδύετο τὸν ποδήρη, καὶ ἐπάνω τοῦ ποδήρους ἐπενεδύετο τὸν ἐπωμίδα. ἤρχετο δὲ ἡ ἐπωμὶς ~~κατὰ~~ τὸ ἕτερον τοῦ στήθους, ἦν γὰρ σπιθαμῆς καὶ ἡμίσους τὸ μῆκος· ἐκ δεξιῶν δὲ καὶ ἐξ ἐυωνύμων ἀσπιδίσκους ἐπάνωθεν τῶν μαζῶν, ὅπου συνέρραφησαν δύο σμάραγδοι· εἰς μέσον δὲ τούτων ἦν δυσλυτος Ἀδάμας. ἐπάνω δὲ τῶν ὤμων οἱ δώδεκα λίθοι ἦσαν· α Σάρδιος, β τοπάζιον· γ σμάραγδος δ λυγκούριον ε Ἀχάτης ς Ἀμέθυστος, ζ χρυσόλιθος ἢ βήρυλλος η ὀνύχιον θ Ἴασπις ι ἀνθρακ ιβ σάπφειρος.

ANONYMY
de Veste Sacerdotis.

Lapidem Adamantem gestat Princeps Sacerdotum intrans Sancta sanctorum ter in anno. Paschæ sc: ac Pentecostes et tabernaculorum festo die. eminet autem in pectore summi Sacerdotis ubi talarem tunicam induitur, et supra talarem tunicam humerale superiniicit, quod infra pectus incipiebat, longitudine sesquipalmorum. A dextro ac sinistro latere scutula habebat, quibus duo smaragdi adsuti, quorum in medio Adamas insolubilis. In humeris duodecim gemmæ lapides gerebat, quorum 1. Sardius 2 Topazius, 3 Smaragdus, 4 Lincurium, 5 Achates, 6 Amethystus, 7 Chrysolithus. 8 Beryllus 9 Onyx. 10 Jaspis 11 Carbunculus. 12 Sapphirus.

τρεῖς τῶ ἐνιαυτῶ ἐδήλου τὸ διὰ τῆς λίθου
εἰ ἐν ἁμαρτίαις εὑρέθησαν ἐν ταῖς
ἐντολαῖς, καὶ εἰ ἐδεδώκει φάσιν κρί-
σεως ὁ θεός, ἔτρεπεν ὁ λίθος, καὶ ἐγί-
νετο μέλας, καὶ ἐγίνωσκεν ὅτι ἐξα-
πέστειλεν κύριος ἐπὶ Ιακωβ, καὶ ἦλ-
θεν ἐπὶ Ισραὴλ· ἡνίκα δὲ ἐν μαχαί-
ραις αὐτοὺς ἔπεμπεν, αἱματίνος
ἐγίνετο ὡς ἐπὶ τοῦ Ιερεμίου, καὶ ἔφην
ὁ κύριος πρὸς αὐτόν· ἔπου τῷ λαῷ
ἐξέλθατε ὅσοι εἰς σφαφὴν καὶ ὅσοι
εἰς αἰχμαλωσίαν καὶ δώσω τὴν μά-
χαιραν καὶ τὰ ἑξῆς· εἰδὲ ἐγίνετο
ὡς χιὼν λαμπρός, ἐγίνωσκεν ὁ λαὸς
ὅτι ἀθάμως ἁμαρτία· καὶ τότε ὁ λαὸς
ἑορτάζειν καθὼς λέγει εἰς τοὺς ιβ
προφήτας· Εορτάζε Ιούδαία τὰς
ἑορτάς σου, ἀπόδος τῷ κυρίῳ τὰς
εὐχάς σου, ~~ἀποδὸς τῷ κυρίῳ~~ διὸ
καὶ ἐπὶ Ζαχαρίου τοῦ πατρὸς Ιωάν-
νου ἐν τῇ ἐφημερίᾳ αὐτοῦ τὸ πάσχα
λαμπρὸς ἐγένετο ὁ λίθος. τότε γὰρ
ἀρχὴν ἔλαβεν τοῦ ἱερατεύειν τὸν
ἐνιαυτόν, καὶ τῷ ἐπιόντι ἕτερος ἀνε-
λάμβανεν τὸν ποδήρη, ἐπὶ δὲ τοῦ
Ζαχαρίου τὴν ὁπλασίαν ἑώρακεν·
καὶ βραδύνοντος αὐτοῦ εἰς τὰ ἅγια
τῶν ἁγίων ἐν ἀγωνίᾳ ἦν ὁ λαὸς
προσδοκῶν μήπως ἔσται ὁ λίθος

ἔλεγεν

Ter autem quotannis lapide hoc velut
divinæ voluntatis interprete signifi-
cabatur, vtrum in peccatis contra
mandata admissis persisteret, an-
ne Deus velut lata sententia sup-
plicium minaretur; mutabatur enim
lapis, et nigrum induebat colorem,
atq ex hoc cognoscebat populus, quod
dominus mortem misisset super Iacob,
veniretq super Israel. Quando verò
in gladios mittebat ipsos, sanguineus
fiebat, vt est apud Ieremiam, lo-
cutusq est ad ipsum Dominus; die
populo, exite quotquot estis, in cædem,
et quotquot estis in captivitatem
et dabo gladium et catena. Si vero
instar nivis eradiabat, cognoscebat
populus, quod nihil ne peccati
esset, exultabatq ac triumpha-
bat gaudio, quemadmodum apud
Prophetas dicit, exulta Iudæa
celebra dies festos tuos, offerens
Domino orationes tuas. Quapropter
et in Ioannis Patre Zacharia
cum in familia ipsius pascha age-
retur, splendidus factus est lapis:
tunc enim potestatem accepit sum-
mi Sacerdotii illius anni. incedenti
autem alius sustulit tunicam et in
Zacharia hoc vidit miraculum, et
tardante ipso in Sanctis Sanctorum contentio certamen populi oriebatur

prae-

ἔλεγμος ἁμαρτίας, οἷος ἐστι σήμερον, ὃν ἀπεδοκήμασαν λίθον, τοῦτ' ἐστι χριστὸν, οὗτος ἔλεγμος αὐτῶν ἐπὶ κεφαλῆς αὐτῶν. ἐξελθόντος δε τοῦ Ζαχαρίου εἱστείκει πᾶς ὁ λαὸς ἀτενίζων πρὸς τὴν ἐπωμίδα τῷ λίθῳ, καὶ ἰδὼν ὅτι λαμπρὸς ὡς χιὼν ἐγένετο, καὶ ἐπλήθησαν χάρας, εὐαγγελίας γὰρ ὄντως λαμπρὰν ἐσήμανεν αὐτοῖς

praestolantis ne forte lapis foret in peccatorum redargutionem, qualis hodie est, quem spreuere ipsi lapidem, hoc est, Christum, is est redargutio eorum in caput eorum. Exeunte autem Zacharia populus vniuersus conuersa tenebat ora oculosq in lapidem humeralis, quem vbi niuis ad instar effulgescere conspicati sunt, laetitia continuo gaudioq impleti gestiuere, nec immerito: siquidem Euangelii ipsis regnum reuera splendidum ac magnificum portendit.

GVILHELMO BOSVELO, Ioan. TAuernerio
Bristolienſi Betforclienſi.
meis.

Bedæ lapſus plures in computatione annorum omnium ætatum. Diſſenſus Hebræorum, Lxx interpretum, Euſebij, et aliorum in conſenſum redactus. Supputationes in hanc rem variæ

SCHED. III

Bedam illum Anglo-saxonem, cognomento Venerabilem, multi-ſcium fuiſſe parum ſcit, qui nescit. Docti testantur, et magis eius operum admirabilium Longa profecto series, quam nec ipsa
= poſſit diruere aut innumerabilis
= annorum series, aut fuga temporum,
ex quibus q̄z illi. Sed cunctis, vt orbi sol, prælucent, eminent q̄z libelli illi, qui de naturâ rerum titulo prænotantur. Docti sanè ac varij, multiugâq̄z uel omnifariâ potiùs doctrinâ conditi. Ex ijs historicos de Temporum ratione et curſu ætatum ad uos, amicorum par doctiſs. magni historici, emendatos defero. Cui potiùs æquiori iure? vestri enim est de ijs arbitrari, mei quidquid à uobis profectum amplecti.

Ante aliquot annos Io. Nouiomagus vireruditus opuscula antea à D. Heriberto diagrammatis paſſim adiectis in codice peruetusto adnotata ſcholijs luculentiſs. inluſtrauit; ſed exactam temporum rationem, vt ferè solet rerum à noſtrâ memoriâ remotarum, non credidit vnquàm ad vnguem exſtare, neq̄z facile de illis pronuntiare; vnde ambiguas uel grauiſs. auctorum sententias videre est; siue quòd Regum aliorumue, ex quibus deſumitur ſupputatio, obſcurior quorundam fama fuerit, ſiue potiùs ob temporum inſcitiam, vt pote coniecturis tantùm fulcita futilibus. Sic Euſebius, Oroſius, et Beda ab Adami vſq̄z ad Caroli v. noſtri Magni imperium, quo florebat Nouiomagus, quod tunc ad xxxvii. tenuit, anno Chriſtiano ∞ ıɔ. xxxvii. adiectis annis postea actis, fluxerunt anni ıɔɔ∞. ıɔcxxxiv. Secundùm Hebræos et Ioan. Picum v̄ xxxxiii. Secundùm primos Eccleſiæ Patres ıɔɔ∞∞xxxv. Secundùm Alphonſi noſtri ſupputationem ıɔɔ∞∞ D. xxv. Sed Bedæ recentiores adhærent, in cuius hocce Chronico illud adnotandum, præteriri eos qui exiguo temporis ſpatio rerum potiti ſunt; ac alios adiungi, qui ab

C ıɔ. ıɔ. xxxvii.

alijs Scriptoribus prætermittuntur. Quæ altera varietatis in supputanda annorum ratione caussa est. Ego quod in Eusebio aliter, Hermanno Contracto, Calixto Placentino, et alijs animaduerti, adiungam; uel quod secundùm Hebraicam veritatem tenendum est ex Biblijs Complutensibus, quibus incomparabilis Herois ac inlustriss. Hispaniarum ornamenti Franc. Ximenij beneficio Vtimur. Sed illud velim obseruetis in ætatibus numerandis auctorum discrimen, Nam secundùm Veritatem Hebraicam

Prima	ætas continet	∞. IↃC. LVI.	annos
Secunda		CC. XCII.	
tertia		C∞. ∞LII.	
Quarta		CD. LXXIII.	
Quincta		D. XXCIV.	

Quæ summa conlegit

[∞ ∞ ∞ C∞. LII]

Secundùm uerò Lxx interpretes

Iª	ætas continet	∞ ∞ CCXLII.	annos
II.		*C∞ XLII.	
III.		C∞ XLII.	
IV.		CD. XXCIV.	
V.		D. XXCIX.	

Quæ conlegunt

[V̄ CCCXXIX.]

Sed in secundâ ætate numerus aliter reponendus, hoc est [*∞ LXXII.] si accipiamus CXXX annos Cainam, quos Eusebius dimittit, et eo ordine procedet Summa hæc

[V̄ CCCXXIX]

Et in textu Bedæ, vbi [Quarta est Dauid vsq; ad transmigrationem Babylonis annos habens iuxta Hebraicam ueritatem CDLXIII, iuxtà Lxx translationem XII amplius.] Lege, ne erres, CDLXXIII. Nam iuxtà Lxx interpretes CDLXXXIV. additis XI. in Quinctâ verò Porrò annis DLXXXIX

extēta

extenta &c repone DLXXXIX. illud operæpretium adnotare, numeros plerosq; margini adpositos nequaquam Bedano textui respondere, sed veriores absq; dubio marginales esse ex Eusebio et Hermanno comperi, ex quibus conrigendus Beda; in ceteris, ubi scrupulus aliquis inuenitur, admonebo, ea relinquens, quæ veritatem propiùs videbuntur adtingere. In margine, vbi de Lamech res est, numerus iste IX. male reponitur, nam LXX ante natum Noachum adsignant annos CLXXXVIII, non uerò IX. In Summâ autem primæ ætatis hac ∞.DC.LVI. Hebraicam veritatem Beda sequitur. In secundâ ætate in Arphaxad, margini pro ∞ DXCIII. reponendum ∞ DCXCIII. et erit integra summa; vt ex ipso Bedæ contextu conlegi potest. In Reù melior lectio illa ∞CC∞XIX, quàm ∞CC∞IX, nam hæc ex omnibus Summa

∞ DCCLXXXIX
XXXII
∞ CC∞ XIX

oculis in hanc rem opus. Vos computate, et eadem obseruabitis. In fine huius secundæ ætatis Summa illa ∞ ∞ XLVIII uera est, et comprehendit vtramq; Mundi ætatem secundùm Hebræos; quam etiam probat Hermannus* Contractus. In tertiâ Iosuæ annis ∞ ∞ DIX adde X, vt sint ∞ ∞ DXIX; et Gedeonis ∞ ∞ DCCIX, sint ∞ ∞ DCCXIX: et uera erit summa subsequens Abimelechi filij eius illa ∞ ∞ DCCXXII, nam annis tantùm tribus regnauit in Sichem, vt ex omnibus constat. In Tholâ filij Phoa patrui Abimelech XXIII annis, non XXXIII, et sic conrigenda summa, quæ adoram, pro ∞ ∞ DCCXLII: ∞ ∞ DCCXLV, vt ex excurrentibus colligitur ∞ ∞ DCCXLV.

*lib. de sex mund. ætatib.

Iairi	XXII		∞∞DCCLXVII.
Jeptè	VI.		∞∞ DCCLXXIII.
Abesàn	VII.		∞∞DCCLXXX.
Achialòn	X.		∞∞ DCCXC.
Labdòn	IIX.	annis	∞∞ DCCXCVIII.
Samsòn	XX.		∞∞ CC∞XVIII.
Hèli	XL		∞∞ CC∞LVIII.
Samuel	XII		∞∞CC∞LXX.
Saul	XX		∞∞CC∞XC.

ex quibus et præcedentibus constant tres Mundi ætates, vt potè ∞∞ cc∞xc secundùm Hebræos. ℓx quartâ in Manasse, lege ∞∞∞ ccc VIII, pro ∞∞∞ ccc VII. ℓx quintâ in Dario notandum est septuagesimum annum captiuitatis Babylonicæ secundùm Bedam ac Hermannum fuisse vnum eundemq; cum secundo Darij: Eusebium tamen aliter sentire, vt potè, qui primum Darianum putet, sequutus nimirùm annos mundi iuxtà Lxx interpretes, vt Beda et Herman. quos adsignat Hebraica veritas. et sic computandum ex

quartâ Mundi ætate } ∞∞∞CCCLXIII.
captiuitate } Lxx.
Dario } xxxv.

con lege

[∞∞∞CDLXVIII].

Computatio Xerxis hæc sit ∞∞∞CDXCIX, propter VII. menses Artabani; in Artaxerxe lego ∞∞∞DCXIII. in Arsè ∞∞∞DCXVIII, addito numero, nam XIII, et XVII corrupta sunt; idem in Dario Arsami filio, Alexandro, Ptolemæo Lagi, Philadelpho, Euergete; nam in Philopatro et Epipha-no Numerus constat; in Philometore nonitem; Quoniam reponendum pro xxv: xxxv. et annus abstrahendus ab Euergete secundo, vt sint anni ∞∞∞cc∞xxxVIII. non IX. aliter non constabit in Physcone, qui et Sotee, et ceteris vsq; ad Cleopatram, hoc est ∞∞∞c∞v; uel ∞∞ qc∞xxv. si vsq; ad illius mortem supputauerit. Sed Beda vester duos annos post viginti adsignat Cleopatræ, et postea Iulio Cæsari quinq; pro quatuor et sex menses, vt probat Hermannus, qui ex Bedano codice suos concinnauit. Itaq; vsq; ad mortem Julij sunt Mundi anni ∞∞∞c∞x: quibus adduntur Lvi, et quod excurrit ex imperio Octauij Aug. post Julianum obitum, hoc est, vsq; ad Octauianum ∞∞∞c∞LXVI, vt adsignat Beda ipse: Vnde necessariò in annum XLII imperij Octauiani recurrendum, vt sint secundùm Hebræos anni mundani ∞∞∞c∞LII. in anno Cæsaris Augusti

XLII. et à morte Cleopatræ et Antonij, cum Ægyptus in prouinciam versa est anno XXVII. olympiadis. CXCIII anno III, Variant auctores; Eusebius et Calixtus Placentinus CXCIIII adnumerant; et hic Bedam secum sentire affirmat, cum aliter nunc ex ipso constet. Hermannus CXCIII scribit, additq3 annotertio, vt in Beda Legimus. cui etiam Breuiarium Toletanum in die Natiuitatis consentit. Sed Vt Chronicon totum euoluam, annus ∞IↃↃDCLXV. Philippico regnante, idem fuit ac annus Domini DCCXIIII, cum Mauri Hispaniam potiti sunt victo vltimo Gothorum Rodorico Rege. Annus uerò ∞IↃↃDCLXVII. meo iudicio, incidit in annum dominicum DCCXVI; vbi pro incarnatione Domini Natiuitatem intellegit Beda; ex cuius etiam ratione et opinione annus ∞IↃↃDCLXVIII, Dominicus DCCXVIII. Vt cetera præterea, alijs, vt videre est, obiter institi, non dubius quàm difficile, bene; vos scitis. probate pariter et emendate, vt ego omnesq3 mea non improbent, mi amici, vel eruditissimorum exterarum nationum calculis probatissimi, quos qui non probet ameq3, audacter, sed pace tuâ Tauerneri, ueriùs de eo ego dicam (agnoscisque in tuâ elegantissimâ epistolâ)

ἐξ ἀδάματος, ἢ σιδάρου, μέλαιναν καρδίαν
κεχάλκευται ψυχῇ πολύῃ.

FRĀ.

Thespiensium apud Heraclidem mos expensus. Thespiarum discrimen. Agricultura Laus. Hesiodus Aseraus Boeotiusue; eius de illa carmina. Homero ob hanc Euboicorum iudicio prælatus.

SCHED. IV.

Adeò à teneris assuescere multum est.

Vt quæ semel imbibimus, æternùm animorum ipsis uideantur medullis insidere; meis tui amor, mi Francisce, religuo mirabilis, eruditio amabilis, et quacumq; illa animi ingenij bona, quæ veluti per dioptram puellulus fere reuerenter contemplabar, sic expressa sunt, vt perpetuò menti oberrari memorisim expertus: vellem et tu vnà cum Gvterio nostro, quem tibi comitem amoris, pietatis et eruditionis, vt et nominis, adiungo; quod et eò publicè testor, quo vel omnium testimonio me sibi obnoxium vterq; iure valeat adsertare. Hoc agite, siquid agatis, vel in ijs, quæ ad Alphonsum Montalbanum, quo cum arta mihi olim et grata necessitudo studiorum commercio intercesit, data ad uos mitto, mi amici, qui optimum Senecionem ciuem nostrum bene et me uel à puero nostis. Hæc nunc quæ ad illum, audite.

Columel. præf. l. de re rust. ad Silvin.

[Vitam rusticam proximam, et quasi consanguineam Sapientiæ esse;] bene ex bono Agricolâ imbibisti: nec mirum, quia

= Non alia magis est libera et vitio carens
= ritusq; melius vita quæ priscos colat,
= quam quæ relictis manibus campos amat:
= non illum auaramentis inflammat furor
= non aura populi, et vulgus infidum bonis,
= non pestilens inuidia, non fragilis fauor,

= Nonille

= non ille regno seruit, aut regno imminet
= Spesq; metusq; Liber ——

Senec. in Hippol.

diebat uerè et ex animo Hippolitus. Tu veriùs, Parens optime, (si te meus in doctrinam et humanitatem tuã affectus ãspellat) veriùs, inquam, qui non animo solùm, sed et corpore secedit à turbâ, et

—— procul negotijs
= vt prisca gens mortalium.

Tibi et Musis in otio nunquam minus otiosus operaris: His præcipuè diebus, quibus à nobis uel inuitis abstractum lubentes Musæ te paterno ac nobili rure, nec citò rediturum detinent: Vbi ne mihi, vt alijs perstrepenti Vrbis inuolutis tumultu, illo liber inrideas, hæc ex vrbanis nostris agellis inarues pascuosq; tui cultus spatiosos agros plantaria deduco. Tu illa meliori iudicij glebæ committe. Si sicca, igni; si feracia, tibi feraciora facturo commendo. Quæcumq;, amoris et gratitudinis in te meæ pignora. Inter aliquot Heraclidis Politica, hoc Thespiensium exstat

Heracl. in Politijs, siue Rer. pub. descriptione.

[Apud Thespienses (ex interpretatione Iust. Vulteij) turpe erat artem discere, uel agriculturæ operam dare, quam ob causam plerique cum paupertate degebant, et Thebanis, quibus condi parciq; erant, multa debebant.] Hæc eius verba, quæ quis non mirabitur? Thespienses agriculturam turpe putabant exercere, et Thespiensis Hesiodus, qui illam summis in cælum laudibus elegantissimè effert? Mirum profectò: ànusloq;, quod sciam, notatum modo, sed uel animaduersum. Fortasse alius de Thespijs alijs in Magnesiâ Thessaliæ confine, de quibus mentio apud Plinium, hoc intellegendum existimabit. sed hac illum futili existimatione liberabit Herodotus Halicarnasseus, qui Thebanos (de quibus supra Heraclides) in eum modum loquentes inducit. Nunquid non proximè nos Tanagræi, Coronæiq; et Thespienses, qui nostri adsiduè com

IV. hist. Nat. cap. IX.

V. Sive Thespiæ.

commilitones.] &c moxq; de Bœotijs plura subiungit: Hesiodus autem Bœotius Ascræusuè, nam Ascra eius patria vicus Bœotiæ in Thespijs ad Heliconis partem dexteram (teste Strabone) excelso in loco ac duro iacens, longè quidem a Thespiâ stadia XL. quam et ipse redarguens improbauit patri, quod in Cymâ Æolicâ remaneret, lib 6. ΕΡΓ. καὶ ΗΜΕΡ.

IX. Geog.

Ὡσπὲρ ἐμός τε πατὴρ καὶ σὸς μέγα νήπιε Πέρση
πλωΐζεσκε νηυσὶ βίου κεχρήμενος ἐσθλοῦ
ὅς ποτε καὶ τῇδ' ἦλθε πολὺν διὰ πόντον ἀνύσσας
Κύμην αἰολίδα προλιπὼν, ἐν νηΐ μελαίνῃ
οὐ ἄφενος φεύγων, οὐδὲ πλοῦτόν τε καὶ ὄλβον
ἀλλὰ κακὴν πενίην. τὴν Ζεὺς ἄνδρεσσι δίδωσι
Νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
Ἀσκρῃ. χεῖμα κακῇ. θέρει δ' ἀργαλέῃ οὐδέποτ' ἐσθλῇ

Quæ aduerbum,

= Quemadmodum meus quoq; pater et tuus, stultissime Persa,
= nauigabat Nauibus, victus indigus boni.
= qui olim et huc venit, immensum pontum emensus
= Cumâ Æolide relictâ, in nauî nigrâ;
= non reditus fugiens, neq; opulentiam ac facultates,
= sed malam pauperiem, quam Iuppiter omnibus dat.
= habitauit autem prope Heliconem misero in vico
= Ascrâ, hyeme malo, æstate autem molesto, nunquam bono:

Cui Ouidius adsentitur

= Esset perpetuo sua quam vitabilis Ascra
= ausa est Agricolæ Musa docere senis.

ibi scripsisse testis Plinius: à quo etiam (vt* reliquos taceam)

princeps

in Pont. XVIII. cap. XXIV.
* Virg. Eclog. VI.
Ouid. fast. VI.
Plutarc. in VII. Sap.
Vid. Polit. in Nutric.
Nicol. Leonic. II. de Var. hist. cap. LXXXV. vbi eius epitaphium,
Vt alia in Serm XI. Ant. Codri.

princeps eorum, qui de agriculturâ scripserunt, indi-
getatur: sed obiectioni obsto, illi coniecturâ, quâ potero, fa-
ciens satis. Primò, non omnibus, quod aliquibus turpe
est, turpe videri solet, præcipuè pauperibus, qualis He-
siodus. Sed hæc facilis enodatio, hæc acrior. ideò illum tot
tantisq; adfectum honoribus, elatum q; præconijs reor,
quod Thespiensibus agriculturæ commoda monstrarit; quod
maiorem adferat admirationem cum absq; exemplo talia ab
Hesiodo conscripta conspicerent: facilius enim est inuentis
addere, quàm inuenta (vt illis videbantur) constituere. quã-
obrem ab Euboicis strictissimo Euripo à Bœotiâ diuisis He-
siodum in carminis certamine prælatum Homero (si fidem
habemus Epigrammati in tripode, vt ferunt, inscripto) quod
rei rusticæ agricolarum q; argumentò magis, quàm rei
bellicæ et bellatorum adriderent. illud enim hominibus
pacem et vitam pollicetur, hoc miseriam et mortem mi-
nitatur: licèt etiam Homerus in Achillis Clypeo inter alias
artes agriculturam expressisset, ac eius cultores depinxisset.
etsi illa ars artium omnium ac nutrix teste Xenophonte
in Oeconom. et magna ars, vt vocat Varro. lib. 1. de re.
Rustic. Cap. III. [quâ nihil vberius, homineq; libero dig-
nius] ait Cicero. 1. de offic. et in Caton. iustissima
acquisitio non ab inuitis, vt per bellum: nec à volente,
vt per mercatoriam et cauponariam; sed à matre
omnium magnâ et uolente petitis alimentis, ceu
notat Aristoteles. 1. Oeconom. Cap. 1. adsentiens
nimirum Platoni in Euryphron. et Euty demo;
cuius pluria passim et digniora præconia, quæ

*quid de hac re sentiam dixi latiùs Sched. Decad.

— adeo

—— adeo sunt multa, loquacem vt
= delassare queant Fabium ——

Quibusq; an obiectioni fecerim satis, meum non est fateri: Tu, Vir doctiss. pauci tui similes Viderint.

Meditabar ista mense Augusto, et miseram V. CL Adelphonso de La Fuente Montalban. Sed, Heu mortalium fata! exspectanti rei Læta nuntium tristis adlatus est. illum Toletanæ vrbis ornamentum, orbis vniuersi decus, ingenioli mei præconium, amicitiæ inter ætate dispares par vinculum, nimio in studijs Colendis et vetutandâ fractum labore abijsse: Quo (Deum testor) potuit nihil mihi euenisse tristius. Amaui hominem ingenij dotibus, uel inuidiâ adfatente, probè instructum: dissentit nonnemo! sed cui vnum studium uel inuidere, uel malè precari, imò et uelle. Nos illius manibus amoris et gratitudinis ergò hoc cenotaphio elegidioq; vitè parentauimus, quæ in tanti viri memoriam visum est adtexere, digni profectò et ab omnibus nosci, vt à me amari.

VII. Coniectanea tumultuaria in Tibullum. Conlatio manuscriptorum cum excusis. Ouidius de Tibullo correctus. — Petro Pantoja de Aiala V.N.

IX. Martialis plura loca primaeuae integritati animaduersione, aut emendatione Leui restituo. Cum manuscriptis et Schidis veteribus variantes lectiones compono. — Andreae Puesta Theolog.

X. Auctorum antiquorum ex fragmentis miscella correctio. Varro bis; Titinnius saepius, Turpilius, Pacuuius semel: Accius non semel inlustrati. Aedepol, Medius Fidius in Titin. crebrâ. Fimbria et fibrum. Bebius, Maerius in Accio, Ennio, Virgilio, Horatio.

X. C. Valerij Martialis epigramma expensum. Quare ipse Cocus ab Aelio Lampridio? Quid de hoc Meursius, alij? reiectum. Leporem non edit adagium. Lampridio, et poetae apud eum nescio cui medela. — Melchiori de Soria S.J.

QVINCTAE DECADIS

SCHEDIASMA. I. Aliquot ex coniectura et vet. librorum et litterarum ductu in C. Petronium vel animaduersiones, vel correctiones. Locifere omnes vel difficiliores vel desperati, explicati, tentati. Osculum. Oris exigui in pulcrioribus commendatio. Camus. Tituli venalitij. tessera. dicis caussa. Lepus alatus. Τέλος quid? Varro, Ouidius, Martialis saepius, Priscianus vel maculis purgati, vel interpretatione inlustrati; omnia nouè. — D. Josepho Eundi Saluo de Sales V.N.

Persiani versus ratio adhibita. Quid Musae, ubi, inde, quid Helicon? omnia nouè vel argutè. Lactantius, Giraldus, Scaliger, Casaubonus, alij reiecti. Ausonius correctus et interpretatus. Hesiodus animaduersus. Alijs lucis aliquid inspersum. — D. Hieronymo de Medinilla V.N.

Martialem lubens meritò defendo; pristinae lectioni restituo, nothâ explosâ, obiter verâ explano. CVLEX quo tempore à Virgilio decantatus? — Petro de Valentia V.C.L.

Scaliger non valde in hanc rem probatus. BATRAXOMYOMA-
XIA an Homeri? Statius putat, sed temere.

IV. B. Thyrsum nec Toletanum, nec Hispanum sed Ereum
esse. B. Liberatam Seguntinam. Utriusq historia enucleata.

P. Paullo Rubenio V. CL.

V. Poëtæ veteres multi vel emendati, vel explicati quâ coniectura
quâ auctoritate; Bibalculus, Caluus, Catulus, Cinna, Macer, Meti
Atacinus, Pomponius, Æditnus, Furius, Laberius, Augustus, alij, Gra-
matici, apud quos ipsi inlustrati. De Utrisq disceptatum argute
Antuerpiam. nouè animaduersum.

Francisco Swertio V. CL.

VI. Multa, quæ prisis temporibus acciderunt, nostris obuia,
ab ijs illorum in præcipuis origo.

R. Gabrieli Lopio, Lucæ de Montoia Theol. e Minim. famil.

VII. De B. Paullo præcipua. an cum Petro eodem die mar-
tyrium passus? De aduentu ipsius in Hispaniam quid certi
quot Paullinæ epistolæ, an plures olim, quo ordine, quo
tempore scriptæ? Petri locus expensus.

Lupo Felici de la Vega Carpio V. CL.

IIX. Carmen de religione ex antiquo et Christiano poëta
Lucem nun primum datum: ex illo menda plurima corrigendi
conatus.

IX. Aliquot virorum eruditione inlustrium Toletanorum commemo-
ratio. Alphonsi de la Fuente Montalbani laus. cum illo mihi
de Apum naturâ sermo. De earum rege, an aculeum habeat, ne-
ne, ex experimento enodatio. Vulgi in hoc error, quin et non vulgi.

R. Francisco Martinio S. J.

X. Quoties an quotiens; ocium an otium; dissidium an di-
cidium scribendum? Varia in hanc rem ex varijs; Persio, Corin-
alijs lux, Virgilio enodatio. Iezechiel pro Ezechiel.

Sexta

SEXTÆ DECADIS

SCHEDIASMA I. Petri Castellæ Regis iusta seueritas laudata. Pro hac aduersus eos, à quibus Crudelis adpellatur immeritò, Apologia. — D. Petro Salazar de Mendoza V. CC. Toletum

In Iuuenale Coniecturæ aliquot, explicationes pauculæ; in alijs vel lux, vel nota. — D. Io. Fonseca de Figueroa V. inlustri. Madridium

Liuium quinquies corrigo, Cæsarem semel. — Balthasari Ansidæo Romam.

Pagus, Paganus, semipaganus quid? Persius explicatus dilucidè. Quid inter pagum et vicum? Error nonnullorum in hanc rem. Casauboni in Plinianam mentem explanatio detorta; pensitata ad curatè Plinij in eum epistola. — D. Alphonso Guillen de la Carrera Profess. Salmant. Salmanticam.

Prosa an Prorsa? prorsi limites. Prorsa Dea quid? Turpilius, Terentius, Agellius, Nonius correcti. Plautus, Ennius, Afranius, Varro, alij interpolati. ab Scaligero f. dissensus, Muzeto adsensus. in Ausonio hallucinatio. — D. Alphonso Carrillo V. inlustri. Madridium

In Arnobio partim ex M. S. libris, partim ex coniectura emendationes plurimæ, Observationes aliquot. — Ludou. Tribaldo Toledo; et Ant. Rozas Madridium

Reliquos Arnobij libros vel emendatione lustro, vel explicatione inlustro. — D. Christop. Vanetten V. N. Antuerpiam.

Ex Adagiorum vulgarium Hispanorum centuriâ selectâ cum Græcis et Latinis, vnde ortum habuêre, paræmijs compositâ seu simulatâ specimen. — Alph. et Eug. Narbonis I. C^tis. Toletum

Quinquaginta adagiorum vulgarium origenem è Græcis latinisque ductam cursim inuestigo. — Iosep. Perezio Petro Diazio de Riuas Cordubam.

X. Wisogothorum Lex explicata. È tribus manuscriptis lectio melior adcuratè pensitata. Quid in ea Scanciani, sive Scanziarij? Quid Guillonarij? Gillo, Guillo, Βαύκαλιον sive Βαύκαλις. Μιλιάριον in Nicarcho, cuius epigramma elegans et versum et animadversum. Alexander Trallianus, vel quisquis Problematum auctor correctus. And. Alciatus notatus. Giel, Giel, Gieles, unde Guillonarius, quid Gothis sonent; et quale illud [Alcaide de los Donzeles] olim munus?

*

OCTAVÆ DECADIS

D. Garsiæ Figueroa Varionuevo Marchioni de Susano

Schediasma I. Angelus, Genius, Dæmon, diabulus, quid unde? Quomodo accepti in humanis ac divinis Litteris: multa in Utrisque explanata. Custodius Angelus; de hoc multa philosophorum scita scitu dignissima. Lactantium reprehensus. quam notione olim δαίμων? εὐδαίμων, κακοδαίμων. Adagium novè expensum ἀνθρώπος ἀνθρώπου δαιμόνιον. Hebræis quid שָׁטָן? Diaboli peccatum quale? Locus Genes. cap. V. [Videntes filij Dei filias hominum]. Zabulus, Zabulon. in Apuleium de Deo Socratis animadversiones seu correctiones.

Neapolim.

Petro, Io. Francisco, Lud. Hieronymo, Martino, Eundisalvo Sibillis.

II. Quid Scazon? Ausonius explicatus. Horatius enodatus et emaculatus. Satyræ quot Persij? carmina in antelogio, sive primâ Satellâ expensa. Quæ necessitatis famelicæ vis? in dissensu potentiæ et impotentiæ necessitatis auctorum consensus. Alia quot in hanc rem à multis adcuratè expressa hêre interpolata. Ejus locus explanatur. Versiculus nothus expunctus. Multa in primâ Satyrâ notatu digna.

Antuerpiam.

Michaeli Ipenarieta V. N.

III. Locus nostri Isidori mendosissimus primæque integritati restitutus. Antiquum de illo iudicium nostrum. quid L. et X notæ apud Græcos et Latinos? Varroni, Persio, Vitruvio, Manilio, alijs Lux. Culpa et Laus in Criticis antiquis quomodo?

Madritum.

IV

V. Lipsij lapsus. Ciceronis interpretatio, Catulli, aliorum interpolatio. Apud illum [nuces legere], apud Lune [Tera] quid? noue notatum. — Auberto Mirao V. Cl. — Antuerpiam

Numerus quid? in versâ prorsâque oratione maxime ad concinnitatem necessarius. pedes rhytmici metriciue ab Oratoribus vsurpati, obseruati. Versus integri in Platone, Isocrate, Catone, Sallustio, Tullio, Liuio in continuato orationis liberæ contextu notati. — Io. Bapt. Sacco V. Cl. — Mediolanum.

Ex Ciceronianarum Orationum fragmentis aliquam multi loci apud Victorinum, Quinctilianum, Marcianum, Seuerianum, Non. Marcellum restituti, coniuncti, emendati, explicati. — Ia. Gruter V. Cl.

Ouidius epistola Cidippe Acontio ex manuscripto codice correctus, ex coniecturâ explicatus. — Henrico Farnesio Ticinum.

Habacuci locus expensus. Lupi apud ipsum an Hyæna? de ijs Oppiani carmina animaduersa. Vtriusque interpres notatus. Vulgata Bibliorum lectio et intellectio defensa. quare [vespertini]? Ieremias et Sophonias explicati. λυκόφως, ἀμφιλύκως, vnde? Virgiliana D. Ambrosij imitatio. Virgilius veræ interpretationi restitutus. — Didac. Serrano de silua, et Alphonso Serrano S. Ctra

Virgilio noua declaratio. Mercuri potestas, munia. Morpheus minister. Consanguineus pro fratre apud nonnullos. Somnus mortis. Catullo, Propertio, Artemidoro enodatio; Seneca, Petronius emendatus. Virgilius è manuscripto et coniecturâ aliquotiens restitutus. — R. Ludouico de La Cerda S. I. — Madridium

Virgiliani XI et XII. libri cum duobus manuscriptis conlati. coniecturis aliquot vel inlustrati, vel noue explicati. — Cornelio Martinio Belgæ. Madridium

*

SEPTIMÆ DECADIS

D. Ludouico de Castilla V. N.

SCHEDIASMA. I. Κατάπλους quid? Wisigothor. explicata lex. Toletani cuiusdam concilij lectio certior stabilita. Catabolenses in Cod. Theodosiano, et Varijs Cassiodori quid dim? Cataplus, Catablum, catabolus, catabolion. Cedrem locus expensus. Ciceron. Martial. Auson. Sidon. Marcel. alijs vox hæc notata.

Gasp. Scioppio V. CL.

II. Septem tantum aduersus Gentes libros Arnobius reliquit: Octauum Octauium Minucij Felicis ex ratione ipsâ ad sero. Multorum in hanc rem error ab aliquot denuò emendatus, à me cum Vtriusq. bonâ veniâ detectus. Multorum in Minucio locorum ex coniecturâ certa correctio. Minucius et Iustinus Martyr à taxatione Fabri defensi. Quod Dei nomen Exodi locus expensus nouiter. Catus, Catax, illex quid?

Francisco de Riosa.

III. A Vincentij Lirinensis Galli Scriptoris sacri et antiqui Commonitorio maculæ plusculæ sublatæ. Titulus operis qualis.

D. Francisco de Eraso.

IV. Optatus Milevitanus quà correctione, quà inlustratione percursus: non semel explicatus: à Fr. Balduini notâ excep. et aliorum exemplo in Latinis, quæ Hebræum Syrumve sectant, ad Græca dirigendis excusatus. Petri sedes Antiochiæ Roman translata.

Nathanaëli Tomkinso: Guil. Langtono VV. CL.

V. P. Ouidij Nasonis Consolatio ad Liuiam Augustam et M. S. bonæ notæ partim, partim ex coniectura emaculata, in LXX fere mendis fœdissimis repurgata.

Philippo Bertherio V. CL. Lutetiam.

VI. Vitruuij Pollionis de Architectura quinq. priores libros ad veterum codicum auctoritatem castigo.

VII.

III. in ceteros Vitruuij libros eamdem operam nauo. — Io. Wouerio V.CL.

IX. E Vitruuij libris omnibus tumultuarium Sticilegium, ex quo in alios Scriptores fructus, vel ex ijs in illum vtilitas. — Mich. de Rojas, Aluaro de Piña, Io. Bap. Monegro Toletanis.

X. L. Apuleij Milesias fabulas inlustratione subseciuâ percurro. — D. Alph. Mexia de Leiua V.N.

X. Scipionis somnium apud Ciceronem sæpius inlustro; Macrobium in idem noto. — Isabellæ Andreinæ Ticinum.

NONÆ DECADIS

Schediasma I. Herodianum stemma gentilicium, vxores, filij, gesta, mors: ordo successionis in Liberis: eorum apud Josephum historiæ breuiarium. Josephus aliquotiens notatus, cum illo Nicephorus, et Hieronymus: dissensus inter illos varij: in aliquibus conciliatio. D.D.D. Matthæus, Lucas, Joannes inlustrati. Varro, Virgilius, Probus, Tertullianus quà emendati, qua explicati. Συρια. Vturda, Iudæa olim quæ? Anas, Caiphas Pontifices. Persius explicatus. Machabæorum nomen vnde? — D. Io. Isassio, D. And. Velascio } W.N.

II. Multa apud Nonium Ciceronis fragmenta ex coniectura in decentiorem formam restituta, vel emendata. — Erijcio Puteano V.CL. Louanium.

II. D. Iunij Iuuenalis interpretatio non vulgaris. de loquela per digitorum notas multa. — D. Ludou. de Gongora V.CL.

IV. Persij locus nouè explicatus. Ædilium, Ædilitatisque munia ex LL. expensa; curiosioris indagationis in hanc rem plura. Casauboni sententia explosa de Areto. Aretum aut Aretium quid? an et in Persio pro Areto, Ereto? Hemina quæ mensura, vnde? — Ioanni, Alphonso } Narbonis I.Ctis

V. Quid turbida et quare Roma apud Persium. Vulgus mari turbato adprimè comparatur, in hanc rem Herodoti, Ciceronis, Polybij, Horatij, Liuij, Senecæ et aliorum sententiæ. — D. Francisco de la Cueua V.CL.

Liuiana imitatio ex Polybio; Horatij emendatio; Vulsi dedecora

D. Ludon. Ulloa Pereira, Ant. de la Barja Solis V. N.

VI. Martialis epigramma an aenigma, in quo [Sagaris] tentatum. Quid Sagati, Sagum? à quo apud nostrates Saiago?

Bustamantio, Ludouico Correa Salmant. Profess.

VII. Uter maior Homerus an Hesiodus? variae discrepantesq; sententiae. Nonnullorum testimonia. pauci adprobati, multi explosi, in vtrosq; coniecturae: ex ijs veritas, vel ad illa hallucinatio an et manuductio.

Ant. Nauarro V. N.

IIX. Sapho Phaoni apud Ouidium inlustrata, correcta ex fragmentis Saphus imitationes Ouidianae indicatae; ex ijs vtriusq; elucidatio.

Barthol. et Lupercio Leonardis de Argensola VV. CL.

IX. Aliquot in C. Valerij Catulli hendecasyllabos ex coniecturâ castigationes. Horatius ex vetusto codice animaduersus. Senecae vera lectio confirmata, Suetonij ostensa.

D. Jo. de Solorzano Pereira V. CL.

X. Lucretio vox restituta. Ennio mutata. Horatio anceps, Licinio certa, Persio alijs elucidata. Obstipo obstitum quid?

DECIMAE DECADIS

D. Garcerano Albanell. V. inlustr.

Schediasma. I. Anti Verderij nostri, hoc est, aduersus CL. Verderij in auctores fere omnes censiones et correctiones, siue mauis, morsiones et conrosiones, vt in Cerberum Herculeae Clauae, seu defensionis spec.

R. Heriberto Rosvveido V. CL.

II. A. Prudentium Clementem V. C. Calagurri uere veritati eius plures locos restituo.

III. Bedæ lapsus plures in computatione annorum omnium ætatum. Dissensus Hebræorum, LXX Interpretum, Eusebij, et aliorum in consensum redactus. Supputationes in hanc rem variæ. — Guilhelm. Bosculo Jo. Tauernerio

IV. Thespiensium apud Heraclidem mox expensus. Thespiarum discrimen. Agriculturæ Laus. Hesiodus Ascræus Bœotiusve: eius de illa carmina. Homero ob hanc Euboicorum iudicio prælatus. — Francisc. de Sancta Mar. Guterio.

V. Monstri Stellæ in Nauarrorum tractu nati anno Christiano ∞. IↃCVII. die IV. Mensis Maij effigies. de illo curiosæ indagationis disputatio.

VI. Verba Cap. III. Gen. [et serpens erat callidior cunctis animantibus terræ] adcuratè dispenduntur ex Hebræis, Græcis, Latinisq; Lectionib. aduersus varè illa explicantem. עָרוּם. Φρονίμος, callidus quomodo accipiantur. Multi in S.S. loci explicati, in non S. interpolati. In Cap. I. Pentech. Στυγματα. NOTÆ, STRICTURÆ. — R. Ioan. Pinedæ V. CL.

VII. Color vestis, qua D. N. per inrisionem à militibus prætorij fuit indutus, qualis disputatum adcuratè. Purpura et coccus quomodo accipiantur. Ruperto lux, D. Ambrosio interpretatio: quis russus color apud Scholiasten veterem Horatij: Apocalypsis B. Ioannis ex prophetia Isaiæ explicata. Horatij locus varè expensus; Purpureum pro pulcro apud plures ex antiquis Scriptoribus, qui passim inlustrati. Persio lux noua. Conlectanea Paradoxorum Fr. Sanctij Brocensis. — R. P. Martino de Roa. V. CL.

IIX. Qua acceptione in Sacris litteris filius hominis, vel hominum sit. cum D. N. adtribuitur, aliter et præcipuâ additione accipi. In prophanis deductiones hinc non paucæ nec inconcinnæ. Filius terræ, genuinus terræ; alia in hanc rem notatu digna. locus Actor. Αγγαίου θεοῦ. varie [illegible] — R. P. Petro de Ho Jeda V. CL.

Io. Sansordio
Guilh. Suvoysto
V. CL.

IX. De ingenijs seu scriptis Hispanorum iudicium. De Fr. Sanctij Brocensis cognitione præcipua. Iosep. Castalionis opusculorum seu Var. Lection. maiorem partem obelo transfigo; multis θ, nonnullis χ. adpono. Celsus I.C. l. si chorus, Gratianus Valens et Theodos. l. autem emendati. Vilius per III. vocalem, non per II. Vergil. scribendus. Varij variè et sine ordine scriptorum antiquorum loci, vt lucem variam accipiant, adgerati.

Inlustriss. D. Roberto Bellarmino S. R. E. Cardinali &c.

X. Canonici libri nonnulli interciderunt. Scripturæ sacræ auctoritatibus comprobatur. Varij varijs titulis in universa scriptura insigniti an canonici aliquammulti in hanc rem loci elucidati. A Hieronymo, Gelasio, Sixto dissensus. תולדות an scriptioni Geneseos adludat? an alijs præter Paralipomenon libris דברי הימים possit adaptari? quinam non libri, et si scripturæ vel libri nomine prænotati? Apocryphi à κρύπτω, quibus modis intelligendi? Traditionis Apostolicæ sine scriptis vis. Visiones an à Deo immediatè vel per Angelos Patribus antiquis? ספר quid, et Hebræorum libri quales?

V. CL.

ΕΛΕΝΧΟΣ

NOTARVM, quæ singulis SCHEDIASMATIS,

Ad DEVM pro Doctrinâ preces. Fidei meæ examologesis. S. R. E, cui vni Caput CHRISTVS, me, mea omnia LVBENS, MERITÒ, et EX ANIMI MEI SENTENTIÂ, subdo, submitto.

HISPANIARVM potentissimo REGI D. D. C.

Amicis, Doctis, Nobilibus, ac D. Ant. Perezio de Vargas auunculo meo S. D. vnà et Consilium meum, Scriptionis, et finem.

PRIMÆ DECADIS

AD

AMICOS, Doctos, Nobiles:

SCHEDIASMA I. Ad ianuam defunctorum pedes exporrecti. fortasse è Sacris. Hæc noue explicata. Vtraq; auctoritate multorum comprobata. Hinc Virgilio et Catullo conrectio; Iuuenali, alijs lux; Homeri in Seneca imitatio; Huic, Lucilio, multis inlucidatio: DECREPITVS quid? HVERCO, vnde apud Hispanos, et ex eo adagium?

Inlustriss. D. Sanctio Dauila Episcop. Segunti

Seguntiam.

II. Celebrandorum natalium ritus. Sacris Profanisq; in hanc rem lux. Hieronymi ac Bedæ lapsus primò detectus, fortean et leuiter tectus.

R. Io. Marianæ S. I.

Toletum.

III. Nugarum etymon aduersus Grammaticos. Sophoniæ ex Hieronymo docta interpretatio. Latinorum paræmiæ [nugas nugaris,] Græcorum ληρον ληρεις ab Des. Erasmo non bene deductæ. Eius in Ausano ineptum hebesuè acumen: Huius DELIRVS quid?

R. Thomæ Maluenda Dominicano.

Valentiam.

D. Franc. Gomez de Quevedo V.N. — IV. Sueuio apud Macrob. versus ex coniecturâ restituti. Macrobius ex aliorum calumnijs vindicatus. Nucum genera aliquod explanata.

Francisc. de Medina Hispalim. — V. Ex Claudij apud Senecam ἀποκολοκυντοσι multa: ex reliquis operibus aliquot loca corrigendi conatus.

D. Sebastiano Orozco de Couarruuias V.N. — VI. Origenes etymologiaeuè aliquot Hispanae ex Graecâ Latinâq linguâ, Phrases communes ex eisdem. Obseruationes indagationis curiosae non paucae.

R. And. Schotto S.I. Antuerpiam. — VII. Quid in Orbe medium? Hierosolyma, Parnassus, Arin. Umbilicus, multi explicati, nonnulli reiecti. Femur in S.S. Aliquot ex eo loci elucidati.

D. Bernardo Aldrete V.CL. Cordubam. — IIX. De Parnasso praecipua. Etymon, origo. Quid ipse cataclysmi tempore? vbi arca Noachi vel cymba Deucalionis constiterit. Varij variè explanati, vel nouè adducti; ritè nonnulli eiecti.

R. Alph. Loartio Carmel. D. Eugenio de Andrada I.C. Toletum. — IX. C. Plinij locus in controuersiam à multis vocatus, denuò à me tentatus. MORBVS EST ALIQVIS PER SAPIENTIAM MORI

Thomae Blanchardo Io. Barsoto Neapolim. — X. Bilium genera. VITREA apud Persium quid? Con. Celso lux, Cl. Galeno intellectus, alijs decor. Persiani enarratores planè reiecti.

SECVNDAE DECADIS

R. Francis. Suarezio S.I. — SCHEDIASMA I. Insigniora sacri Geneseos libri loca animaduersa: plurima nouè explicata, vel inlustrata. Praecipuae S.S. Patrum aut Interpretum in aliquot opinationes. Hebraica, Graeca, Latina Lectio indicata. Auctorum aliquot vel exem-

tiones

...nes, vel deliria in hanc rem notata. Alijs lux inspersa. — Conimbricam.

...pari filo secundi Geneseos Cap. difficiliora insignioraue loca per-lustro. Angeli signatè apud Mosen. Militia siue exercitus cœlestis de illis ne an de stellis? Ter à Hieronymo dissentio. Homerum explico. Multis ex vniuersa S. S. locis obscurioribus nouam lucem do, passim. — D. Ludouic. de Tena Epis. Dertusano. Dertusam.

...Dissensus Lectionum in Scrip. S. variarum concilio. Loca aliquot noue interpretor vel animaduerto e III. Genes. Cap. Antiphrasin aduersus Grammatistas defendo. Benedicere, Maledicere, quid? — R. Frontoni Ducæo S. I. Parisios.

...Pergo et in I. B. Mosis Librum Notas breues ab ipso primæui idiomatis vsu petitas, vel ad Graiæ Latiæue translationis gnomen adcuratè compactas do. — R. Basil. Pontio Legionensi Augustian. Salmanticam.

...Notæ Criticæ in V. VI. VII. IIX. IX. X. Cap. Genes. Noui operis eruditis omnibus gratissimi ac vtilissimi futuri Io. Mariana summo V. auctore dignissimi nuntiatio. — R. Carolo Scribanio S. I. Antuerpiam

...Indissolubilem Hieronymo quæstionem dissoluo. Babel, vnde et quid? — D. Aluaro Pizaño de Palacios Can. Cord. Cordubam.

...CORAM quomodo in Scriptura capi soleat. Vocum aliquot Hebraicarum vis, aut notio. Æternum; ...Memoratu digniora in V. Cap. animaduersa. — R. Io. Marquez Augustiniano Salmanticam.

...X. יָחַד. שִׁיחַ. יָנַח. מַהֲמָה. et alia, quæ in VI. Capitibus notata digna, explicata. — R. Petro de Palentia Dominicano.

...X. A cap. XXV ad XXIX vsq. difficiliora noto, in quibus non pauca raræ obseruationis. — R. Io. Lorino S. I. Parisios

...X. Genes. inlustrationem notis in multa capita, etsi breuibus, non leuibus cursim claudo; et quæ exercendi idiomatis sancti gratiâ olim animaduerti, hêic prodo. — D. Aluaro de Villegas Can. Tol. Toletum

TERTIÆ DECADIS

D. Jo. Fonseca de Figueroa V. N.

SCHEDIASMA I. Post C. Plinij Secundi interpretes alios spicilegium nostrum è veteribus Eccles. Toletanæ membranatei libris, siue ex coniectura. Illius in septem priores libros prælibatio. Solinus an Plinio posterior. Nomina oppidorum Hispaniæ aliquot vulgaribus expressa.

Bonau. Vulcanio V. CL.

II. Multa in Plinianis Lectionibus varietas indicata et iudicata. Ex Aristotele Plinius correctus. Quid [orgyia] ex Nicandro iterum, ex quo Lux Statio inlata. à Varrone, Plutarcho, Macrobio, alijs Plinius directus. Elops an acupenser. Glossema duplex indicatum, expunctum. Coniecturæ non infelices aliquot in locis desperatis.

Danieli Heinsio V. CL.

III. Oripelargi vox restituta Plinio, ex Aristotele, qui contra Gazam versus. μετέωρος quid Demostheni. Plinij Lectio emaculata ex coniectura Vergaræ et Gomezij VV. CL. et obseruatione nostrâ in Oppianum et Epiplanium. Phœnix Lactantij nitori suo vindicatus. Glossema è Plinio eliminatum: in eumdem ex Theophrasto et Dioscorida animaduersiones.

Jo. Meursio V. CL.

IV. Draco palmes, variolæ vuæ siue varianæ an quæ purpureæ. Vuæ et racemi interpretatio. Plinius abs se ipso restitutus pluries, ex Dioscoride et Theophrasto non semel. Tantum non, μόνον οὐ. Vinum Eunuchus. Colymbades. σερικὰ quæ Galeno et sericum Plinio. Feminæ ieiunia Cereris festum celebrabant. διὸς ὑὸς. niger color äeri, et aquæ Homero; apud quem Thesalia et Ægyptus ἠεριαὶ à terra nigra.

V.

V. Achillis hasta ornea ne an fraxinea notatum contra Vallam in Homeri versione. Virgilij versus eleg. vlt. de iunipero explicati. Inuicem pro deinde. Carbunculus terra. Φαρσαλὸς Appiano et alijs Thesaliæ vrbs. Ex Theophrasto Plinius correctus semel, ex coniectura sæpius, ex Columela male à Pintiano accepto bis. — Balth. et Io. Muretis — Antuerpiam

VI. Vnâ eâdemq; opera Plinio et Isidoro lux. Illi [summus cibus]; Horatio [summum carmen] quid? Quare antiquorum cœnas lactuca clauderet? [Miraculum mellis, nectar.] [lusus pudoris] à Plinio reiectus, cui ex Theophrast. certa medela semel, ex coniectura et Vet. libb. non semel, nec tam certa. — R. P. Paullo Albiniano de Rajas — Cæsar Augustam.

VII. Lentigines, saliones, seu sanniones quid in Plinio? Metalli varia etymologia. Variè Plinio suppetiatum. — I. Cæsar. Bulenge. — Lutetiam.

VIII. Ex Homero Plinius restitutus. [Diana saltatrix] prouerbium, vt ἀκοντὶ, quæ vox Plinio scripta. Quid cœnum, quid stemmata gladiatoribus: ex eorum gente Dioxippus certaminibus ab auctoribus decantatis celeberrimus. B. Ambros. explicatus. Variarum lectionum et emendationum miscellanea.

IX. Plinius ex Galeno explicatus. inter illum et Aristotelem de harundinibus discrimen. a Leoniceno et Lipsio per me vindicatus; ad Theophrasti amussin reuocatus aliquotiens. Φελλὸς Hesychio et Phauorino, an et Plinio cortex arboris.

X. Criticæ in Castalionem vindiciæ, hoc est, viridoctissimi ab eius calumnijs amandati. In Catullianum Passerem noua animaduersio; in Martialis plures locos pensitatio nov-antiqua. Quod Catullo liminare epigramma? — D. Augustin. Tamalo V.N. — Malacam.

QUARTÆ DECADIS

Dn. Franc. de Rosas, et Guzman Comiti de Mora.

SCHEDIASMA. I. B. Isidorus à nonnullorum calumnijs vindicatus. Quid litteræ longæ in Plauto? Condemnationis et Absolutionis Notæ. Sepulcrales quomodo intellegendæ? de ST. θ. T. apud Hebræos, Græcos, et Latinos præcipua.

R. Iac. Pontano S.I.

II. Creber nonnullarum litterarum apud aliquot auctores probæ notæ concursus sedulò notatus: Apud Ennium præsertim, qui obiter nunc semel medicinam accipit. Una et Scriptores, apud quos ipse.

Carolo Paschalio V.Cl.

III. Tumultuario multi veterum insigniumq; Scriptorum locis medicam manum adplico: Ciceroni, Livio, Senecis Rhetori, Philosopho, Agellio; Æ. Spartiano; Iul. Capitolino. [Grassator] in Catone apud Agellium quid?

IV. Varietas lectionis in voce [melos] apud Persium: quæ retinenda: Auctorum dissensus, qui audiendi. Persius explicatus, Ennius, Cato, Nævius, Lucretius correcti. Varij varie interpolati.

Francisc. Philippo et Ant. de Caso f.

V. Correctio et animadversio in Cypriano; huius ex Cicerone, Virgilio, et alijs; Isidori ex Apuleio; Orientij ex Ovidio imitationes subindicatæ. Omnium laudes. Hic emendatus. Quibus ad duranda corpora defunctorum usi veteres?

VI. Tumultuariò varijs Scriptoribus lucis aliquid obiter aspergo. Varro, Cicer. Senec. Val. Maxim. Quinctil. Curtius, Plinius, C. Sempron. Festus, Hesychius, Aldhelmus, Suidas, alij varie inlustrati. Suovetaurilia quid? quid et τριττυά?

316

Mi señor. bien sio io dela merced i honrra
que vmd hace a esta cassa, que me tendra muchos
ratos en su memoria, i assi no estrañara ver letra
mia, i mas quando lleba el sagrado dela obediencia,
a que me offreci, reconociendo en mis Padres deseo
de escreuir a vmd cuias manos besan.
Estamos cuidadosos de no saber en tantos correos de
Balthasar mi herm.o aunq. se presume, que o no
bienen, o con mano superior se retiran, no dando
a Particulares sus cartas. Vmd a de ser seruido
de verse con luis ortiz de Matienço, i pregun-
tarle lo que en este particular vbiere, si tiene
cartas de mi herm.o a cuio cuidado dixo d. P.o
mi tio quedaua. i aunq. no las tenga, quando
se podra escreuir con seguridad. De Seuilla
vmd sabra lo mesmo q. nosotros, i porque a
vn chronista no es bien embaraçarle, vmd
señor se quede a dios que le g.de con los
augm.tos que su persona esta mereciendo, i io
(como tan interesado) estoi siempre deseando.
de Toledo Maio 4. de 1629 a.s

Todo de Dn Fernando
vmd. de Rojas Pantoja

S.r D. Thomas de Vargas.

exierunt ijs diebus in lucem ~~[illegible]~~ J. C. [illegible] opera alia
hoc est. P. Paulus de Hiala Consiliarius Legij Commentarii
ad tit. de Alcohol. in 4°.

Alphons. Carrasco de leg. in fol. quod
recusum Genenae legi in catal. Nundin.

Joan de Solorzano, qui olim de Parricidio
scripsit,

Archiep. Bach. et cas.

Hae latine omnibus hodie manibus teruntur. Hispanice plures
sunt. Ego aliquot rerum nostrarum Commentarii
publicavi, sed non tanti, ut illorum commemoratione te
delassem. Librum illum D. Martini Carrillo nondum
recusus est. Horum aliquorum exemplaria si velis, ad
~~mittam~~ qua moneas mittam.

De ceteris, quae ad ~~[illegible]~~ lucubrationum mearum
editionem spectant, cum iam internos pro tua humanitate
conveniat, nihil aliud addam, quam me commoditatem spectare
~~[illegible]~~, qua ad te brevius ac securius perveniant, spectare.
Interim Deum op. m. venerer, ut Te Reip. litterariae
bono natum incolumem servet, cum Cl.mis ~~[illegible]~~ RRDD
R. D. Severino Vinio, R. D. Leonardo Maio, et Henrico
~~et Theodoro mea~~ Frandienio, quibus amicissimam dicam
salutem Cl.e Florichi. Mad. ~~[illegible]~~ Kal. April. ann.
(1) 1XXXIX.

Exemplaria Nundinarum quae
[illegible] non est mittas.

Vir optime et humanissime

Felicius actum est de litteris, quas per communes nuncios hactenus ad te dedi, quam de ijs, quas amicorum manibus, e Belgio Coloniam mittendas tradidi; ~~[illegible]~~ probabiles ~~[illegible]~~, ~~[illegible]~~ fortasse ~~[illegible]~~ in ipsa amicorum incuria ~~[illegible]~~ passae ad te non pervenerit. Certe tres eodem exemplo transmissi, ~~[illegible]~~ quas cum deperditas autumem, iterum in memoriam ~~[illegible]~~ eorum quae in illis proponebam, revoco. Sed antequam ~~ad ea~~ ijs, quae in tuis ad me ... per humaniter datis, animadverto in ilegis, breviter satisfaciam, non possum non ingentes tibi gratias pro tanta in homine exterum, et de te tantum animo non re hactenus, me rebus benevolentia referre: quibus aeternum me, uti obnoxium, satisfactorum polliceor. Plures in Hispania ~~[illegible]~~ nobilitate, doctrina, atque alijs ingenuis animi dotibus praestantiores passim invenies, nullum fortasse, amicitia, candore, veritate, et in externos observantia ~~[illegible]~~ me (~~[illegible]~~ ô utinam ~~[illegible]~~ multorum his commodis deservientia experimento cognoscas!) habebis superiorem: tam reverenter amicitiae lito.

Quae de rebus nostris scire aves, haec raptim capes. R. P. Fernandus de Salazar ~~[illegible]~~ postquam Aulae negotijs immersus ~~[illegible]~~ fere est, studijs ocium ~~[illegible]~~ ullum relictum est: Parat in Cantica Canticorum Commentaria: sed tantum parat. Lepidum negotium arbitrantur ipsam ipsius socij. R. Jo. de Pineda, qui etiam apud nos est expurgandorum librorum curae intentus, etiam silet. Jo. de la Cerda nescio quid in S. Adhaltemi opera meditatur.

[illegible] carta [illegible] [illegible] [illegible]

אלהים Elohim] hac voce initio Genesis Cap. I. probari Trinitatis mysterium docent erudite Eugubinus hoc ipso loco: Tuccius praef. Annot. in Cant. Cant. Galatinus II. de Arcan. Cath. verit. cap. IX. Fabianus Fioghi à cap. II. ad XI. dialog. fra il cathecumino; Reuclinus, alij, qui linguae sanctae arcana intus et in cute nouerunt. Insurgit tamen J. Drusius Comment. posthum. in Pentateuc. fol. 7. probans nullum mysterium esse in verbis illis [Creauit Elohim], et libell. eiusdem nominis, et responsione ad Quaestion. Anonym. ante eum B. Pererius in Genes. tom. I. ante vtrumque Abulensis in Genes. et lib. de Trinitat. quorum quidem ea argumentorum vis est, vt facile ad se quempiam adducant. Ego tamen pie id intellegendum, mysticeque considerandum velim, non necessario, hoc tamen pacto ne pietati cuiuscumque viri docti aliquid derogem, qua quodcumque mysterium sub vnaquaque diuinorum librorum voce subesse pie confiteor, vt exemplis probare facile esset: hic praesertim, vbi in Berescit Ketanna dicitur R. huna pluralitatem speciali nota animaduertisse.

Genebrard. II. de Trinit. fol. 115
Cor. Cornel. initio Pentat.

Epigramma

in Historiam Militiæ Ordinis S. Joannis
Hierosolymitani
Rhodiensis, sive Melitensis

à D. JO. DE FUNES eiusdem Ord. equite
accurate conscriptam

Victrices Heroum animos, sacra bella, trophæa
Threicij lunis hostis ab Odrysijs;

Christiadum puri verum tutamen honoris;
Imperium, infidi præsidiumq maris;

Crudelis terrorem Asiæ, Libyæq ferocis,
(Seu contrà it ~~Parthus~~ Pœnus, sive repugnat Arabs;)
Cognatas Superis acies, gratasq Tonanti,
Atq Salutiferæ candida Signa Crucis;

Gesta ducum, monumenta Patrum, immortalia ~~magnis~~ miris
Laudibus emeritæ præmia militiæ,

Religio Solymas tenuit cùm Martia terras,
Carpathiamve Rhodon, vel Melitæa iuga:
Eruis è tenebris, diasq in luminis auras
Producis clarum, Nobilis Auctor, opus;

Res bello magnas primæua ab origine pandens
Ad tua compellas tempora, docta manus:
Macte, animo calamoq; potens, Clarissime Funes,
Seu chartis mandes fortia facta pijs;
Dura truci impauidus seu immittas prælia Turcæ,
In te concordes Mars et Apollo cluent.

D. Thomas Tamaio de Vargas
Historiographus primarius Regius
Ludebat ex tempore

Fran.co de la Torre lib. 1.
Canción. 1. Estanc. 6.
Amenza: Tortola solitaria q̃ llorando.

Llora desventurada, llora quando
vieres resplandecer la soberana
lampara del Oriente luminoso:
quando su blanca hermana
muestra su rostro blando
al pastorcillo de su sol quejoso.

Capilli in templis, vestes, catenae, aliae.

Natalium celebrandos ritus idem qui nostri,
Hebraeos, Graecos, Romanos.

Semper tunicis albis, ut apud nos, mortalium
mortuorum ornatos.

an initia coenae sumpserint, ab oleribus olim
Ut nunc, quae vocamus exsaladas?

tabellae pictae in templis, sanitatis indices.

in iudicijs multa olim, quae nunc.

Reges aut duces in bellum profecturi, pinus sacris
adstabant.

~~[illegible]~~

praedarum in arbore, sive domus foribus appendebant
venatores

Auorum nomina negotiis indebantur.

Maritos in Lecto puerperis decumbere, ut fieri
Sumus inter [illegible]
sortibus, aut talis [illegible] aliis
[illegible] vaticinari
purpureis [illegible] stabantur antiqui in bello, ut
[illegible] sanguinis vulnerum cognitione colligi
[illegible]

67 Vsus prolixiis nostri, mas te valisa 20 anos ne
68 in re anatomia multa dicim necessa communi
69 dri acquisitania venahi antiquitus visitata.
70 Ethiopes accessimus applicatus.
71 nominis et cognominis Vsus idem quod nomen
antiquus.
72 Authiqui vnus antiquus, quod indicis antiquum
fuit Nomen.
73 Aqua Castinetiam Quae fetor Ethiopis
ante impedit.
74 Ein Bankbedd dicim

Quae in mundo antiquae
nostr. explicare
Ein reg- explicare ne Vsus
anno 1 a Tanno
Quae Pictura ne Regem
Quae Pictura ne Regem
Quae Pictura ne Regem

...munes puerorum voces Tata, Mamma, Pappa, Bua.
...rum Nænia La, La, La.
...pertino tempore cibus sumebatur apud antiquos, nomine
...apud nos, Merendæ.
...os antiquorum exosculandi dextras ab Hebræis, Græcis,
...et Latinis tractus, eodem quo apud nos sensu.
...xteri lateris, seu brachijtsus in honoribus.
...us eorum, qui apud nos Lacaios;
...us eorum, qui apud nos pages, et etymon.
...rium pultatio, ipsissima antiquorum, quæ nobis in usu.
...ticularum narratiunculæ quam simillimæ nostis.
...Meretrices dimidiato pallio cooperta.
...ulieres uno oculo captiosæ.
...Pu nostrum in re fœtida, ex antiquis.
...x maculis unguium mendacia divinare.
...umum pulchriores persequi.
Amatorculos ex articulorum sonitu cognosci.
...res tabernarum tintinnabulis ornari, ut introeuntes
noscerentur.
...Sulphurata vendi.
...Propinationum idem, qui apud nos, usus.
...ludorum usus vociorum: la Morra, sancto Mozarre, la gallina ciega:
...Herron, et ~~[illegible]~~ aliorum.

30 quod apud nos malcocinado veteribus in us

31 Sternutatione omen.

32 omina aliquot familiarum ex speculi fractu
salis spargione, obvij alicuius offensione.

33 digitorum variae irrisiones

34 loquela per digitos

35 nocturna lucernarum et ignium in festis accensio.

36 Die primo Maij festa nostris similia

37 certo aliquo die nihil assum comedi, ut
quibus sit nunc vespere S. Laurentij.

38 Papedorum usus antiquus idem qui hodie.

39 lucernae pensiles simulacris impositae, ut nu
imaginibus facies.

40 Meretricium vectigal

41. Usus cingulorum, quae apud bandas.

42 vexilla sepulcris impositae.

43 odores incensi in pompis, in festis;

44 ~~omnes~~ fascini a pueris auerruncandi auocamenta
sive fasciolae pendentes, et Proiectum, nob

quare lapides iacti accurati q ad cruces in viijs?
dim idem factum.

in sepulta punitur cadavera, atque ceribus exposita.

ramis amicorum portas ornari die aliquo certo
ut nunc fit in multis oppidis die S. Joannis
vel S. Petri.

puerorum eadem, quae nunc, dim exercitationis
mos in gymnasijs.

saltationum aliquot formae, quae hucusque
apud nos conservantur.

naves in templis suspendi, vel supplicationis
vel monumenti &c.

dona certis diebus dari, quae apud nos
Aguinaldo, et unde.

dias aziasos unde diximus, et eorum apud
antiquos usus.

multa ad cultum veri Dei ex idolatrianitate in melius mutata.

iurisiurandi formulae antiquorum nostris similia

20 praetereuntes nummo infixo falli. +

21. Medicos olim alios, quos nunc platicantes dicimus, comitari.

22. Magisteris ac doctoratus titulo olim doctiores, ut nunc, honorabantur.

23. Vectigal, quod chapin de la Reina dicitur apud nos, etiam eodem nomine et usu usurpatum.

24. Agitatio Taurorum an antiquitus usitata?

25. Quod in agitatione taurorum nostra, domingu[illegible] in Ciceone expressum.

26 Sonus iuvariculis de absentibus mentio.

27 Usus gelidae aquae, et eius vasis aenei, quod ap[illegible] nos cantimplora.

28 rura in fenestris disponi.

29 in usu olim erant sartores et sutorum vestium [illegible] calceorum veterum, apud nos rogaciosens et cap[illegible] de riego.

Una relacion de cosas que el general fran.co de azeb[illegible] en la rio nada [illegible] Brasil —

Otra de d[illegible] valzeros [illegible] que esta ne[illegible]

R. P. Ioanni de Pineda S. I. V. CL.

Verba Cap. III. Lib. Genes. [et Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ] adcuratè dispenduntur ex Hebræis, Græcis, Latinisq; Lectionibus aduersus varè illa explicantem. עָרִים. φρονιμὸς [callidus] quomodo accipiantur. Multi in S.S. loci explicati: in non. S. interpolati. In Cap. I. Pentechon. Στυγματα, Notæ, Stricturæ.

SCHED! VI.

Victuris in cute punctis (vt cum Militum Dictatore optimo FL. Vegetio dicam, quæ Στυγματα Ætius antiquæ medicinæ adsertor, et Arcadij Honorijq; Impp. apud quos et NOTÆ, adpellat Constitutio) MILITES cum suo Ductore veteris militiæ consuetudine libet inscribere, vt hoc saltem modo possint latitantes agnosci, vti de Fabricensibus notant Impp. Leui tamen sphragitida, ne teneriuscula Editoris cutis obrigeat: Quod tui iudicij facio, Pineda à tot præclaris ingenij magni monimentis et à religione Clariss.

II. de re mil. cap. V.

C. de Fabric. et ibi Cuiac. Turneb. XXI. cap. XII. Adu.

In Cap. I. Cum primo mihi res est, qui glorioso militis habitu cinctutus incedit nouoq; factu illa è III. Cap. Genes. proponit, [et Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ:] vbi pro familiariori, uel magis domestico post tot SS. P.P Græcorum et Latinorũ interpretationes, post tot Virorum nostri ac alterius Seculi doctiss. Labores novus hic MIRANDVLVS adnotat CALLIDIOREM intellegendum. Sed ad rationes, quibus innitatur, prorsus cæcutio. Legi, pellegi caput vniuersum, sed hactenus nec עָרִים inuentum. Itaq; receptam ego vocis notionem totis vlnis amplector. Primò, è primęuâ ipsius apud Hebræos origine, quæ quidem ante oculos vnicuiq; in Scripturis aliquid noui molienti debet obseruari. Secundò, quia prorsus inepta; Tertiò, quia absurdè probata. Primum è עָרִים, inde verbum in Kal et Hiphil, quod est callidum, et astutum; hinc in hoc Geneseos Loco, Serpens erat עָרִים, (hoc est callidior); nec aliud in linguâ Latinâ uerbum

aut

aut vox reperiri potest, quæ magis significationem Hebræam exprimat, imò nullâ aliâ potest aptiùs apud Hebræos enuntiari callidum, quàm à radice עָרַם; et si vnius vocis vnica est significatio, vt olim Brocensis in Paradoxis, et nunc cap. IIX. et X apud Pentech. Deuter., qui dici potest additiam tantùm significationem voci primæuæ, et (vt ita dicam) propriæ debere adaptari? Non credam uel quinq3 decurionibus, non vni Pentecontharco

= contra Fortunam armatis, contraq3 Pudorem.

Hinc secundò progredior ineptam prorsus esse: quod etiam linguæ Hebraicæ vsus facile demonstrabit. Puncta pro vocalibus illi sunt, et vbi vnum, quodquod sit, notet consonantem, eâdem semper debet enuntiari notione. inde colligo uel ineptam esse hanc interpretationem, uel eodem modo multos è S.S. Locos interpretandos, vbi cum eadem ipssissima reperiatur vox, semper ab interpretibus pro

Num. XII. callido acceptam est, Vt in Iobi. V. dissipat cogitationes עָרוּמִים hoc est, callidorum, uel astutorum, vbi Hieronym. rem magis, quàm vocem expendens malignorum transtulit: Et cap. XV. et eliges (pro elegisti more Hebræorum) linguam עָרוּמִים callidorum: et eodem modo Hieronym. [et imitaris linguam blasfemantium.] Sic I. Reg.

V. V. XXIII. num. XXII. dixit enim mihi (nuntius) עָרֹם וְעָרַמְתָּ [callendo callidè instituerei.] Prouerb. XII. Homo יַעֲרִים [et astutus intelliget gressum suum.] et XIV יַעֲרִמּוּם [et callidi coronabunt scientiam.] Hieronym.

V. XXIV. V. XIIX. [et prospectabunt astuti scientiam.] Nec non XIX. [derisorem percutiet, et simplex עָרַם callidè aget, aut callidus aut astutus erit. Hieronym. [pestilente flagellato stultus sapientior erit.] atq3 etiam Psalm. LXXXIII. [super populum tuum] יַעֲרִימוּ סוֹד callidè agent.] LXX interpretes, vti superiùs Hieronym. malignauerunt: et ipse Hieronym. [nequiter tractauerunt.] in quibus uidere est.) schure R, quo עָרוּם callidum, et עָרוּמִים callidi Lene significatur; aliter עֵרֹם per cholem nudus, et per daghes עֲרֻמִּים nudi; quod Pagninus confundit vt Mercerus notat; ex Iobo patet Cap. I. his uerbis [nudus egressus sum ex vtero matris meæ;] Hebraicè עָרֹם pro voce nudus; et

in Thesaur. siue Lexico.

Num. XXI. aliis Locis: quod per antiphrasin accipi posse fortassis non

malè

malè augurer; vt aliqua sit inter nudum et callidum עָרוֹם
et עָרוּם analogia; ni antiphrasis vlla possit tantùm Broc-
santi placere. Postremò ne vlla mihi ista inquirendi occasio aut
causa præterlaberetur præceptorem in Hebraicis meum, et
alium apud Pincianos Hebraicarum Litterarum Professorem,
vtrumq3 genere Hebræum, patriâ Africanum in S.S. exercitatissi-
mum Consului, qui vno ore sententiam nostram laudarunt, vt
idiomati Hebræo conuenientissimam, et hanc explosêre no-
uitiam, vt nulli innixam fundamini. Ad tertium vedeo,
hoc est ad absurdè probatam hancopinionem ab ipsius, quisquis
sit, adsertore. Nam si à Prouisorio significatione, quâ Lxx
vti sunt, velis argutari. Quidnam conuenientius voci ipsi
Hebraicæ poteris inuenire? Prouisus in actionibus circa
singularia versari Aristoteles adsignat: Bene. Nam hoc
callidorum proprium munus. Cui etiam præclare conueniunt
illa Nonij [Callere est scire calliditate, quæ est vrbana scientia.]
quo illud ex Afranij Abductâ explicat

= Heri mei omnem melius callent rem, quàm uole:

quêis subdit [callere HIC proscire calliditate.] & Hinc industrij, Sic Cicero. in
lutrapeli, et se plurimum insinuantis nomen proprio iure sibi Lælio ad finem
astutus adsciscit: quæ cum proprietates, qualitates q3 verè suapte locus intellegend.
naturâ propriæ illius sint, prorsus non video quamobrem vti
à illo seiunctas quis proferat, si ex eâdem officinâ [calliditatem
et callidi insinuationem] esse fatetur. Quin à naturâ serpen-
tis metaphoricè hominis callido insinuatio aptissimè adapta-
tur. Virgilius passim, ne alios compilem, I. Georg.

= Maximus hic flexu Sinuoso elabitur anguis, II. Æneid.

— Sinuat q3 immensa volumina terga. XI.

= Saucius at serpens Sinuosa volumina versat.

Hinc vel dolosi, vel callidi titulo semper insignitus. Prudentius in Tetrast.

— per anguineum malesuadâ fraude venenum.

Hilarius in Genes.

— captusq3 dolis se præbuit angui;

Lib. I. Cl. Marius Victor

— incautum fraudis malè gnara maritum

= quâ perijt prior, arte petit —

Lib. II. Pasch. Carm. in Hexamer. in Commonit. Lib. I. Vt perfidi apud Sedulium, fallentis apud Dracontium, deceptoris apud Paullinum, et Orientium. Claudius idem Marius Orator Massiliensis

= Callidus at serpens —

— cuius

= Callidus extremis tantum insidiabere plantis.

Quæst. in Genes. Albinus Caroli M. præceptor rogans [vnde serpens Callidior dicitur cunctis animantibus terræ?] respondet [non ex suâ naturâ, sed ex diabolici spiritus inflatione, vtebatur enim serpente diabolus quasi organo ad perpetrandam Calliditatis suæ malitiam. &] quid alij? Taceant D. Paullo loquente [serpens seduxit Euam astutiâ suâ,] et vtrumq; complectente.

II. Corint. XI. Addo et φρονεῖν, id est sapere, seu sentire ad adfectum pertinere sæpe apud Paullum Rom. VIII. [qui secundùm carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt; qui secundùm spiritum sunt, quæ spiritus sunt sentiunt.] Nam prudentia carnis, id est φρόνημα, mors est: et cap. XII. [id ipsum inuicem sentientes] idest, pari caritatis adfectu alij in alios adfecti: Philip. II. [vt idem sapiatis, eamdem caritatem habentes, vnanimes, id ipsum sentientes:] et ibid. [hoc sentite in vobis quod et in Christo IESV.] hoc est, induite eum adfectum in proximos, qui fuit in Christo erga uos. et Cap. IV. [gauisus sum autem in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire] (id est cum adfectu mei curam gerere) sicut et sentiebatis. Sic apud Homer. Iliad. IV. Vlyssi ait Agamemnon

Οἶδα γὰρ εὖς τοι θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλος
Ἠπία δηνέα οἶδε, τὰ γὰρ φρονέεις ἅτ' ἐγὼ

noui

[noui tibi animum mitia consilia scire: eadem enim sentis] (id est cupis) quæ ego. et vt dicimus, altum sapere (aliter quam à Milite dictum) idem Vates lib. V. Iliad.

Φράζεο Τυδείδη, καὶ χάζεο, μηδὲ θεοῖσιν
ἰὸ ἐθέλε φρονέειν.

[Considera, Tydide, et cede, neq; DIS æqualia velis sapere.] et iterum eodem lib.

— Τοῦδ' ὦ τρωεν μένεος Ἀρὴς
τὰ φρονέων, ἵνα χερσὶν ὑπ' Αἰνειαο δημοιη.

[Huius (Menelai) concitabat robur, Mars hæc sapiens (id est cupiens) [vt manibus Æneæ interficeretur.] Necnon Iliad. XII.

ἀυδὰ ὅ, τι φρονέεις, τελέσαι δέ με θυμὸς ἄναγεν.

[Loquere quod cupis, perficere autem me animus iubet.] Vide quam aliter ac tu sentias; et hinc vocis notionem cape. Te non ego, cum Pagninum Paulli interpretem facis: an et Montanum volenti scribere Pagninus subscriptus est? an quia Pagnini versio veteris instrumenti cum Montanicâ noui coniuncta te decepit? hoc credo; ad Pagninicam Isagogen haudquaquam recurrens. Qui uerò [Euam lusitare solitam fuisse cum serpente, sinus ornare, atq; collum et brachia facile adducitur,] facile seducitur, et varijs quasi errorum nexibus ceteros inretitos ex sese ipso autumat ille, cui eiuscemodi opinioni ad sensum præstitisse Josephus uidetur: Nam [nullum fuisse inter animalia dissidium et familiariter serpentem cum Adamo et vxore eius] degisse, Non est cum illo lusitasse, sinus, collum et brachia ornasse. Idem namq; de cunctis animantibus illo ~~[illegible]~~ breuissimi temporis spatiolo homini obsecunditatibus posset adfirmari; præsertim cum pluria pulcriora, et oculis iucundiora in prospectu essent; et à quibus murænulæ et collaria feminarum ab illo ad nostrum vsq; tempus æquiori ratione promanarent. Dicat igitur huius tam nouæ doctrinæ interpres quas, quot uè putat à Parentibus

1. Iud. Ant. Cap. II. Sic intelleg. Basil. homil. de Paradiso. Damasc. II. de Fid. Orth. cap. X. et Procop. Gazæus in Genes.

tibus factis horas perstitisse adipsorum Lapsum; quo ab obedientiâ ijsdem præstita animalia cuncta Lapsa sunt; uel ad enuntiatam serpenti maledictionem, et inimicitias à Deo inter ipsum et mulierem et Semen vtriusq3 positas, queîs non iam Lusus sed iurgia inter vtrumq3? Multas? Multus ipse in eorum innocentiâ, quam in ipso adhuc restitisse hac ratione inductus haud verè dicam. Discat, discat ab alijs et ab ijs præcipuè, à quibus maior huius capitis pars transcripta est Del-Rione, Maluendâ, Pererio VVV. CL. Pauculas? in vnâ hac tantùm re, et Lusu cum serpente consumptas quis credat, nisi qui puerorum Lusibus, quam ludis Litterarijs aptior virorum grauissimorum, et litteratorum calculis iudicetur? Ast rem amplius artiùs ue vrgereuin'? quî Damascenum tuæ sententiæ adstructorem non acriori iudicio delegeris? si Familiarem pro callido vsurpas, quare Litteris, more Criticorum, maiusculis, aut speciali notâ Familiaris apud ipsum non obseruasti? eius sunt uerba. [Serpens plus ceteris animalibus Familiaris erat homini, ipsum frequenter accedens, atq3 placidè motibus corporis blandiens.] Vt ex interpretatione, quam Πεντηκόντα ἔχω ἐξ ἐκ secutus est, videre licet; sed, amabo, Græcum Damasceni exemplar adeas, mi Editor, in quo si vlla tuæ sententiæ defendendæ uestigia (de Familiari et serpente res est) expressa repereris, cum Maroniano Menalcâ pro præmio

II. de Fid. Orth. Cap. X.

Ecl. II.

: (insanire libet quoniam tibi) pocula ponam
: fagina ——

Vt de fatigatione in quærendo sitim contractam, si libeat, Liceat sedare; sed ceteris, ne et ego fatiger, supersedebo: Certè nec illa tanti quæ et ab alijs antea concinnata, et in hunc quasi cinnum superfluò compacta.

R.P. Mart.

R.P. MARTINO DE ROA S.I. V.CL.

Color vestis, quâ D. N. per inrisionem à militibus prætorij fuit indutus, qualis, disputatum ad curatè. Purpura, et Coccus quomodo accipiãtur. Ruperto Lux, D. Ambrosio interpretatio: quis russus color apud scholiasten veterem Horatij: Apocalypsis B. Ioannis ex prophetiâ Isaiæ explicata. Horatij Locus verè expensus: [purpureum] propulcro apud plures ex antiquis scriptoribus, qui passim inlustrati. Persio Lux noua. Conlectanea Paradoxum Fr. Sanctij Brocensis.

SCHED. VII.

Duplicem tui ingenij fœtum libens uidi, felicem sanè et cuiuscumq; iudicio dignum, qui

—— dias in luminis oras

æternùm perennet. in altero nostri

florem inlibatum populi, suadæq; medullam

Hispanæ miror; in altero Graiæ, Latiæq; eruditionis, velut κέρας ἀμαλθείας, Locupletissimus thesaurus quem non adficiet, et ad te diuitem parentem adliciet? me, fateor, protrahit, et coram sistit, sed cum Xeniolo amicitiæ deinceps tuæ, si tanti erit, inlice; vel vt aliquid saltem ex tam copioso thesauri aurei ingenij promptuario oblator eliciat. en illud. In Cap. II. Primum secundus excipiat Miles, expunctũ expungendus; qui quidem militari more variorum colorum specillis variegatus; cœcus tamen, iudicat de coloribus, vt vulgò dicunt. Exemplo erit opinio illa de colore albo vestis, quâ in inrisionem indutus est D. N. à prætorij militibus; quæ cum vel purpurea uel coccinea ab Euangeliographis sacris vocitetur,

non

Non video quibus oculis in rubro album videri queat. Ioannis uerba sunt, [et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius, et ueste purpureâ circundederunt eum.] Græcè πορφυρεὶν, vt apud Marcum πορφυραν, in quos et recidit Matthæus χλαμυδα κοκκίνην [chlamydem coccineam] adpellans: ubi coccineus color indicat non purpuram, cuius significatio latè ibi sumitur, sed ruborem cum phœniceo et puniceo eumdem. Nam quamuis coccus non regibus, sed imperatorijs paludamentis (vt Plinius ait) in vsu, aliter uerò purpura, murex, aut ostrum, quia colorem ijsdem similem referebat, improperio de regno, vt ipsi vocabant, commentitio locus datus est: quod vilis arundo etiam addita satis commonstrat. Vnde Ruperto Lux, qui derisoriam uestem purpuream vocat; ego sanè hac purpuræ voce vsos D.D. Ioan. et Marc. reor ab adpellatione per iocum eiuscemodi chlamydi à militibus impositâ: scio ab Ambrosio duplicem ibi vestem intellegi, tunicam nimirùm purpuream et chlamydem insuper coccineam; vt in illâ Martyrum palmæ, in hac regiæ potestatis insignia designarentur, sed argutè magis, quam vero similiter; vt ex D. Athanasio, et ceteris sacris doctoribus vtramq; rem adserentibus videre licet: eodem modo pro russo coccineus color vsurpabatur, sic Horatij vetus scholiastes interpretandus [Romani milites in bellum euntem coccineis (hoc est russis) sagis vtebantur, vt nequis vulneratus terrorem incuteret socijs.] Græci certè et maximè Lacædemonij τὴν φοινικίδι in bello sunt vsi, vt ex Aristotele apud Suidam, et de eodem colore apud Plutarchum in Philepomæne constat; de Macedonibus in Æmylio; sic [tunicas russas] militares dixit Trebellius in Claud. Tertullian. in Milite Varro in fragm. apud Non. russati et micant: Et si; vt dicebam, coccineus color proprijs imperatoribus vt in Cæsare Com. VI. videre est: vt armilausæ in militibus russæ apud Paullinum Nolanum Epist. XIII. et Scholium vetus in Iuuenal. in quibus

Cap. XIX. N. VIII.
Cap. XV. num. XVII.
Cap. XXVII. num. XXIIX.
XXII. cap. II.
in lib. XXXIII.
de Cruc. et pass. Dom.

alium

alium pro alio colorem videas vsurpari; Vt bene docet Lipsia-
de suada flosculus ille Phil. Rubenius in suis verè (Doctis
tantùm) electis. Qui verò ab Herode D. N. in splendidâ veste
productum autumat, quòd λαμπραν eam Lucas adpellet,
vellem ostenderet (et ostendet fortassis facile tam nouarum
rerum ostentator) an ab Herode ipso, aut ab eius sartore di-
discerit, qui mihi nontam pij ac cultuli, vt de splendore vesti-
tis CHRISTO apud ipsos, vt videbatur, reo curarent. Non
nego [indutum veste albâ] teste Lucâ; [splendidâ] pernego; nec
eo modo λαμπραν inibi sumendam vt apud Ioan. [si introi-
erit in conuentum uestrum uir in veste candidâ:] ubi etiam
λαμπρος; sed pro candidanti et splendenti accipiendam;
aliter apud Lucam. In hoc genericè aut Latiùs secundum
infisionis notam; in hac pressiùs et strictiùs, vt ex ipsa Joan-
nis materie facile quis dignoscet. Hinc vlteriùs progredior
coccum adserens semper pro rubro vsurpatum; quod didici à
meo Dèl-Rio, qui bene Hector huic Militi Sinoniâ voce est,
nam et illum traducit non intellectum, quin et eum vt
Thersiten, Pallantem Hector (contrarium omnino sentiens)
de medio tollit, vt apud ipsum uidere est; quodq; auctori-
tate *SS. Litterarum facile erit adstruere. Nec illud ex Apoca-
lypsi cap. xix. Num. iix. βυσσινον λαμπρον καὶ καθαρον,
[byssino splendenti et candido,] plurimùm vrget; Nam color
ille præcipuus byssinis. illud non parum ex eodem. [isti sunt,
qui lauerunt stollas suas et dealbauerunt eas in sanguine
agni:] cap. vii. vers. xiv. quî ergo album fieri in rubro san-
guine poterit? Esaias nodum soluit plusquam Gordium,
[si fuerint peccata vestra, vt coccinum, quasi nix dealbabun-
tur.] Nam candor ille verè non amittitur, sed pulcrior effi-
citur ac splendentior. Quod verò Marcus ὡς χιὼν, et noster
interpres, Hilarius, et alij velut nix: Matthæus, Theophy-
lact. et exemplaria ferè omnia Græcorum ὡς τὸ φῶς,
sicut lux legerint: à nullâ alia ratione ductum existimo,

quàm

II. cap. XII.

Cap. XXIII. num. XI.

Cap. II.

in cap. IV. Thr. V. V.

*Leuit. XIX. Num. IV. II. Reg. I. Jerem. Thr. V. Nah. II.

Cap. I. V. XVI.

Cap. IX. n. III.

Cap. XVII. n. II.

quàm à rerum, quibus hæc meliùs compararentur, defectu: Cum enim candicanteis illos cælestis splendoris radios, quibus D. N. superuestitus adparuit, vterq; Euangelista uellet significare; Nix luxq; illis illicò sese conferendas vltro obtulêre. Quod sanè alter explicuit; Lucas vtrumq; proferens his uerbis καὶ οἱματ[illegible] μὸς αὐτοῦ λευκὸς ἐξαστράπτων [et uestitus eius albus, refulgens] en Albedinem, en Fulgorem. Hinc quamuis purpuram, Lucem aut niuem candicare, vt diem albescere apud Cæsarem, Hircium, et I. C.tum bene dicamus hac ratione, vllibi tamen in latio dari exemplum cum *V. Cl. nego; in quo album uel candidum significet alium colorem, uel alterius coloris splendorem; quid quid abnuat noster Miles, et quasi rem magnam illud Horatij in Medium proferat

Cap. IX. V. XXIX.

Lib. I. de bello Ciuil. et de bello Afric. Paull. in L. Titius. D. de lib. et Posth.

*Del-Rio in Spec. pat. Lect. sac. VIII.

— quem tibi candidi

Lib. III. od. VII.

= Primo restituent vere Fauonij.

quod *ineptè Legit et ineptiùs interpretatur: non vt vulgo iucundos, quia Vere frigidum spirant, quasi ipsa frigidioris auræ spiratio non sit iucunda: Neq; vt nouissimè Torrentius Vir c. faustos; sed λευκονοτὸς, et vt ipse Horatius alibi albos notos: quàm istud commentum alijs simile tam lac lacti. Primò, Quia cum Horatius dixit.

*nam [primò] Legit.

Lib. I. od. VII.

= Albus ut obscuro detergit Nubila Cælo

= Sæpe Notus —

— quem tibi Candidi

et = primo restituent uere Fauonij;

Non vtrumq; de λευκονοτο intellexit; alioqui non nomen solùm sed et proprietates ventorum confunderet. Fauonius occidentalis ventus est, et tepidus et siccus teste Plinio, VII autem idus Februarias spirare solet teste Columellâ: de albo uerò, uel λευκονοτο subdit Horat.

Lib. II.

Lib. XII.

— neq; parturit imbres

= perpetuos —

et cum

Et cum apud Agellium νότος humor dicatur, ibi cum veteribus interpretibus Acrone et Porphyrione λευκονότον, quod serenum faciat, interpretor; [et Fauonios candidos] prosperos, faustos, et benignos, cuiusmodi Gygi marito Asteriæ, ad quam Ode ista, absenti et in Cilicia commoranti Flaccus amicus precatur. Secundò quia prodiuersis accipiuntur à Vegetio, cuius ipse testimonio sefulcit; eius sunt verba. [Meridianum autem cardinem possident νότος, idest auster, Huic à dextrâ iungitur λευκόνοτος, id est albus notus. à sinistrâ λιβόνοτος, idest eurus; Occidentalem uerò cardinem tenet ζέφυρος, Huic à dextrâ iungitur λίψ siue Africus; à sinistrâ ἀπηλιώτης siue Fauonius.] Nec his repugnat Apuleius lib. de Mundo. Sicq; intellegendus Ausonius in monosyllabis, Theophrastus de ventis.

II. Noct. Attic. XXII.

IV. de re mil. XXXVIII.

quod vid. in Arist. III. Met. Plin. II. cap. XL. IIX. Strab. I. Geog. Senec. III. Nat. quæst. Agell. II. cap. XXII. Vitruu. I. cap. VI. Constant. lib. I. de Agric. cap. X. Isidor. IV. et XIII. Orig. cap. XI.

Tertiò, quia purpureum non pro albo, sed pro pulcro, interpretor cum veteribus Grammaticis, quorum auctoritati plus referendum, quàm quinquaginta Nouatoribus. Sic enim interpretatur

—— purpureis ales oloribus

apud Horatium Acro [nitidis ac pulcris.] Porphyrionis uerba hæc sunt, [quomodo purpurei dicuntur, cum albi sint potiùs? sed purpureum pro pulcro Poëtæ dicere assueuerunt. Virg.

= Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo,

et alibi

= in mare purpureum violentior-affluit amnis.

etsi à Victorino in hunc locum pro rubro intellegatur, sed meritissimò pœnas Seruio dedit, quòd sic ibi purpureum, ut ab Homero εἰς ἅλα πορφυρέην ex altitudine nigrum: uel purpureum, quod purpureo Eridani fluctu Coloretur, quòd innuit Euripides in Hippolyt. εὐθὰ πορφυρέων ἁλὸς ἐκβὰς εἰς ὄμμα πατρός.

sit, et pro mari rubro

Sic Mancinellus; Cruquius pro porphyreis et Cithereis capit; sic intellego illud à Milite in Rutilio male tortum

= aptabam Nitido candida vela noto;

Sic

Sic et interpretari debes illud Valerij Flacci lib. v. Argon.

— Etenim dat candida certam

= Nox Helicen —

hoc est, pura et nebulosis nubibus non atra: sic et purpureum apud Virgil. lib. 1. Æneid.

— Lumenq; iuuenta

= purpureum —

pro pulcritudine innatâ, et colore puro, vt Guilhel. Philander in Victruuij VII. obseruat, et nostræ ille linguæ ac poëseos oprimè gnarus Ferdinandus de Herrera in 1. G. Lassi nostratium pöetarum principis eclog. Sic et Ennius Hispanus Ioannes de Mena eruditiss. et elegantiss. 1. ord. Iouis. stroph. LXXII

= de candida purpura su uestidura

= bien denotaba su gran señorio:

Vbi expressiùs purpura candida: Ferdinand. Pintianus, qui ingentis doctrinæ, quâ postea apud omnes claruit, specimen mirificum pęnè puer in Commentarijs adhunc pöetam ostendit, purpuram ibi pro ueste, more nobis Hispanis crebro, accipit; Sanctius Brocensis in notulis ad eundem meliùs ad imitationem Virgilij, et Horatij purpureum pulcrum interpretatur: sic Placidus Lactantius in illud Statij

1. Theb. X. CXXXIIX. — pariter pallorq; ruborq;

= purpureas hausêre genas —

Cuius uestigijs inhærens eodem modo intellegendum censeo illud ex Albinovano

Eleg. ad Liu. de obit. Mæc. — purpureâ sub niue terra latet;

et = brachia purpureâ candidiora niue;

et *Anacreon, cum πορπυραν Venerem vocat; Homerum (vt obseruauit Scaliger) in Hymnis αγλαστον ὄζον, Parcas in Catullo

*Apud Ælian. IV. de anim. cap. 11.

Coniect. ad Varr. de Nupt. Pel. et Thet.

= his corpus

: his corpus tumulum complectens vndiq; quercus
: candida purpureis ramis incinxerat ossa

non, vt legit Muretus,

: h. c. t. c. v. vestis.
: c purpurea talos i. o.

Hinc præluceo nostro Persio

: et magis auratis pendens laquearibus ensis
: purpureas subter ceruices terruit ——

Sat. III. Vs. XLI.

quod non intellegendum, vt apud Virgilium et Horatium roseâ ceruicem (vt alij volunt) sed quia indutus ille Damocles Dionysij paratus purpurâ. Sed vt primo me includam circo. Scio purpuram quandam esse candidam, quæ *Hermoniaca; et niuem *rubram, quæ in montibus Armeniæ; sed nihil cum illis negotij est.

Eneid. I.
I. Com. Od. XII.

*Plutarc. in Alex.
Xenoph. in Cyr. p.
Lucian. in Pseud
*Aristot. IV. de ort. anim. cap. VI.

Hinc vsq; Latius. Strictim Lubet iterum caput omne peruoluere. Quod non è Brocensi, vt cetera, sed è Nebrissensi (Vinquagenâ cap. XXII vbi de [Herbâ fullonum, siue borith;] si non transcriptum, è vestigio expressum, cui reddat Marci Locum è cap. IX. et Vlpiani tit. de furtis, et qua de χνάπτω censet.

Eustath. ad XI. Iliad.

Ioanni Meursio cap. IV. de Luxu Romanorum restituat Caij Titij verba, Senecæ, et Martialis Loca aliquot: Lipsio, et Cerdæ plurima de materiâ vniuersâ. Ast in verbis Caij Titij [veniunt in comitijs tristes, iubent dicere, quorum negotium est narrant, iudex testes poscit, ipsus it mictum.] interpungo sententiam aliter [Veniunt, in comitijs tristes, iubent dicere quorum negotium est? narrant, i. t. p., i. i. m.] Verba Titinij apud Nonium cum Scaligero Legat

II. de Adm. cap. VI. in II. Georg. in Orat. quâ L. Tarrian suasit.

—— terra hæc noua est
: quasi vbi tu solitus pedibus argutarier
: dum compescis cretam, et vestimenta eluis.

Nam in Militis Lectione nullus sensus. Correctio illa Vlpianici loci in L. itaq; fullo XII. D. de furt. [quâ de caussâ si fulloni polienda, curandaue aut sarcinatori (sartori ex Theophilo Lego) sarcienda uestimenta dederit:] vbi duranda mauult absq; dubio Legendum; absq; illo mihi non placet, Nam si duratio prævia ad politionem, quî hanc illi præponit Vlpianus? Sed illa omnia ibi adducta,

abducta ab aliis, et præcipuè à Cl. Marcilio in Persio. Sat. V. ad calcem, cui restituenda. Quod noster Miles subdit, ad conciliandum splendorem uestes in rugas eruditè plicari; non malè; pessimè vero vis vocis conciliandi intellecta in his rebus; quæ quidem præcipua, et quasi verbum fullonium est, et Varro docet lib. V. de L. L. [apud fullonem vestimentum cum cogitur, conciliari dicitur;] addò nec quod Seneca [dixerat tormentis splendere cogentibus,] expressum à Martialis illo

1. de Trang. II. epigram. XXIX. Vid. Scalig. Coniect. fol. LXXXVIII.

= Et toga non tactas vincere posse niues:

quidillud huic familiare? inuenit iunctim in Meursio hæc Miles, sed aptè posita; ineptè tamen dispercuit, etsi coniunxerit. Quin et pro corollario alborem inniue Miles noster non probat ne Brocense Paradoxon respueret, quoniuem nullo modo albam sibi ipse videbatur probare. vt è Cap. XXIV. Pentecontarchi videre licèt: Huius, vt aliorum ab ipso decantatorum Legi Libelli Italicorum Paradoxsin apud [illegible]. amicum [illegible]; à quo vt Militis in his rebus vulgandis industriam pro virili iuuarem, describenda suscepi, et publicanda decreui. Hæc illa

= Nix non est alba.
= Vipera non rumpitur pariens. Dioſc. lib. II. cap. VI.
= Nulla antiphrasis.
= Perniciosum est latinè loqui.
= Nulla sunt verba neutra.
= nulla nomina communia duobus.
= perperam iactatur, vulgo La letra con sangre entra.
= Mulier maioris dignitatis, quàm vir.
= Camaldon alitur.
= Vni vnum contrarium.
= Vnius vocis vnica est significatio.
= Duæ voces nunquam idem significant.
= Nulla nomina æquiuoca.
= Nulla virtus inter duo vitia
= Collegiorum Eleemosyna pessima.
= uiri multò peiores mulieribus.

Quid addam [Materiam primam absevisam?] Quid nullam rem, vt pote dolores uel sanguine manante comprobatos, [veram esse, sed à phantasiâ aut adprehensione pendere?] Quid, nec sanctos, nec magos

nec magos, nec reges] eos fuisse, qui Christi infantiam adora-
turi uenerunt: et idgenus sexcenta ineptiarum monstra, risui
tantum exposita, non fidei? Quorum aliquot capita, vt ab-
ijs militibus occasio præstita dederit, iugulabo. Sed mirari
desino illius oculis niuem albam non adparere, qui in coc-
cino et purpurâ rubrum non vidit, an nè nix coccinea, pur-
pura niuea? ô Minerua verè alumnum Cæsijs uelglaucis
oculorum albuminibus ipsi (vt est apud Homerum) quàm
simillimum! niveum Saturnus abstrahat, vt potè in quo
planè *Κρονικαὶ λεπίδες vt in paræmiâ est: quâ vt rem clau-
dam, Hæc tumultuario à nobis in Militem; Nam
*Ηποφοίνικα πρὸς τὴν πορφύραν διακρίνειν, Vt ait
Phœbammon Sophista. Sed vtinam illius vel

— per me sint omnia protenus alba;

Vel, si mavis, à rubore rubra.

[*Saturnia Lemn.]

[purpura iuxtà pur-
puram diiudicanda
est.]

Adde sis ex Dosiade veteris poetæ Aræ vltimo versiculo

Σοι τερπικέρως πορφυρέη φοὶς ἀείρηκε χρινος.

Cuius nota vel ex Philostrato in Philoctete fabula. Sed an pur-
pureum vellus illud aureum, an album? Vtrumq; Simonides poeta
apud Scholiasten Apollonij ad lib. IV. ὁ δὲ Σιμωνίδης ποτὲ
μὲν λευκὸν, ποτὲ δὲ πορφυροῦν: etsi ipse vera purpureum
dictum ab eodem Simonide in Hymno Neptuni, vt purpurarum
matutinarum sanguine infectum Scholiastes Euripidis dicat:
vt illud etiam Atrei arietis, in quo fatum regni Mycenarum
situm erat, testatur vanus in multis Grammaticus Tzetzes,
etsi in multis vtilis in Chiliad. Eodem tamen modo vtrq;
capiendus: nam quæ aurea etiam purpurea, quæ et aurea
aut purpurea etiam candida. Inde Pœonicum illud
apud Victorinum de Venere,

lib. de metris

= Ver agere purpurea te Veneris amoris diva pollens iubet.

Vt et Anapæsticum de eâdem,

= Nitet aurea purpurea Veneris coma, rosida lactea cervice.

ex quibus V. Cl. Cl. Salmasius lucem Dosiadæ Aræ claram impertiebatur.

Not. ad Sr. prim. fol. 139. 242

INLVSTRISS. D. ROBERTO BELLARMINO S.R.E. Cardinali, De Ecclesia Catholica Romana (Siquis alius) optimè merito.

Canonici Libri nonnulli interciderunt. Scripturæ sacræ auctoritatibus comprobatur. Varij varijs titulis in vniuersâ scripturâ insigniti an canonici? aliquam multi in hanc loci elucidati. à Hieronymo, Gelasio, Sixto dissensus. תולדיה an inscriptioni Geneseos adludat? an alijs præter Paralipomenon libris דברי הימים possit adaptari? quinam non libri, et si scripturæ uel libri nomine prænotati? Apocryphi α κρύπτω, quibus modis intellegendi? Traditionis Apostolicæ sine scriptis vis. Visiones an à Deo immediatè, uel per Angelos Patribus antiquis? ספר quid, et Hebræorum libri quales?

SCHED. X.

Bene admonet Nazianzenus ac salubriter

ἀρχὴν ἁπάντων, καὶ τέλος ποιεῖ θεόν

[fac principium omnis et finem rei DEVM]

vt iuxtà Flaccum non

— primum medio, medium non discrepet imo;

Nam vt ait in legibus Plato, ὁ μὲν θεὸς ἀρχήν τε, καὶ τελευτὴν, καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχει [Deus omnium, quæ sunt et exsistunt, principiũ, finem, et medium continet, quæ scilicet est rerum omnium vniuersitas.] Hinc cum Ἐκ Διὸς ἀρχώμεθα, ab Ioue principium faciamus; à Deo inquam O. M. Patre, Filio, Spiritu. S. in [quo* uiuimus, monemur, et sumus:] εἰς Διάληγετε Μοῖσαι; in Iouem disinite Musæ; qui A. et Ω. principium et finis; et æterna rerum omnium requies. audi ô ÆTERNE; nam hæc mihi tessera præclari ominis ATE PRINCIPIVM, tuis auspicijs, ac nostro labore TIBI DESINET. Quod nequaquam tibi displiciturum, inlustriss. Cardinalis spero; quem huius nostræ opellæ fulcrum, ne vnquam conruat, libuit meritò cum inlustriss. Præsule D. Sanctio Dauila constituere; qui illius profectò in vtriusq; partis antecessum

: Pandarus et Bitias ——

: quales aëriæ liquentia flumina circum

: siue Padi ripis, Athesim seu propter amænum

*quæ male tribuit Arato Nicol. P. I. in Epist. ad Mich. Imp. cum Paulli na sint verba.

: con

= consurgunt geminæ quercus, intonsaq; cælo
= attollunt capita, et sublimi vertice nutant;

nec inrumpentibus aduersarijs aditus vnquam præsidio tali ad conuitia, uel calumnias patebunt. Vtrumq; Famâ cognitum admiratus venerabar, nunc alterius consortio vsus, alterius auidus, vtrumq; amore honorabili, venerazione amabili prosequor. D. Sanctio, ob tot amicitiæ perpetuò mihi profuturæ præclara præmetia ingentes gratias, dum non possum referre, ago. Te solùm [rogo ne fastidias hominem peregrinum inter cultores admittere: inuenies religiosum si te amari permiseris;] itaq; quia vterq; Deo sacer, hoc est pro Deo aduersus eius hostes acerrime propugnans, vterq; doctiss. humaniss. vterq;. Italia tua experientiâ didicit, eâdem orbis vniuersus probat; semper ego, qui hæc TIBI, quia sacra, lubens sacro: De Sacris ac Canonicis libris scio multa ac præclaræ eruditionis monumenta a Driedone, Cano, Mariana, Martinio, et te ipso ac alijs viris clariss. ætatis etiam nostra fuisse relicta; sed cum in hanc rem curioso Lectionis indefessa oculo aliqua animaduerterim, operæ pretium duxi in hoc Schediasma, quasi in fascem mittere. Qui sint, sat notum ex S. S. œcumenicæ et generalis Tridentinæ synodi decreto. Quantùm dignitate à ceteris differant Augustin. docet epist. xix. ad Hieronym. et lib. xi. contra Faust. Cap. v. Aliquot intercidisse multis testimonijs probat Driedo lib. i. cap. iii. sed præter illa ego his: Matth. i. [vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas, quoniam Nazaræus uocabitur:] et cap. xxvii. [tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam Prophetam, et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati:] ii. Tim. iii. [Quemadmodum autem Jannes et Jambres restiterunt Moysi:] Quæ testimonia in sacris litteris haud quaquam reperiuntur: de duobus agit Hieronym. in Matth. et de optim. genere interpret. quibus cum canonicorum librorum auctores vtantur, non quasi canonicis, sed quia ex illis, vt veris historicis ac Prophetis, multa uera extrahi poterant, et ad nostram vtilia eruditionem, quæ ipsi Spiritu Dei pleni optimè dignoscebant. Sic Sancti Patres testimonijs vtuntur ex Apocryphis Esdræ, vti ex Philone, Josepho, et ipsis etiam Ethnicis. Sic ad Hebræos xi. [Moyses dixit exterritus sum et tremebundus:] Quæ

in

1. De Eccl. Dogm. l. ii. iii. iv. &c de locis Theol.
Tract. i. pro Ed. vulg.
Hypobyposs. Theol. lib. i.
Sixt. Senens. in Biblior. lib. i.
Sess. iv.
ex Eclas. in Conc. xi. LXX episc.
Conc. Laod. can. LIX.
Carthag. iii. can. xlvii.
Aug. ii. de doct. Ch. viii.
Cyprian. in expos. Sym. circa finem.
Niceph. ii. hist. Eccl. cap. xlvii.
Hieronym. prol. Galeat.
Ioseph. i. cont. Appion.
Euseb. iv. Hist. cap. xxvi.
Damasc. iv. de Fid. Orth. cap. i.
Epiphan. in Hær.
Nazianz. in Græc.

in veteri quidem instrumento non inuenias; etsi D. Thomas ibi conetur persuadere esse desumpta ex III. Cap. Exod. Sed neq; in eo loco inueniuntur, nec ibi erant quærenda: sed in Cap. XIX. Cuius capitis historiam ibi Apostolus recensens, illa adduxit: huic testimonio et illi ex II. Tim. III, ego responderem Apostolum non dixisse scriptum est, vt aliàs solet, sed ex ijs esse quæ ex historijs Hebræorum refert, quæ Moyses sciens omisit: quod quidem ex lib. I. II. et III. Antiq. Iosephi patet: vbi cum commemorationi historiarum Genes. et exod. alia immisceat, et si in Genes. et exod. non reperiamur, vera scimus: et in Iudæ Epist. cum Michaël Archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore [non est ausus iudicium inferre blasphemiæ;] sed dixit imperet tibi Deus; quæ in vniuersâ scripturâ non commemorantur; sed in Apocryphis Hebræorum, in lib. Henoc, vt ait Hieronymus. in Epist. ad Tit. Actor. XX [oportet suscipere infirmos, et meminisse verbi domini IESV, quoniam beatius est dare quàm accipere.] quia, vt obiter explicem, qui dat, opus misericordiæ aut iustitiæ exercet; qui verò accipit, nullius virtutis opus exercet, hîc namq; non confertur persona cum personâ, sed opus cum opere, vt Sixtus P.M. docet: et I Cor. XV. [visus est plusquàm quingentis fratribus simul, deinde visus est Iacobo.] Neutrum tamen in scripturâ, vt ait Innocentius III. in Cap. cum Mart. de celebrat. Missar. Sic etiam varij in Scripturis libri laudantur Iosuæ X. et II. Reg. I. liber iustorum, qui idem cum illo in Psalte psal. LXIII. [deleantur de libro viuentium, et cum iustis non scribantur,] vt nonnulli putant; Hieronym. in quæst. super lib. Reg. autumat esse I. et II Regum libros, in quibus gesta Samuelis, Dauidis, Nathan scripta sunt, nam II. Reg. I. laudatur etiam liber iustorum; aliqui ex Hebræis existimant esse XII. Prophetarum scripta, nam in Hab. III. de hoc Iosuæ miraculo agitur: R. Solomon. esse volumen totius legis, in quo gesta Habraam, Isaac, &c et illud, vt docerent filios Israel arcum, moneri docet Genes. XLIX vbi [manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum:] alij esse Exodum, in cuius Cap. XVII. scribe hoc ob monumentum: Theodoretus in quæst. sup. Ios. dicit esse uetustis-

simũ

libell. de diuitijs pag. X2III.

Leg. R. Io. Mariana cap. IV. Tract. II. pro Edit. Vulg.

simum Commentarium, ex quo historia libri Iosuæ incerto auctore conlecta sit, vt notat Sixtus lib. II. Biblioth. in Hieronymo Legi sup. Esai. cap. XLIV. initio. librum Geneseos adpellari librum iustorum Abrahæ, Isaac, et Iacob, quod in Hebræorum vsu fortassè verum: Nam qui in Scripturâ adpellatur liber iustorum non potest esse liber Genes. cum Ios. v. Legamus [steterunt q3 sol et Luna, donec vlisceretur se gens de inimicis suis. nonne hoc scriptum est in libro iustorum et II. Reg. I. [Planxit autem Dauid super Saul planctum huiuscemodi et super Ionathan filium eius, et præcepit vt docerent filios Iuda planctum, sicut scriptum est in lib. iustorum.] Hæc autem vbinam in Genesi? in III. et IV libris Regum passim est, [nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iuda?] quem Hieronym. præfat. libror. Paralip. ad Domnionem et Rogatianum, existimat esse librum Paralipomenon, qui Hebraicè adpellantur uerba dierum, דִּבְרֵי הַיָּמִים et ibi sub interpretatione et figurâ nominum propriorum (quæ plurima in his libris) tacitè ac breuiter narrari historias illas; cui nequaquam adsentior, cum incertissimum mihi sit, quo pacto fieri queat; cum videam illam præsertim historiam Regum, in quibus remittimur ad librum uerborum dierum, aut non narrari in lib. paralipom. aut sæpe multò breuiùs. Ephes. v. [omne enim quod manifestatur lux est, propter quod dicit, surge qui dormis, et exsurge à mortuis, et illuminabit te Christus.] fatetur ibi Hieronymus in scripturâ hæc non reperiri. Eucherius in lib. I. Reg. cap. xxx. ait hunc librum iustorum nec apud Hebræos quidem exstare; sicut neq3 librum bellorum Domini, nec carmina Salomonis, quæq3 ille de rerum naturâ scripsit; nec librum Nathan Prophetæ, et Ahiæ Salonitis, et Addo Videntis: qui in lib. Paralipom. multa de Salomone scripsisse memorantur; ex quibus fortasse eum pœnitentiam egisse clariùs constabat; quod miror non animaduersum à magnis viris Del-Rio, Lorino, Magallanio, Pinedâ, qui de hac re doctissimè scripsêre. In Genes. cap. II. vbi Legimus [ista sunt generationes cæli et terræ;] LXX [hic est liber generationis cæli et terræ:] et Philo ait Moysem indicasse heîc inscriptionem sui libri Genes. quamuis aliæ etiam in eo contineantur: cuiet

in Cant.
in Sapient.
de lib. Salom.

adsen-

adsentitur Chrisostom. in Hebræo uero generationes sunt תולדות
Rabbini quærunt cur hoc loco nomen istud sex litteris scribatur, cum
vbiq; in Scripturâ quinq; imperfectè signetur, præterquàm in genealo=
giâ dauidicâ in fine Ruth. à perfectione perfectâ mundi à principio
solutionem capiunt; quæ Adæ postea peccato corruptus est, redinte=
grandum uerò per Messiam filium Dauid, quod confirmo ex ipsâ littera=
rum positione; littera enim addita est] ex quatuor litteris nominis Dei;
Deus namq; ijs, quos vult honorare, aliquam sui nominis addere solitus
est; vt Abran] et Sacræ, vti probat Reuchlinus lib. de verb. Mirif.
inde consuetudo Ecclesiastica, vt nomini dominus, cùm homini tri=
buitur, aliquid dematur iube domine benedicere, domnum Apostolicũ;
Exod. XXIV. volumen fœderis: R. Salomon putat hoc volumen esse
à principio Geneseos vsq; ad finem cap. XIX. Exodi; Augustinus
tantùm iudicialia et ceremonialia mandata à cap. XX Exod. vsq;
ad XXIX. Caietanus omnia mandata scripta etiam moralia. Cap.
XXXII. [aut dele me de libro vitæ;] Psalm. LXVIII, [deleantur de libro
viuentium:] CXXXVIII. [in libro tuo omnes scribentur:] Daniel. X.
libri aperti sunt: variè à varijs explicatur. Augustin. in Psalm.
LXVIII. dicit uerè neminem deleri de libro vitæ, sed secundùm
hominum opinionem, qui se ibi scriptos esse putabant, cùm non
essent scripti; vnde allegoricòs ista intellegenda constat. Numer. XXI.
in libro bellorum domini; Augustinus ait non esse negandum hunc
librum scriptum, ceu alios, ante tempora Moysis, lib. XVIII. de
Ciuit. II. Paralipom. XXIV liber Regum laudatur; III. Esdræ I.
[Hæc præscripta sunt in libro Historiarum Regum Iuda. &c et quæ
non sunt scripta in libro Regum Iudæ et Israël:] sed hic diuer=
sus ab eis, quos habemus: multo enim breuiùs narrantur, quàm
in lib. Paralip. et hic abq; dubio qui in lib. Reg. libri uerborum,
siue sermonum, siue dierum Regum Iud. II. Paral. IV. uerba
vetera: Hieronym. in tradition. Hebraic. sup. Paralip. dicit esse
librum Ruth, in quo hæc narratur historia, nam tempore
Elimelech viri Noëmi stetit sol, vt illo miraculo conuerteren=
tur, quod cum non fecerint, consecuta est fames illa, quæ ex eo
constat. librum hunc etiam progenitorum Dauid à multis

Ex Sixt. Sen. II. Bibl.

Vid. Maxim. Sand. Grammat. Profan.

Aug. quæst. CXLVII. in Exod.

Hierony. q. IX. ad Algas.

Orig. Rom. IX.

Euthym. in Psalm LXVIII. et CXXXIX

Bernard. Serm. XII. in Cant. Cant.

Thom. Aq. I. p. q. XXIV. art. III.

Rupert. III. in Exod.

Sixt. II. Bibl. XV. [uerba uetusta], vbi non adeò uidetur probare huius loci translationem.

Hebræorum uocari Liranus, et Senensis docent. Iob. xix. [ut exarentur sermones mei in libro.] liber hic est manifestatio innocentiæ eius. Multus hic et doctus noster Pineda V.C. Ierem. VIII [stilus mendax scribarum,] bene explicat Origines et Prochetus lib. I. Vitoriæ aduers. Hebræos. sic et cap. XVII [scriptum est stilo ferreo in vngue adamantino;] sed nulla ibi de libris mentio. Ezech. II. [et scriptæ erant in eo Lamentationes:] sic Apocalyp. x. accipe et deuora illum, de libris sermo est; in quibus per visionem aut reuelationem uel scientia prophetiæ, uel cuiuscunq; rei commemoratio Prophetæ conueniens. Zachar. v. volumen volans, Chrisostom. hom. xv. et xvi ad Pop. Lxx. secutus legit falcem uolantem; Paullus verò Burgensis volumen intellegit et interpretatur librum Thalmud, qui uolat, qui nullam habet fundamenti soliditatem, et maledictio dicitur propter execrabilem eius doctrinam, cui omnia prophetiæ uerba adcommodat; sed liber hic mysticus; Ioan. VIII scribebat digito in terrâ IESVS: quæ hæc scriptura? multi ambigunt: Euthymius nullam putat, sed gestum tantùm actionemq; scribentis, vt fieri solet à nolentibus respondere importuna indignaq; interroganti: alij varijs scripturæ locis adaptant. Ierem. XXII. Matth. VII. Ambros. in duabus Epistolis ad Stadum. Ierem. XVII. Raban. Haymo, Beda aliter. Ieremias in libro Baruch citatur à Toletano nostro Sanctissimo Ildephonso in aureo illo de inlibatâ Virg. cap. v. et vi. quem non ab antiquioribus Hæreticis Lacerari quis admirabitur, si recentiores Catholicos illius auctoritatem eleuare cupientes animaduerterit; audiui ex viris religione, doctrinâ, et nobilitate priscâ conspicuis, quales amicos semper opto, semper et (glorior) habeo; à nescio quo Manio, terræfilio audacter addubitatum, quânam ratione Virgo Serenissima fuerit adducta, vt tam eximio Ildephonsum honore decoraret, cum ipso Adnuntiatæ virginis festo ab eâ ornamentis ad sacrificandum fuerit donatus, cum nihil tanto præmio dignum libellus ille habeat, omnia potiùs è triuio, futilia, hiulca. Os hominis! qui absq; dubio *ἀκέφαλος caput namq; Ditis Deo ob tantam stultitiæ audaciam iam diu volens

* [sine capite.]

nolens

nolens debet: sed hunc* ὑπηνέμιον homuncionem, quem nihili habent superi, relinquamus: ad alium audaciæ socium animam, non animum intendentes, vt flatu aduersus Heroum Pyrgopolinicem, non armis res sit: qui quidem nec ὑπὸ de B. Virgine, de Ildephonso, libro, uel sacris ornamentis singillatim profert, omnia tamen sublestâ fide accipit; fictamq; de* descensu Virginis, et veste Ildephonso impositâ historiam retur. os iterum hominis! similes habent labra lactucas. vnusquisq; suo errore ducitur. sed quonam? illuc

— vnde negant redire quemquam:

Deus omen auertat. vnicuiq; tamen illud ingeram stultissimo pro refutatione *

Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἐστίν, ἐμοὶ δὲ τάδε.

cum eruditissimis ac pientissimis. sat cum his, sat de illis. quæ ideò adscribenda quacunquè oblatâ occassione duxi in Ildephonsi nostratis laudem, in Hispanicarum historiarum fidem, in nouatorum talium fortasseàn salutem, si elucescente veritate tandem resipiscant. è diuerticulo ad rem. Augustinus etiam Hieremiam citat, cum Baruchi liber sit intellegendus serm. III. de temp. et lib. XII. cont. Faust. et XIII. de Ciuit. dei. cap. XXX. Cyrillus in expos. Fidei. et ex eo Euthym. I. p. Panoph. titul. II. Hilar. lib. IV. de Trin. prope finem. Ambros. lib. I. de Fide ad Gratianum Cap. II. Sixtus P. I. Epist. I. ad omnes Christi fideles. Felix P. epist. ad Petrum Antiochenum, quæ est initio synodi S. Antioch. Pelag. P. epist. ad Viligium Episcopum. alij: qui quidem pro Barucho Ieremiæ scribâ Ieremiam vsurpant: quod Ieremias, vt ait Augustinus, celebratior habeatur. Hæc de libris, qui vel veri uel figurati. sunt et alij, qui et Apocryphi, propterea quod certa eorum origo veteres Patres latuit, ideoq; suspecti, vt inquit August. lib. XV. de Ciuit. cap. XXIII. [Apocryphorum enim nænias et incertas friuolorum fabulas nequaquam Catholica *acceptat Ecclesia:] vt pij* viri ac eruditi uerbis vtar. quo non comprehendi debent libri lactantij, de quorum auctore cum nullus dubitet, à Gelasio tamen dist. XV. cap. Sancta Romana, in Apocryphorum numero refe-

runtur

* [inanem et uentosum]

* quam hoc falsum probaui latius libello Toleti superioribus annis edito de Descensione B. V. in Tol. temp.

* [Tibi hæc uidentur ac mihi quidem secus.]

Can. II. de Loc. cap. II.
A. Castr. in Ierem.
E. Sâ in Not. in S.
S. in Bar.

* non [cæptat] vt obseru. Meurs. cap. I. Mantis.
* Aldhelmi lib. de Virg. fol. DIII.

runtur: sed ibi tantùm Gelasius videtur innuere non maiorem eis fidem habendam, quàm ijs, qui verè apocryphi. Nicephorus hæc de istiusmodi libris lib. IV. cap. VII de Egesippo loquens, [de ijs autem libris, qui apocryphi dicuntur, dicit ætate suâ ab Hæreticis quibusdam ea, quæ sunt conficta, illis esse olim inserta] et cap. VIII inducit Dionysium Corinthum conquerentem quòd idem in suis Epistolis fecerint Hæretici, quod in alijs libris: alio etiam modo Apocryphi dicuntur, cum de auctore constat, dogmata tamen aut sunt Hæretica aut Ecclesiæ parùm adhærentia. Sixtus Senensis nequaquam placet (aliàs maximè, laborem enim egregium ac strenuum laborauit in hisce rebus uerè enodandis) cum libros primo modo Apocryphos esse adserat, quorum auctor ignoratur, et ita Librum etiam Canonicum posse esse Apocryphum. Augustin. XI. contra Faust. Cap. II. [vel de ijs, qui adpellantur apocryphi, non quòd habendi sint in aliquâ auctoritate secretâ, sed quia nullâ testificationis luce declarati, de nescio quo secreto, nescio quorum præsumptione prolati sunt.] adludit ad etymon à κρύπτω abscondo. Inter libros etiam, traditionem Apostolicam sine scriptis referam, cuius meminit Dionysius cap. I. de diuin. nom. [et quæ alia deifica lumina sacris ex libris hausta, secreta sanctorum præceptorum nostrorum traditio nobis explanando tradidit.] ex mox [sacerdotaliumq; traditionum benignitas.] et in calce capitis [sancta sanctis ex traditione diuinâ insinuantes.] et Basil. lib. de Sp. S. cap. XXIX. ait trinam demersionem in baptismo traditionem esse Apostolicam. Dionys. cap. II. de cæl. Hier. [nam sicuti secretior illa, sacerdotalisq; traditio docet:] quibus fulcitur Concilij Tridentini Sess. IV. decretum. I. cui etiam tutando insignis Locus est in Apostolo II. Thessal. II. [itaq; fratres, state, et tenete traditiones, quas accepistis,

I. Biblioth.

sive

siue per sermonem, siue per epistolam nostram.] et II. epist. Ioan. [plura habens uobis scribere, nolui per chartam aut atramentum. spero enim me futurum apud uos, et os ad os loqui:] eadem propè in III. Cyprian. lib. I. epist. IV. [traditionem esse diuinam ab Apostolis obseruatam ait, vt ad creandum Episcopum populus cum proximis quibusq; eius prouinciæ episcopis conueniat.] Eusebius lib. III. eccles. hist. cap. xxxvi tradit B. Ignatium commendasse Ciuitatibus Asiæ traditiones Apostolorum, et cautelæ gratiâ, ac ne quid apud posteros remaneret incerti, etiam scripsisse, et scriptas reliquisse. August. CXVIII ad Ianuarium, lib. IV. de Baptism. cont. Donatist. cap. xxiv. Damascen. lib. IV. Cap. XIII. et paullò Latiùs Cap. XVII [multa sine scripto nobis tradita sunt.] Innocent. III. in Cap. Cum Mart. de celebr. Miss. et Cap. Ecclesiasticar. et in Cap. Cathol. et cap. palam est. ex sententiâ Augustini Epist. LXXXVI ad Casulan. et distinct. XII. traditionis Apostolicæ vim multis exemplis roborant: ad quam doctissimè Roffens. in Veritate IX. et X. Castrius lib. I. aduers. Hæres. Cap. V. Can. lib. III. de locis Theol. cap. præcipuè III. et VI. Huc et tendunt Visiones seu reuelationes Patribus veteris testamenti uel noui factæ; per Angelos docet Dionys. Cap. IV. de Calest. Hier. Augustin. Latiùs III de Trinit. cap. I. X. XI. et vltim. et obiter X. de Ciuit. cap. XIII. XV. lib. IV. de Trinit. Cap. vltim. D. Thomas XII. q. XCVIII. a. III. in Scripturâ uerò Act. VII. Angelus [adparuit Moysi in igne rubi, dicitur, et dixit ego sum Deus Abrah.] quod de Deo refertur exod. III. Galat. III. [ordinata per Angelos.] Hebræor. II. [si enim qui per Angelos dictus est sermo;] et tamen Legẽ Latam esse à Deo docemur exod. XIX. et XX. et Genes.

Vid. Aug. II. de Trinit. à cap. X. ad finem fere vsq; libri; et in eodem lib. à fine cap. V ad fin. VII.

xxxii. Angelus qui luctabatur cum Iacob vocat se deum. Plato in Sympo-
sio per dæmones, hoc est per Angelos se cum homine Deum miscere
ait, quod et Proclus sentit in Alcib. 1. Platon. fol. cxcviii. Porphyr.
lib. de sacrif. fol. cccx. Augustin. epist. cxi. et apud eum Atha-
nas. Nazianzen. et Gregor. Leo 1. epist. xiii. ad Pulcheriam Aug.
Eucher. lib. form. spirit. cap. 1. circa finem. Cyprian. serm. de
Baptism. Christ. et Manifest. Trinit. (si illius hæc sunt an Cornelij
P.) Quod nec latuit Iudæos, nam Herodes apud Iosephum xv.
Antiq. cap. viii. [nostra honestissima sanctissimaq; legis præcepta
per Angelos, hoc est nuntios à Deo acceperunt;] ait: aliter sensit
Niceph. lib. 1. cap. ii. et lib. iii. cap. viii. semper de Deo intellegens.
D. Petrus apud Clemen. 1. recog. fol. xiii. ait primò dominum
Angelorum ministerio fuisse visum, cum adloqueretur Abraham,
postea verò perse; idem Clemens probat lib. viii. cap. lii. de Mose
agens. Vnde quæcunq; hisce modis verè oracula prodita, quis tam
impius qui neget? quæ impietatis ipsius obstruere ora sat possunt,
si in Naturam, in Bonos, in Deum ipsum obdurati calumnijs Hæ-
retici non inruerent. sed vt de libris Canonicis hanc absoluamus
disputationem, illud animaduersione dignum, librum in scripturâ
sæpe accipi non pro volumine, sed pro ipsâ narratione; exibio-
matè nimirum Hebræo, ex quo liber ספר* sepher, à
ספר Saphar, narrauit: vnde Matth. 1. liber generationis: non est titulus
ille euangelij, quasi significet hic liber prænotatur hoc titulo
liber generationis: sed idem est ac narratio generationis: nam pauca
ibi de generatione, multa de rebus alijs. et Genes. v. [hic est
liber generationis Adam, in die quâ creauit Dominus cæ-
lum et terram.] Nahum. 1. [Onus Niniuæ, liber visionis Nahum
Elcesæi.] Libri autem Hebræorum non erant, vt nostri, sed folio
tantùm oblongo, quod circa cilindrum (ad Laconicæ scytalæ
modum) siue axem circumvoluebatur instar telæ lineæ radio tex-
torio circumvoluto: Hinc Esai. xxxiv. complicabuntur sicut liber cœli;

Apocal.

lib. viii. de Ciuit. cap. xviii. et lib. xv. cap. vii.

* notamus aliqua in hanc rem Cap. 1. lib. 1. Polygraph. et Steganog. nostr.

Apocal. VI. liber inuolutus: Ezech. II. [erat inuolutus liber, et expandit illum coram me, qui erat scriptus intus et foris.] Vt hodie Orientales, ceu notat Sixtus II. Bibliothecæ. Hanc tibi meritissimò, Princeps Clarissime, inscriptam, dicatam, de libris Sacris cum Deo claudamus τάξις, namq; ἀρχὴ παντὸς ἀρχομένου λόγου, καὶ πράγματος, ἐκ θεοῦ γε ἄρχεσθαι, καὶ εἰς θεὸν ἀναπάνεσθαι: optima sanè, ait vir sanctus, eruditus, eloquens, ratio est, cuiuscunq; sermonis aut operis exordiendi à DEO facere PRINCIPIVM et DESINERE in DEO, qui

Greg. Naz. in Apol.

A. et Ω, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος

seu

ΤΕΛΟΣ.

Apocalyp. I.

LATINVS LATINIVS ANT. AVGVSTINO
EPISC. ILERD.
~~[illegible]~~. ~~[illegible]~~

Ex Hispania missa haec sunt ex M.S. codicibus Ant. Augustini post obitum Martini Bayli illius amanuensis, Regij sacellani, apud eum reperta.

Quaesiuit ex me nuper Antistes grauis,
Christiq Pastor ouium,
Fermentum (ita etenim scribitur) quod mittere
Solebat Innocentius
Olim per omnes Dominicos semper dies
In Vrbe Presbyteris suis;
(Quòd non valerent mysticum secum sacrum
Communicare eo die,
Quia Vrbis amplae populus ijsdem creditus
Erat docendus in Fide:)
Quid esset? annè Corporis, vel Sanguinis
Caelestis Agni symbolum?
An panis ille (Graecus Eulogiam vocat)
Quem prece sacerdos expiat?
Perplexus ego quid Praesuli rescriberem,
Te consulendum censui
ANTONI, Ilerda quem colit doctissimum
Hispaniarum Episcopum.
Si mersa tenebris iam diu satis, ac nimis
Per te valebit Veritas
Videre lucem candidam denuo, tuum
Magno Latinum munere,
Nouoq foeneratus, Vt Cupidum tui
Ligabis aeternum tibi.

Epist. I. ad Decentium Eugubinum Cap. V, quae est XXIX. in 1. tom. Epist. Decret. p. 11.

Roma Idib. Decemb. anno Jubilei M. D. LXXV.

ANT. AVGVSTINVS Episc. ILERD.

D

LATINO LATINIO VITERBIENSI

SAL.

Quod me de Innocentiano fermento superioribus diebus interpellasti, non gessi animo hanc diem rescribere; tum quia tabellarius aliquot menses in Gallia hæsit; tum quia perdifficilis mihi quæstio visa est: Nam sive dicamus fermentum appellari consecratum panem, sive Eulogiam, à consuetudine rei, et usu verborum discedimus. Sed et Leonis testimonio constat semper Latinos fermento abstinuisse in Dominicæ cenæ mysterijs; quamobrem Azymita à Græcis dicebantur, quasi Iudaicum azymis delectati: quos multis verbis Humbertus Silvæ-Candidæ Episcopus iure reprehendit. Cum ueiò Innocentij verba considero, fermenti appellationem non veram esse, sed usurpatam existimo, et quia vulgus uteretur pro azymis illis sinceritatis et veritatis. Inde fortasse appellationis origine sumpta, quòd eadem die, qua Iudæi omnes participes fierent sacræ mensæ post longam quadragesimæ diem inediam, eadem verba de fermento audirent, et pro Græco azymorum verbo, Latino uterentur contraria significationis. In hac sententia confirmor Damasi verbis in Miltiadis Pontificis vita; Hic, inquit, fecit, ut oblationes consecratæ per Ecclesias ex consecrato Episcopi dirigerentur, quod declaratur fermentum. Video hîc oblationes consecratas fermentum dici, et quod declaratur significat, quod ita appellatur. Idem inveniesin vita Syriaci, qui Damaso successit. Verba tamen mendosa mihi videntur, quæ tu, ut soles, in optima mutabis. Quod igitur Innocentius ait de fermento, quod die Dominico per titulos mittimus, et mox, fermentum à nobis confectum per acolythos accipiunt, de consecrata hostia dici ostendunt ~~verba~~ illa alia verba, quibus et Communio et Sacramenta appellabat: Ut se à nostra communione non iudicent separatos; Item quia non longè portanda sunt sacramenta. Durum autem videtur et à consuetudine alienum, ut

Ut absentis vahò haberetur, sed id quoq; factum fuisse olim inuenis apud Iustinum Martyrem in Apologia pro Christianis apud Antoninum Pium. διάκονοι δὲ παρ' ἡμῶν καλοῦνται παρ' ἑκάστου τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐκ παροῦσι ἀπὸ τῆς εὐχαριστηθείσης ἀποφέρειν. et post alia, καὶ τοῖς δι' ἐπιδημοῦσι διάκονοι παρατίθενται. Refertur autem ab eodem Episcopum solitum esse salutare, presbyteros uero absq; etiam Episcopo, si presentes essent, ab eodem sacram Eucharistiam accipere, nec ceteros: quadere videndi erunt Grendi uersa ab Eusebio Græce relata lib. V. cap. XXVI. hist. De Romanis Urbis presbyteris Cardinalibus, quibus solis titeli Urbis committebantur, aperte Innocentius III. testatur, solitos fuisse cum Romano Episcopo conuenire, et celebrare mysteria (lib. II cap. XXV. de mysteriis Missæ). Hæc in Oriente adhuc obtinent, et apud Graecos qui in Italia sunt, ut semel tantum sacrificium fiat. Assentibus mihi quibusdam non pauc. Sic igitur interpretor Innocentij Constitutionem, ut noluerit extra Urbem hæc sacra mitti ad eas parœcias, quæ in pagis certos curiones haberent. Possent enim illi conficere Sacramenta. At Urbani nequeunt sacrificante Pontifice. Idem existimat de his, qui in cœmeterijs sunt presbyteri.

Habes opinionem meam; velim tuam audire sententiam, aut si melius attuleris, ab his facile discessero. Vale, et me, ut soles, ama. Vlenda Idib. Maij.]

Hæc Latinè scripserat vir eruditissimus ad Fabricium. Hispanè ad virum eruditum in Hispania commorantem hæc quæ sequuntur, Latinè tamen facta a nescio quo, certe non valde accurato scriptore. Ego, ut in schedis erant, transcripsi.

P. F. meo nomine dicet, valde oblectari me suis quæstionibus, ex quibus eum curiosum, optimorumq; librorum lectione delectari coniicere: et dubitationibus de fermento Innocentiano, quod tantum nobis negotium facesshit, non posse me ita satisfacere, ut omnes ab eius animo scrupulos euellam; ego tamen satis me percipere, quorsum tenderet, an Innocentij ætate, Græci azymis uterentur: vel si de eis quæstio

agitata fuerit in Nicæno Concilio. ipse enim respondi fermentum non accipi ab Innocentio nec pro pane azymo, nec pro fermento paneue naturali, sed pro azymo consecrato; et ad id pondero à Damaso non dici absolutè fermentum, sed quod appellatur sive vocatur fermentum; et Leonis IX. et Humberti auctoritate probare nitor, nunquam in Ecclesia Latina consecratum fuisse panem fermentatum.

P. F. testimonium pro se adducit Epiphanij contra Ebionitas in lib. 1. hær. xxx. aptum quidem, ut concludat tempore D. Epiphanij D. Hieronymo et S. Innocentio coætanei, et multo ante consecrationem in azymo fieri; cum discipuli Ebionitæ adhuc viverent cum tamen Ebio Ioannem Euangelistam, senem licet, superstitem viderit. ita Epiphan. μυστήρια δὲ δῆθεν τελεῦσι κατὰ μίμησιν τῶν ἀγίων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰπὸ ἐνιαυτοῦ εἰς ἐνιαυτὸν διὰ ἀζύμων καὶ τὸ ἄλλο μέρος τοῦ μυστηρίου δι' ὕδατος μόνου. Ex quibus verbis colligo semel in anno eos in azymis celebrare solitos; ritum in eo Christianorum Catholicorum imitantes in suis sacrificijs cum in eis aliquando sola aqua uterentur. VI Synodi duo in Trullo statuti sunt Canones. Prior contra azymis utentes, Iudæorum more; Posterior contra consecrantes cum solo vino vel cum aqua sola. Græci contra Latinos ex priori arma sumunt, et etiam ex quodam Apostolorum Canone. Quibus respondet Humbertus, nihil ad rem eos facere, vel nullius esse auctoritatis.

Quærit à me P. F. cur tempore Damasi aut Innocentij sacram Eucharistiam fideles fermentum appellarent, et non azyma; cum tamen in azymis non in fermento consecrarent. Respondi ei communis vulgarisq; usus integram caussam assignari vix posse. Mihi persuadeo eos delectari voce latina fermento, non azymo Græca, etsi eius vim Romani perciperent. Urget huius vocis usum non vulgi sed Pontificis Innocentij fuisse. Fateor Innocentium respondisse eisdem verbis, quibus interrogatus ipse fuit. Sed Damasus apertius ostendit non constare quid nomine fermenti significaretur, ideò dixit, quod

vocatur

vocatur fermentum. Locus Cypriani, in quo metaphoricè nomine fermenti in malam partem sanctus utitur, ad rem non est; sicut nec quod affert de sacrificio Missæ in Quadragesima à Græcis usitato ex solis orationibus sine consecratione et communione constante, exceptis sabbatis et dominicis, quæ dici potest Missa sicca, aut quæ in mari celebratur. Ad eius dubium, an cum summus Pontifex Missam celebraret, eam etiam facerent Presbyteri Romani in suis titulis vel paroecijs. Censeo illis temporibus in quavis civitate unum solum Missæ sacrificium offerri quotidie ad populum, cui assistebant Episcopi, presbyteri, reliqui clerici et populus, quod satis ostendunt testimonia a P. F. citata, et Innocentijs III. in testimonio à me allato, Irenæus, alijque permulti. Quod verò additur de Eulogijs, frustra dicitur; si enim sacra non fiebant in titulis, multo minus eulogiæ, aut conciones eo in tempore in eis habebantur. Instat P. quomodo tantus populus poterat uni sacrificio adesse? concedendumque videtur magnam hominum multitudinem ei præsentem non esse. At ipse aliquem sacrificio illi abesse sine iustissima caussa inficior. Erant tunc Romæ infideles permulti et ethnici et Hæretici; fideles tamen omnes sacrificio præsentes esse totis viribus conabantur. Percontatur Pater, quid facerent presbyteri in titulis, ad quos Innocentius SS. Eucharistiam remittebat. Respondeo, non ad omnes absentes eam mittebat, sed iustis de caussis impeditos et in gravi aliquo negotio occupatos, ut in ægrotis baptizandis, eorum confessionibus audiendis, vel in similibus, quæ sine magno incommodo omitti non possent; cum ergo dicitur mittere eum fermentum per titulos, non omnes intelligit; sicut cum dicimus eucharistiam deferri per vicos, non omnes intelligimus, sed, quod expedit, aliquos: cum ergo serme est de ijs, qui propter plebem sibi commissam non possunt assistere, non ad omnes referendum est, sed ad eos, qui in pascendis his, quorum curam gerebant, occupati detinebantur. Ex quibus infero nonnulla. Inprimis, excogitasse sanctos Patres aliquod signum et symbolum, quo catholici (præsertim presbyteri qui sunt veluti duces gregis Christiani) ab Hæreticis internoscerentur; hoc potissimum fuit transmissio Eucharistiæ, ut denotant canones Melchiadis et Syriaci. Deinde, appellatum fuisse id symbolum fermentum, ut significaret, vel fermentum hoc esse novum, scilicet sinceritatis et veritatis (quod non in fermentato conficerent illius temporis sacerdotes) vel magis, quia quemadmodum fermentum massam totam coniungit, et per illam se diffundit; sic

fidei catholica sincera et sancta per totam eccles. Catholicæ massam, quæ fermento coniungunter partes, vel membra inter se et cum suo capite: et quia potissimum signum vel symbolum fuit priscis temporibus, Eucharistiæ transsatio, ob id notatum est analogicè fermentum; quo modo notatur Lotium apud Medicos sanum, qui sanitatem indicat; sic Eucharistia fermentum id est unionem. Postremò hanc expositionem comprobare possumus ex eo, quod Divus Ambrosius, Innocentio paullò antiquior, tradit serm. V. ubi vocat fermentum symbolum Fidei; et Origines sumit pro doctrina, et D. Lucas cap. XII. videlicet cavete à fermento Phariseorum, et à fermento Herodis. Accedit quòd fermentum et in bonam et in malam partem capitur; vide de satis libris in bonam. Denique D. Hieronym. et Hilarius pro doctrina accipiunt.]

Hactenus ille quicunque est Ant. Augustini Hispani, Latina dedit; quæ propter auctoris dignissimi auctoritatem digna, quæ non perirent, esse iudicavi. Tantùm addam, alia quæ huc spectant, inuenire apud Viros clarissimos Iac. Pamelium de Liturg. Gropper. lib. de Eucharistia, Gretser. lib. de Bened. Baron. ad ann. 313 ~~Rossweydum in Onomast.~~ Vide a Latinis insignis eruditionis viro hanc quæstionem, in qua elucidanda admodum laborasse eruditos viros sciebat, agitatam dicit; à quibus ipse dissentit. Et Rosweydum in Onomast.

ANT. AVGVSTINVS AD LATINVM LATINIVM

Apud eundem Ant. Aug. reperti sunt hi versus, et alij, quibus illi Latinius respondit, a Jacobo Chius, ipsius sororis filio, S. Marci postea Romae Canonico.

Lucebant olim soles mihi candidiores,
Docte LATINE, tuis
Octauiq; patris dictis, cum pectus onustum
Saepe foret varijs:
Vltima nunc sessum vastis Hispania terris
Sole cadente tenet.
O mihi felices, frustra suspiria duco,
Praeteritosq; dies
Viximus, antiquas cum vobis lustrare ruinas
Romuleae licuit:
Et capitolinas pacatis prendere turres,
Aurea templa Jouis;
Innumeros illic varia de gente triumphos
Legimus è tabulis,
Censores cum consulibus, populiq; Magistris,
Ordine quemq; suo;
Inde forum, sacramq; viam, mysteria Pyrrhi,
Discere dulce fuit:
Quid memorem veteres Janos, atq; amphitheatrum,
Balnea, templa, domos?
Dulce fuit, doctus cum conuiua abdita quaeq;
Protulit in medium:
Laudamus multi, sed Fuluius atq; Faërnus
Omnia ferre negant.
At quid ago? haec aetas verbosos reddit amicos
Care LATINE tuos.
Viue memor nostri. Mihi Flaccus stillat in aurem,
PVLVIS ET VMBRA SVMVS.

ANT. AVGVSTINO ARCHIEP. TARRACON LATIN. LATINIVS

VII. Id. Feb. M.D.LXXVII.

Vix iuuat, ANTONI, sine te monimenta piorum
Vel Turriani, aut Hosij,

Montaniuè tui, vel Castri scripta Leonis
Armata dente et vnguibus,
Voluere, mirariq; sacris è fontibus hausta
Documenta, quers Canisius
Et Veterum ritus, et mystica sacra tuetur
Aduersus hæreses nouas.
Olim cana meos mutarunt tempora sensus;
Vrbisq; cineres, et virûm
Concelebrata diu magnorum nomina, resq;
Gestas, inanis otij
Insaniq; laboris opus, verè esse putaui.
Quisnè busta marmorum
Admiranda, Deus, collapsa theatra, domosq;
Mandauit? an Patricios
Plebeiosq; notis iussit discernere certis?
O vana mens mortalium!
Scilicet hos tandem regni cælestis ad aulam
Fessos reducet exsules.
Viderit hæc Pyrrhus, videatquoq; Fuluius. At me
Non Petrus id Chiaconius,
Nec mihi iam dudum coniunctior inter Iberos
Thomas Michiël perdocet.
Quorum lecta pijs solers industria vtrisq;
Ad Gratiani vulnera
Non sananda modò, sed restituenda nitori,
Fructus perennes parturit.
Hos ego censores vitæ, morumq; magistros
Libenter, ANTONI, sequor.
Dum tu sacra Dei peragis mysteria; dum te
Superba Tarraco patrem
Agnoscit venerans, attentisq; auribus audit
Christi docentem dogmata;
Queis sine nemo potest veram sperare salutem.
O te beatum septies,
Qui vanas hominum curas, sterilesq; labores
(Quos cæcus amat amor sui)

Spreuisti docilis, primo sub flore iuuentæ
Christi sequens vestigia!
Te procerum veneranda cohors post funera tandem
Inter Sacrator Præsules
Non procul à Domini sublimi sede locandum
Exspectat, auida tui. Vale.

Addam ijs clarissimis viris epigramma Hieronymi Suritæ doctissimi rerum Stragonensis Scriptoris, quod ipsius manu legi in folijs vacantibus libri inscriptionum veterum,

AD LIBRUM

Parce liber, priscæ nam raptus imagine Romæ
Te nimis hospitio detinui ipse meo.
Nunc satis inspectum reddo, exsilioq; remitto.
I liber; alma tuos Roma reuise lares.
Ergo Liber, sed non sine munere ab hospite abibis:
Munus erit carmen; pagina prima feret.
Pagina, dum viues, valeant modo carmina tantum,
Hæc manet officio gratia digna tuo.

CORIPPVS AFRICANVS sæpius correctus et animaduersus. Quid Destina, Cara, persona?

SCHEDIASMA

Exstant de LAVDIBVS IVSTINI AVG. IVNIORIS à Corippo Grammatico ac Poëta Africano conscripti Libri IV. beneficio doctissimi viri Michaëlis Ruisij Assagri Celtiberi debiti apud Plantin. A. CIↃ.IↃ.XXXI. Qui quidem dignis profectò erant, qui non perirent. itaq ad te, V. CL. et amiciss. paucula hæc illis denuo inlustrandis mitto.

In mutilæ ad Iustinum Cæs. præfationis fragmentis

— Nunc Marte peracto

Victores Victiq * * famulantur in aula.

facilis correctio et vera, si lacunam expleas voce [vna].

In Panegyrico in laudem Anastasij Quæst. et Mag.

Hoc mihi da de fonte bibam, tu pabula præbens

fons mihi dulcis aquas —

præter Hellenismum noto etiam adiectionem vocis dulcis, Vt in Lucretio lib. 4. de nat. rer. Tullio 3. in Verrem, C. Oppio de bell. Alexand. Vti dim notaui ad Eclog. II. poëtæ nostratis Garsiæ Lassi ipso initio

el agua dulce desta clara fuente.

III. Lib. I.

— Thomas libycæ nutantis destina terræ.

*Arnobio lib. II. cont. Gent. Isidoro lib. II. sentent. et in Breviario Toletan. Braulioni in Vit. S. Isidori et Bedæ non semel.

frustra sollicitatur vox Destina, *alijs etiam usitata. Vid. Ill. Garsiam Loaisam ad Cap. XL. lib. II. sent. D. Isidor. Io. Meursium in Critico Arnobiano lib. II. cap. XIII. et D. Constantinum Caietanum Not. in Vit. S. Isidori a Braulione Scriptam.

Par exstans curis, solo diademate dispar,
ordine pro rerum vocitatus cura palati
dispositu* nam Cæsar eras. cum sceptra teneret
fortis adhuc senior, regni tu summa regebas.

Sic Assagrius voluit et
dispositu iam —

legit; in M-S [dispotu] distincte legebatur. Verum ego è priscæ scripturæ vestigijs legerim

Despota tu nam, Cæsar, eras. —

Nam Despotæ erant et vocabantur fratres Imperatoris et filij. Quin et Justinus è Curapalate Imperator factus. Vid. Meurs. Gloss. in δεσποτης et κουροπαλατης.

V. — Quamquam omnia tuta videres
divinis animis inerat dolor —

Lege è M-S. Læta pro tuta.

VI. *Dant agmina plausus, vox omnibus una
mens eadem &c. sic in Assagri exemplari

legebatur; legerim

Agmina dant plausus, voces, vox omnibus una,

Amat namq hic Scriptor repetitiones vocum eiusdemodi. Vid. Not. in E. L. fol. 67.

Ipsum quin etiam * * gaudere putares
Corpus in Angelica mutatum morte figura.]

Explerim lacunam voce [Domini], qua saepius Corippus utitur.

Lib. II.

Vivicans siccum sacro spiramine lutum]

Corruptissime, legendum sine dubio est.

Vivificante lutum sacro spiramine siccum.

Summoq coronam
imponens capiti feliciter * * *
Intonuit patrum subitus clamor, inde clientum
clamores crescunt.

hoc etiam certissima coniectura, si legas,

feliciter, euge, beate:

Ut in Martial. II. Epig. XXVII.

effetè, graviter, citò, nequiter, euge, beate

Horat. in Art. — pulcrè, bene, rectè.

atq etiam in Ciceron. III. de Orat. Benè, praeclare, bellè, festive: quin etiam τὸ feliciter in Corippo, ex Genesi cap. XXX noto ad Sat. 1. Persij vers. 63.

X. Semper adorandus, semper metuendus, amandus

gaudent eiusmodi Scriptores Leoninis ijs versiculis inferius

Diuiditurq; bonis gratus labor ille Colonis;

in quam aliquando cacozeliam ipsi etiam maiorum gentium vates solent incurrere.

XI. Emittunt dextras * pariterq; remittunt

explend. pariter pariterq;

Vt inferius

— accedunt pariter pariterq; recedunt.

et lib. III.

Adstabant celsi pariter pariterq; nitebant

XII. — Postquam venêre verendam

Cæsaris ante caram —

ipsissima nostrorum vox cara pro facie, et phrasis parecer ante la cara de alguno. Verum κάρα dorice caput: vox vsitata Moscho Idyll. IV. vers. 74

Οὐδ' ἡμῖν ἐφύπερθε κάρης βαρὺς αἰωρεῖται.

Quæ capitibus nostris grauis incumbit:

huic nimirum Scriptori præcipua, Vt Vestina: vid. gentilem meum eruditiss. D. Seb. Orosco de Covarruuias in Thes. L. C. hac ipse voce cara.

XIII. Domi

— Dominos humeris nunc ferre parata

in alijs — Dominosq Auares nunc patria ferre

et — didicit dominos patientia ferre.

velim, legeretur

— Dominosq Auares nunc Parthia ferret.

hoc est, Parthi dominam haberent Auarum gentem. superbè Auar, legatus Caponis Auarum regis ad Iustinum, suæ gentis fortia facta referebat, inter alia

Quem Persæ timuere feri, genibusq minantis admouere manus ——

Rupimus Euphratem &c

Quid mirum si de Parthis victis ase eadem, quæ de Persis iactitaret? Παρθία, Asiæ regio Ptolemæo, et Παρθυαῖοι Eustathio, Straboni lib II. Parthiæ descriptionem habes apud Trog. XLI.

IV. itelicet; cāpos, acies, et castra parate.

annè ilicet, et campos &c?

V. Buxea populeis aptans capitella columnis

vox Scriptori huic secioris ædi noua, vt feria inferius

quos illic ludos, quæ feria vulgus habebat.

XVI. Par habitus, par forma fuit, vestisq; rubebat
concolor, atq; auro lucebant singula mun

M. I. in undo, crediderim legendum
— singula in uno;
phrasi Corippo non insolenti.

XVII. De Sancta Triade
— ex tribus una
e cœlo veniens mundi persona —
Una in naturis exstant personæ duabus

acceptio heîc [personæ] contra Vallam lib. 6. cap. 34 clarè valet: nam Persona quemlibet individuum hominem significat apud Latinos. Celsus insignis latinitatis auctor lib. 1. medicos nihil tentasse iudico, quia nemo in splendida persona periclitari voluerit. Quinctil. lib. 5 cap. [illegible] Personis autem non quidquid accidit exsequendum mihi est, ut plerique fecerunt, sed unde argumenta sumi possunt. ea porro sunt genus, nam similes parentibus ac maioribus suis filij plerunq; nascuntur. nihil distinctius, nam genus, natio, patria, sexus, ætas et similia non accidunt personæ, id est qualitati (ut in scholis loquimur) sed homini: sic idem lib. III cap. [illegible]. Est utilitatis et in tempore quæstio, expedit sed non nunc, et in loco non hic, et in personis non nobis,

non contra hos. Iuuenal. Sat. IV.

— quid agas cum dira et fœdior omni crimine persona est?

dicitur verò a personando (ne quid dissimulem quando locus nobis sese obtulit à Vallæ calumnijs Böetium clarissimum defendendi) auctore C. Basso in lib. de Orig. vocabul. apud Agellium lib. V. cap. IIX. quod os cooperimento personæ tectum maiores reddat clariores q sonos. sed in rem nostram Lege quæ eruditè obseruat Gil. Genebrardus lib. VII. de Trinit. fol. 98.

Extrema illa corruptissima fortè sic adimplebis

Adfuit et sacræ domino gratissimus aulæ
Tiberius, curasq omnes implebat et *
implens offici *
obsequijs instare suis tranquillus al *]

legens — implebat et omni
implens officio —
— tranquillus alumnos

Vti inferius
— malos castigat alumnos

Isocratis Theodori Erchiensis F. an quæ circumfertur Παραίνεσις ad Demonicum?

SCHEDIASMA

Παραινέσεις numero plurali, non Παραίνεσις titulum Orationi illi (cuiuscunq sit) fuisse habitum apud veteres docent Harpocratio in voce Παράκλησις; Priscianus lib. XVIII. Jo. Tzetzes Chil. XI. Cap. CCCVXXXII. ut observavit Jo. Meurs. II. Attic. Antiq. Cap. VI. Non Isocratis illius Theodori F. primus manifestavit elegantiss. Muretus Cap. I. lib. I. Varias. Lect. ex Dionysio nimirum Halicarnasseo, qui lib. de Art. Rhet. quendam ex ea citans locum, Isocratis ipsius auctorem, suum et Echecratis, ad quem scribit, sodalem vocat. locus ille hodie adparet in παραίν. Quod ego quidem dilucidius confirmo ex Plutarcho in ipsius vita; qui quidem ceteras recensens orationes Isocratis illius (quem commendavit Socrates in Phædro; cuius verba expressit Cicero in Orator. et II. de Invent. I. Tusculan. et de Senect; Quinctilian. II. Instit. cap. IX. et III. cap. I; Plin. epist. VI. ac alij) παραίνεσεος non meminit: ἰπὸ φέρονται δ' αὐτοῦ λόγοι ἑξάκοντα, ὧν εἰσι γνήσιος κατὰ μὲν διονύσιον εἰκοσιπέντε· κατὰ δὲ κεκίλιον, εἰκοσιόκτω· οἱ δ' ἄλλοι κατεψευσμένοι. Circumferuntur eius orationes IX, quarum auctore Dionysio, germanæ sunt XXV. si Cecilio credimus, XXVIII: reliquæ falso illi tribuuntur.] Sic verum illud in Suida οἱ δὲ λόγοι αὐτοῦ πλεῖστοι, orationes eius plurimæ sunt: sed multæ nothæ et aliorum eiusdem

nominis; vel, si mauis, Apharei adoptiui filij, qui et ipse forenses conscripsit orationes et suasiones, Ut Plutarchus tradidit: etsi idem ille Aphareus in Oratione de Antidosi contra Megachidem contendat nullum argumentum forense à patre scriptum; ut ait Dionysius lib. περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων in Isocrate Atheniensi se illud non ignorare dicat, μὴ δ' ὅτι δεῖ μας πάνυ πολλὰς δικανικῶν λόγων ἰσοκρατείων περιφέρεσθαι φησὶν ὑπὸ τῶν βιβλιοπωλῶν Ἀριστοτέλης; neq; illud etiam, quod fasciculos permultos iudicialium orationum Isocratis circumferri dicit à bibliopolis Aristoteles:] illis tamen nequaquam vir illi iudicio maximo Dionysius adsentitur: Atheniensi Cephisodoro, qui familiariter cum Isocrate vixit, et aduersus Aristotelis criminationes admirabilem apologiam scripsit. πιστεύω γεγράφθαι λόγους τινὰς ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς εἰς δικαστήρια, οὐ μέν τι πολλούς: Credam virum hunc scripsisse nonnullas orationes, quae in iudicijs dicerentur, non multas tamen.] vera haec et à recto iudicio profecta: ceterum ut rei veritas clarius patefiat indicem Orationum è Plutarcho dabo:

ΠΑΝΗΓΥΡΙΚΟΣ
ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΚΟΣ
ΠΕΡΙ ΑΝΤΙΔΟΣΕΩΣ.
ΠΡΟΣ ΦΙΛΙΠΠΟΝ
ΝΙΚΟΚΛΗΣ
ΕΥΑΓΟΡΑΣ
ΕΛΗΝΗΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ
ΑΡΕΙΟΠΑΓΙΤΙΚΟΣ

Philostratus, quas adiiciam, Isocratis cognoscit praeter PHILIPPICAM et PANEGYRICAM orationem alias

hae

Hæ sunt

ΑΡΧΙΔΑΜΟΣ,

ΑΜΑΡΤΥΡΟΣ;

Apud Dionysium præter Panegyricam, Philippicam, Areopagiticum, Archidamum,

ΠΕΡΙ ΕΙΡΗΝΗΣ,

ΤΡΑΠΕΖΙΤΙΚΟΣ;

qui quidem alias, ut ait, recensere posset πρὸς πόλεις τε καὶ δυνάστας καὶ ἰδιώτας γραφῶτας, quarum alijs populos ad vitam modestè agendam hortatur, alijs principes ad moderationem et legitimum imperium instituit, alijs priuatorum hominum vitam modestiorem effecit, præcipiendo quid singulis faciendum sit, quas breuitatis caussa prætermittit. Alij alias ediderunt è teneberis exutas, quæ nunc in manibus ex postrema Hieronym. Wolfij recognitione: qui (ut ad Paranesin reuertar) illi semper adtribuêre: nec mirum, cum Io. Tzetzes integrum CCCCLXXXI de ipso scripserit caput Chil. XI. ubi ἱστορία ἡ λέγουσα παραίνεσιν ἀμείνω τῆς ἡς ἰσοκράτης πρὸς δημόνικον σεωέταξα β. Historia, quæ dicit adhortationem meliorem ea, quam Isocrates ad Demonicum composuit.]

Inter alia hæc in ea

Δικανικοὺς ὦ ἔγραψεν οὐχὶ βραχίστους λόγους.
Πρὸς εὐαγόραν γράφει ἢ κυπρίων βασιλέα,
Ἐπαίνους τε καὶ συμβουλὸς, καὶ πρὸς τὴν νικοκλέα.
Θανόν τε εὐαγόρου ἢ, γράφει πρὸς παῖδα τούτου.
Ὠκλῆσις τῶ Δημόνικος, πολλὰς τὰς Παραινέσεις.
Καὶ λόγους πανηγυρικοὺς ἔγραψε μὲν, καὶ ἄλλους.
Καὶ τὴν εἰς παναθηναία τὴν μέγιστον τὴν λόγον,
οὗτος τὴν νοῦν ἐσύλησεν ὅλον ὁ ἀριστείδης.

Hoc est Paullo Lacisso Veronensi interprete,

Iudiciales enim scripsit non breves orationes
Ad Euagoram autem scribit, Cypriorum regem
Laudationes atque consultationes, et ad Nicoclem
Mortuo Euagora scribit ad filium huius
cui nomen erat Demonicus, multas consolationes
et orationes panegyricas scripsit quidem
Atque in Panathenaea maximam orationem
cuius intellectum expilauit omnes Aristides;

Sic Harpocrationi Ἰσοκράτης παραινέσεσι; et Priscian. Ἰσοκράτης παραινέσεσιν non semel, etsi Excerpta Photij CP. cuiuscunque illa sint, siue Plutarchi, (quod ex Lampria, qui illa ferè omnia in censum illius recipit, colligo) siue aliùs, cùm multa à Plutarcho diuersè narrentur, quàm in Photio, παραινεσεὸς nullam mentionem (nec hoc dissimulem) faciunt. Sed iterum ad Tzetzam, cuius saepius nimirum nugacissimi Grammatici, alias opportunè errorem obiter noto, qui Demonicum Euagorae filium dicit, cum Hipponici sit. Dionysij lib. de Art. Rh. verba sunt. Ἰσοκράτης μὲν ὁ σὸς ἑταῖρος καὶ ἐμὸς ὦ Ἐχεκρατες, εἴπερ ἄλλο τι φησὶ χρῆναι προσεῖναι τοῖς πουδαίοις ἀνθρώποις, ἐν τῇ παραινεσῇ τοῦ πρὸς τὸν Ἱππόνικον (ut bene emendat Muret.) καὶ τὴν φιλοπροσηγορίαν, ὅπερ ἐστὶ τὸ προσφωνεῖν τοὺς ἀπαντῶντας, ὡς αὐτός φησι; Isocrates quidem, ius sodalis et meus, o Echecrates, in Parenesi ad Hipponici filium, oportere ait inesse bonis hominibus, si quicquam aliud, etiam affabilitatem; quae quidem in eo sita est, quemadmodum ipse ait

Ut libenter alloquamur eos, qui nobis obvij fiunt.]

Itaq. alius ab illo Isocrates is sit, quem auctorem Paraeneseos existimavit elegantiss. Muretus; etsi Harpocration, voce ἐπακτὸς ὅρκος, sic, Ἰσοκράτης Ἀπολλωνιάτης ἐν ταῖς πρὸς Δημόνικον παραινέσιν. In quem locum vid. Philipp. Jac. Maussacus, ubi Henr. Steph. II. ad Isocrat. dial. et And. Schottus Cap. II. lib. I. Tull. quaest. viri undequaq. magni.

Ceterum plura si volueris de Isocrate, habes apud Macrob. VII. Sat. Cap. I. in quo ille orator primus sub numeros verba libera ire coëgit: Hieronym. Magium III. Miscell. Cap. I. qui eius sepulcro insculptum arietem et sirenen probat et Tilium IV. Cont. V. apud quem ὅσος ἑταῖρος τῆς ἐμοῦ dictus, et quare, et quot fuere probatur pluribus.

Dionysium Afrum Prisciano interprete
veteres membranas compono.

SCHEDIASMA

Magnam iacturam acceperunt litteræ politiores
cum And. Papius Gandensis mersus Mosa flu-
mine, dum in eo iuveniliter ludit et natat
(Vti ait Lips. epist. ad Schott. XLV. Cent. I.
Miscell.) infeliciter est. Magnum certè illius in-
genium fuit, et linguæ vtriusq; singularis no-
tia, Vt verè è Torrentij, Leuineijq; dom
possit eum eruditior agnoscere. Eleganter inter
alia tanti ingenij monimenta versam Dionys
Alexandrini Periegesin legi, cui adiunxit Pris-
ciani versionem, siue Fannij, siue alius. Verum
in omnibus exemplaribus, quæ adhuc diuersis
partibus vidimus, semper Prisciano attributam
animaduertimus. Certè cuiuscunq; illa sit, digna
quæ diligentius animaduertatur, est. Paucula ego
cum post illum cum exemplari meo conferrem,
digna notatu inueni, quæ etsi inutilia non ce
labo.

Vers. 5.

Materiæ tantæ me prodere carmine digno]

in Ald. et Venet. codicibus observat Pap. ad oram legi [materiam tantam], at in Carrionis J.C.

Materiæ tantæ me p. c. digna.]

Confirmat in parte cod. noster optimæ notæ, in quo

Materie tanta m. p. carmina digna.]

optime. Vers. 14. — sed quamvis corpore toto

Una sit hæc, homines tres dicunt esse diremptas]

in meo Cod. [homines tris]. Vers. 54.

Persecat Hesperiam primus qui porgitur undis,

Pamphylumq. satus libyæ portendit ab oris]

in meo Cod. — primus quo porgitur undis]

et — pertendit ab oris] Vers. 62.

Hic supra currens mare Persidis efficit altum

E regione situs, quà Cappia voluitur unda.]

in M.S. est. [situm]. Vers. 74.

Cæliferasq., tenens Atlas stat monte columnas]

in M.S. melius hæc concipiuntur

Cæliferasq. tenet stans Atlas —] Vers. 75.

est primus vastis qui pontus Ibericus undis

dividit — in M.S. et primus &c.]

Vers. 112. Finibus à Siculis Cretæum provolat æquor]

in M.S. — tenditur æquor]. Vers. 130. de Ægeo

Dispersas vasto qui gurgite Cycladas ambit]

Aldus ediderat — Sporadas qui gurgite cingit;

Sed è sciolorum ignorantia, ut bene observavit Papius, cum in Græco ποιράδων mentionem esse non κυκλάδων viderent, cum similes utraque omnino sint, si Suidæ credimus. Eas Virgilius Sparsas per æquora Cycladas, et Horatius fulgenteis et nitenteis dicunt, unde Dionys. de Sporadibus,

Excipiunt Sporadum scopuli passimque relucent
Ut quondam innubi —

Addo Manil. IV. Astron.

Ingentique sinu fulgentes æquore terras
et — infusa per æquora terras)

de ijsdem. Vers. 157. — hic ubi Taurum
Cimmerij gelidis habitant sub finibus —
in M-S. — undique Taurum dic.

Vers. 160.

Mene tibi telluris regiones carmine pandam
M-S. (regionem): His non absimilia multa sunt, queis exscribendis non me delassabo.

LICINIÆ
P. F. AVITÆ
FABIAL. F.
FABVLLA
NVRVS.

estas de Valhermoso.

BIBLIOTECA
NACIONAL

DIS·MANIBVS

M·VLPIO·AVG·LIB·GRESIANO
AN·XXXXV·TABVLARIO·XX·
HEREDITATIVM·ITEM·TABVLA
RIO·PROVINCIAE·LVGDVNEN
SIS·ET·AQVITANICAE·ITEM
TABVLARIO·PROVINCIAE·
LVSITANIAE

H·S·E·S·T·T·L·
VLPIA·PIA·CONSVGI·[illegible]

[illegible]

LICINAE
P·FAVITAE
FABIAL·F
FABVLIA
NVRVS·

[illegible]

APOLLINI
V·S·L·M·
Q·V·O·C·
ALCIMVS·

DIS·MANIBVS
M·VLPIO·AVG·LIB·GRESIANO
AN·XXXXV·TABVLARIO·XX·
HEREDITATIVM·ITEM·TABVLA
RIO·PROVINCIAE·LVGDVNEN
SIS·ET·AQVITANICAE·ITEM
TABVLARIO·PROVINCIAE·
LVSITANIAE
H·S·E·S·T·T·L·
VLPIA·PIA·CONIVGI·F·C·

Epitaphium hoc Emerit-Augustanum in lapide marmoreo incissum allatum est in oppidum Infantense Laminitani agri conventum Iuridicum ex Emerita Augusta. Huic subijcitur aliud marmor ex Pulera valle vulgo Val-hermoso altum octavo ab Infantibus lapide, quod est huiusmodi.

LICINAE
P·EAVITAE
FABIAL·F
FABVLLA
NVRVS·

Basis marmorea.

Hoc vero, quod sequitur, marmor in aedis pariete B. Virgini sacrae, ad amnemque Salidum (unde Virgini cognomen) appositae, inclusum est, quinto ab Infantibus lapide.

APOLLINI
V·S·L·M·
Q·V·O·C·
ALCIMVS·

Alhambra oppidulum est conventus Infantensis, in quo et iuxta quod plura visuntur vetustatis vestigia, nempe in valle, quae vulgo Val-serrana dicitur, et in Pulcra-valle. Hoc in oppido pro foribus templi maximi in Septemtrionem marmor est eximiae magnitudinis ad duas ferme nostrates ulnas longum, unam latum et quatuor digitos, profundum vero sex supra triginta: cuius profunditas secundum latitudinem hanc continet inscriptionem

P·LICINIO·P·F·
GAL·MAXIMO·
PRAEFECTO
COHORTIS·III
GALLORVM
EQVITATAE·IN
DACIA·TRIBVNO
MILITVM LEG·VII
CLAVDIAE PIAE
FIDELIS·P·LICINVS
LICINIANVS
FRATRI·

Pro foribus vero in meridianum solem duo sunt simulacra marmorea, Romani togati alterum, alterum feminae Romanae stolatae, quorum nam ignoratur, nisi quod quidam P. Licinij, et Alliae Candidae indigitant, eiusdem et Liciniae autumant, alij L. Macedonicae Flaminicae. Sed P. nij nulla reperitur basis; Alliae Candidae, et L. Macedonicae marmora sed sunt, similiterque Liciniae marmor, quod Infantibus est. Simulac vero marmore P. L. supra relato inniti nequit, ut ex eius descriptio liquet. Viri statua, cum capite ad duas ulnas et semis alta est, capite, nunc et manu trunca. feminae aliquanto minor capite solummodo trunca.

Basis marmorea pro foribus Ecclesiæ in meridianum solem.

ALLIAE·M·F·
CANDIDÆ·
CVRANTE·
LICINIA·
MACEDONI
CA MATRE·
COLLEG·
AN----------

LIBERTI
DON·POS·

Quarum linearum omnes fermè literæ ita vetustate obliteratæ, et a pueris lapidibus petitæ, ut dignosci nequeant.

Basis marmorea in æde D. Catharinæ dicata.

L·MACEDONICÆ
G·L·S·FILIAE
FLAMINICAE·P·
G·L·HEDYMELES
PATRONAE·
OPTIMAE
S·P·P·L·

Quæ adhuc desunt literæ. DDO. punctis non separatæ, linearum structuram invertunt aut pote quæ ultimam citra superiorum ordinem producant, ad hæc non ea profunditate, qua omnes cæteræ, incisæ sunt, nec bene earum stylo respondent.

Sunt præterea plura marmora sine inscriptionibus, bases nempe columnæ, alia denique huiusmodi inter arandum et fodiendum agricolis effosa. Pavimenta quoque variis crustis et discoloribus tessellata visuntur, oculis, si mundentur, gratissima; sed quod ego vidi refertissimum est suum hara, et stabulum iumentorum. Vetustarum etiam cisternarum pavimenta iisdem emblematibus distincta sunt.

Maria Magdalena ad pedes Christi prouoluta.

Magdala quid pulcros lacrymis corrumpis ocellos?
Perluis et nitidas imbre tepente genas?
Justitiæ quia sol glaciem, qua dura rigescunt
Corda, ferit radijs, hæc liquefacta fluit.
Gutta sed Eumectat Domini quid sedula plantas?
6. Non alia esse puto digna fluenta Deo.
At pedibus molle aduolvis cur uerticis aurum?
Das pretium? exterges? an religare paras?
Do pretium, et culpæ sordes extergeo nostræ,
Tum Deus ipse uno crine ligatur amans.

Vulnerasti cor meum soror mea sponsa
in uno crine colli tui. Cant. 4. 9.

A S.r D. Juan Friquet
mi amigo y señor g.de Dios



ISIDI PVEL
IVSSV DEI NI
FABIA L·F· FABIANA AVIA
IN HONOREM AVITAE NEPTIS
PIISSIMAE EX ARG P·C XHS 6

ITEM ORNAMENTA IN BASILIO VNIO ET MARGAR
N. V· Z MARAGDIDVS CYLINDRI N. VII GEMMA CAR
BVNCLVS GEMMA HYACINTVS GEMMAE GERAV
NIAE DVAE IN AVRIBVS Z MARAGDIDVS MIRIARIT
DVO IN COLLO QVADRIBRACIVM MARGARITIS N·XXX
Z MARAGDIS N·XVI ET IN CIVSVRIS DVO IN TIBIIS
Z MARAGDI DVO CYLINDRI N·XI· IVSTA TALOS Z MARAG
DI N·VIII· MARGARITA N·VIII· IN DIGITO MINIMO ANVLI
GEMMIS ADAMANT· DISITO SEQVENTI ANVLVS POLYPSI
PNVS Z MARAGDIS ET MARGARITA IN DIGITO SVMMO
ANVLVS CVM Z MARAGDO IN SOLIIS CYLINDRI N·VIII





Inscriptio hæc et figuræ inventæ fuerunt Acci, inde translatæ Hispalim, anno CIↃ. IↃCXXIII, Visuntur in Domo Ducis de Alcala. Basis cuiusdam Statuæ Isidi dicatæ iudicatur a Marchione de Estepa, qui explicatione erudita illam illustravit.



361



VRBANO VIII.

PONT. OPT. MAX.

DE IPSIVS POEMATIS

Προσκυνητικὰ τρίγλωττα

Mariani Valguarneræ.



Εις Ποιήματα ΟΥΡΒΑΝΟΥ ΤΟΥ ΟΓΔΟΟΥ

Αρχιερέως τȣ̃ μεγίςȣ.

1 ἐνόησα μέλη, ὡς ἔνθεον ἄϊον ἦχον,
ΩΣ
Ορχαμε, μηκέτ' ἔπειτα σοφῶν ὑποφῆτα Θεάων,
2 Θαμβαλέος μὲν ἔμιμνον, ἐοικότα χείλε' ἀνόιγων
Ανέρι μηλοβότῃ, τὸν, ἐπεὶ ἐσελήλυθεν ἄςυ,
Νῆϊν ἀγυιάων, καὶ ἀλήμονα νωθρὸν ὁδίτην
Εισάγαγον βασίληος ὀπάονες, ὄφρα νοήσῃ
Κάλλεα δαιδαλέοιο βαθυπλȣ́τοιο μελάθρȣ.
3 Αλλ' ὅγ' ἐχεκτεάνων ἐπεθάμβεε πρῶτα πυλάων
Χρυσείοις ἐλέφαντα πεπαρμένον ἔκτοθεν ἥλοις,
4 Παμφανόωσαν ἔπειτα λίθων πολυδάιδαλον αἴγλην
Δέρκεται, ἠελίȣ βαθυφεγγέα κύκλον ἐλέγχων.
5 Εἶτα δὲ θαυμαίνων ςεγέων χρυσήλατον ἀυγὴν,
Πλάζεται ἀλλοπρόσαλλον ἐΰῤῥοον ὄμμα τιταίνων.
6 Καίποτε, παντοίῃσι κεκασμένα δώματα τέχναις
Δηθὰ σεβασσάμενος, τοίην ἀνενείκατο φωνήν.
7 Τρισμάκαρες φῶτες, ἢ τετράκις, ὃι τάδε καλὰ
Δώματα ναιετάȣσι, καὶ ὄλβιοι ἔξοχα πάντων.
8 Ως ἄρ' ἔγωγε, Πάτερ, διδυμόθροον ἦχον ἀκȣ́ων
Σῶν μελέων, ἅπερ Αυσονίῃ, καὶ Ελλάδι φωνῇ
Θαυμάσι' ἀΐδίοις ἔθελες σελίδεσσι χαράσσειν,
Δηρὸν μὲν τελέθεσκον ἀριπρεπὲς ᾆσμα τεθηπώς.

Καὶ

In Poëmata VRBANI VIII. Pont. Max.

1 CArmina ut agnovi, divinum ut protinus hausi
Aure ſonum, Aonidum moderator ſumme Dearũ,
Haud verò interpres poſthac, nec, ut ante, ſacerdos,
2 Alme Pater, ſtupuiq́ animis, atque oris hiatu.
Vt pecoris cuſtos, caulis quem fortè relictis
Errantem populo in magno, ignarumq́ viarum,
Atque urbe in media veſtigia tarda trahentem
Aulai proceres regali ſplendida gaza
Spectatum magni duxêre ad tecta tyranni.
3 Ille autem ingreditur cùm primùm limina, poſtes
Verticibus clavorum aureis, ſectoq́ elephanto
Suſpicit inſignes: 4 admirans inde coruſcum
Fulgorem lapidum, Phoebi iubar increpat ardens.
5 Tum trabibus pictis inhians, auroq́ decoris,
Aſſiduè hinc atq́ hinc dum pervaga lumina iactat,
Omnia pervolitat ſummi laquearia tecti.
6 Miratuſq́ diu, corde & veneratus ab imo
Clara micante auro penetralia, & arte magiſtra,
Hanc tandem attonito rupit de pectore vocem.
7 O quàm felices, ac terque quaterque beati,
Queis fortuna dedit tales habitare penates!
8 Sic ego ſancte meas Genitor poſtquam imbuit aures
Auſonio Graioq́ ſono mirabile carmen,
Quod geminum æternis voluiſti intexere chartis,
Obſtupuique, hæſique diu, dumque hæreo, & ipſam
Expleri mentem nequeo numeriſque modiſque,

Has

Καὶ νόον ἔσχε᾽ ἔχων ἡλιφρονα κοῦρον ἀοιδῆς,
Τοῖον ἀγασσάμην ἕως ἴαχον ἀνθερεῶνα.
9 Φεῦ τῆς εὐφραδίης, φεῦ κάλλεος. Ἀλλὰ τεοῖσι
Δύσμορα δ᾽ ὠμάμην ἀριθμία ἔμμεν᾽ ὀπαδοῖς.
Νὴ κᾶνοι μερόπων εὐλάμονες ἔξοχον ἄλλων,
Οἱ σέθεν ἐσαΐσσιν ἐθήμονα κύπριν ἰωῆς.
10 Ὀλβίε Μουσάων ἡγήτορα νιὸν σε καλέσω,
Οὐκέτι μουσοπόλον, προφερέστατον ἕνεκα πασῶν
Ἀμμιγα Πιερίδων, ἀντὸ καὶ κρείσσονα Φοίβου
Δέκνυται ἀμβροσίου σε μέλος καὶ ἔλυρος φόλη.
11 Νιὸν δέ σε Καστα λίων ἀσυμνήτηρα ῥεέθρων,
Νιὸν Πίνδοιο ἄνακτα φατίξομεν, ἠδ᾽ ἅμα πᾶσι
Κόιρανος ἐνετίης ἔσεαι, μολπῆς τε λιγείης.
Οὐκέτι νιφὸς ἔσσεται τεῶν φάρεσιν κομάων,
12 Οὐκέτι λαφυγμοὶ ἐρατὸς φοιβήιος ὄρπηξ
Σοὶ πλοκάμοις σείσει, ἀνάνεον νυδρὸν ἐθείρων
Τοῖσδε περιζώννυσθαι ἀκιλνοτάτοισι πετήλοις.
13 Φαίλιμος δὲ τελῶ κόρσῃ περὶ μύρτος ἀλάσθω,
Μύρτος εὐσεφάνου γλυκερὸν θάλος Ἀφρογενείης,
Καὶ Χαρίτων μύρτος ἁλὺς πόθος, ἠ καὶ ἀοιδὴ
Σεῦ Παφίης τε λόγοι χλοάει, χαρίτεσσί τε πάσαις,
14 Δοίλιον μὲν κεν ἔγωγε τεῇ κεφαλῇφιν ἐλαίης
Φύλλον ἀεθλέος, δοίλιον φοίνικος ἀγαυοῦ,
Ὅττιν᾽ Ἀθηναίῃ σῆς ἰδμοσύνῃσιν ἐλέγχεις,
Ἠὲ ἅμα Πιερίδεσσιν ἐκάνυσσο Φοῖβον ἀείδων.
15 Ἀλλάγε Παλλάδος ἔρνος ἀνεύαδον, ἀλλάγε φοίνιξ,
Καὶ γὰρ ἔχεις τριαγῶ σεφάνῳ περιλαμπέα χάριτα,
Χρυσέῳ, μαρμάροντι λίθων ἑτερόχροϊ φέγγει,
16 Τὸν Χριστὸς, γενετῆρος ἀειζώοιο γενέθλην

Ἀμφι-

Has demum effudi, stupefactus corde, loquelas.
9 O nitor eloquij! ô pulcri facundia quanta est
Carminis! At numerum famulorum explere Tuorum
Non mihi sorte datum. Natos ô alite dextra,
Blanda Tuæ quibus est vocis consueta venustas!
10 Fortunate nimis; ergo Te sceptra tenentem
Musarum, non iam comitem, sociumq; vocabo.
Nam Te Pieridas, Phoebumq; anteire canendo
Carmina testantur cœlesti imbuta lepôre.
11 Nunc Tu Castalidum nobis dominator aquarum,
Nunc Pindi regnator eris, quem gratia linguæ
Conspicuum latè reddit, quem gloria plectri.
12 Ne vincire dehinc hedera pallente capillos,
Neu lauro redimire velis Parnassíde: turpe est
Cæsariem cingant serta hæc si vilia claram.
13 Neve Tibi serpat circum sacra tempora myrtus,
Et sertum Veneri myrtus, & germen amicum,
Myrtus amor Charitum, quamquâ Tua florea cunctas
Sermonis reddet Veneres, Chariteſq; Camoena.
14 Ipse quidem foliis semper viridantis olivæ,
Aut palmæ, illustres auderem innectere crines,
Ingenio quoniam, ac sophiâ Tritonida vincis.
Et dulci superas Heliconia numina cantu.
15 Sed nec palma placet, sed nec mihi termes olivæ;
Namque tiara Tuo capiti terno ordine surgit,
Aurea, multiplici gemmarum luce coruscans,
16 Quâ Christus, soboles æterni sacra parentis,
Sponte Tibi celebrem voluit circundare frontem;
Nempe suis quòd & Ipse comes gestare dedisti

A Te

Αμφιπεριςέψας σῷ ἑκὼν ἐπέθηκε καρήνῳ,
Οττιπερ ἐςεφάνωσας ἑὸν κάρη ἄνθεσιν ὕμνων.
17 Χαῖρε Πάτερ, μερόπων πανυπέρτατε, θαῦμα βροτοῖσι,
Χριςογόνων λαȣ̃ θεοτερπέος ἶφι ἀνάσσων,
Καὶ πόιμνης Χριςοῖο μέγα κρέιων βασιλῆος.
18 Ος λάχες αἰθερίων φορέειν κληῖδα πυλάων,
Κȣ̃λύμποιο θύρετρον ἐφημερίοισιν ἀνοίγεις
19 Χαῖρε τεοῖς μελέεσσι θεὸν μέγαν ὑμνοπολεύσας.
20 Ιλαθί μοι, καὶ ταῦτα δέχȣ τἀπύλλια πρόφρων.



A te contexta Musæo flore corollas.

17 *Salve hominum, Pater, unus apex, quê suspicit Orbis,*
Christiadum qui sceptra tenes, das iura piorum
Electo generi, sanctiq; es rector ovilis.

18 *Quem geminæ decorant claves stellantis Olympi,*
Vnus, qui reseras mortalibus atria cœli.

19 *Salve, ô plectripotens, qui numina celsa Tonantis*
Altisonis celebras numeris, citharâque canorâ.
Adsis ô, faveasque libens, vultuque benigno

20 *His modulis facilem, Pater optime, porrige dextram.*



DE IISDEM POEMATIS.

Carmina quæ quondã Iſacides Iordanis ad undas
Pollenti cecinit pectore, plena Deo:
*Quæ Thebanus olor * Mæandris dædala miris*
Implicuit, Dircen dum reſonare facit:
Quoſque dedit vates Venuſinus pollicis ictus,
Lesboæ doctus tendere fila lyræ:
Id totum, alme Pater, plectro maiore ſonantem
Te tua Roma audit, Te Latiumque tuum.
Hinc meritò triplicis capiti fers præmia palmæ;
Dicite Io: triplex palma, corona triplex.

* κλυτᾶῖσι δαιδα-
λωτέμεν ὕμνων πτυχᾶῖς. Pindar. Od. 1. Olymp.

DE RECENTIBVS EIVSDEM ELEGIS.

Summe Parens, triplici crines diademate cinctus
Qui nitidi reseras aurea templa poli.
Ergone sueta chelys laudes resonare Tonantis,
Tristè Elegis CHRISTI *nunc gemit ante pedes?*
Mutatum quænam vatem nova cura remordet,
Atque adeò penitus pectora sancta coquit?
Nempe Tibi, atque Deo tranquilla mente canebas,
Ipse dabat quondam quæ cecinisse Deus:
Nunc nostras lacrymis culpas, fletuque lavare,
Maxime, qua polles, nos Pater arte doces.

Dell' ultima impreßione de' Poemi di NOSTRO SIGNORE, *fatta in Vaticano.*

Celeſte lira a lui data, e da lui appeſa nel tempio di S. Pietro.

Queſta che quì da l' alte mura pende
Stellante cetra, e 'l tempio orna di Piero,
Fiammeggiò pria laßù ne l' emiſpero,
Ma via più chiara hor quì fra noi riſplende.
Ch' al gran MAFFEO, *mentre il ſuo aiuto attende,*
Diella quei, c' ha del Ciel ſourano impero;
Ond' egli alzò lo ſtil ſublime altero
Là, 've l' arte, e l' ingegno non ſi ſtende.
Cantando al ſuon de la celeſte lira,
Vdì già 'l Tebro i ſuoi divini carmi,
Quali un tempo ſentì ſolo il Giordano.
Hor, del paſtore, il qual Sione ammira,
Emulo illuſtre, in queſti ſacri marmi
L' appeſe, anch' ei paſtore in Vaticano.





[illegible] de cada uno [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible]

368

÷ Hier. Suritę.

Ad librum

Parce liber, priscę nam captus imaginę Romę
Te nimis hospitio detinui ipse meo.
Nunc satis inspectum reddo, exilioque remitto.
I liber; alma tuos Roma reuise lares.
Ergo liber, sed non sine munere ab hospite abibis;
Munus erit carmen; pagina prima feret.
Pagina, dum viues, valeant modo carmina tantum,
Hęc manet officio gratia digna tuo.

Hic est liber [illegible]

[illegible]

[illegible]

[



Albaro del Campo Fecit



Iusta Tebam in Villula, in qua vestigia cernuntur antiqui oppidi, dicta Pilaresso, alia basis cum ijs litteris legitur.

VICTORIAM · AVG · Q · FABIVS L · F · GAL
FABVLLVS · TESTAMENTO · FIERI
PONI QVE IVSSIT · EX HS IIII · II VIC · DONO
L. FABIVS · F · GAL · FABIANVS
HERES · XX · NON · DEDVXIT · ET · ADMO-
TIS HS · C = D · D ·

In municipio Albensi Vrgauonensi, hodie Arjona, in foro S. Martini exstat fragmentum basis statuae sic inscriptum.

118. IVLIÆ
AVGVSTÆ
DD.

Mentesæ circa S. Mariæ portam anno CIↃ. IↃ. XL. sepulcrum patefactum est hisce litteris

119. D. ♡. M. ♡. S ♡
MEMMIA. ♡. MARCIA-
NA. ♡. ANN. ♡. XXVI
PIA. ♡. IN. SVIS. ♡
N. ♡. S ♡. EST. ♡. S ♡. T. ♡. L ♡

in oppido de Linares in aedibus Bacha-
lauri Montano lapis visitur, qui è
ruinis veteris oppidi Callona allat
fuit.

L. ARGENTARIVS

120. CELSINVS

BAEBIA . M.F. SABINA . L. ARGEN

VALENS . EX TESTAMENTO

A. Q. M. Q. H. Q. N. Q. S. Q

Ibidem in S. Mariae templo,

121. CORNELIA . VRSA . M

ARITO . Q. INCOMPA

RABILI . ET . PIENTISQSI

MO . IN . SVIS . Q. QVI . VIC

SIT . ANQNORVM XXXX

PATER . NOMINE . SVBI

QTANVS . FILIORVM . IIII

VRSA . CONIVX . DOLEN

ANIMO . FECIT . Q. Q

MARITO . INCOMPQRABI

LI . CVM . SVIS . FILIIS .

371

V.S. cuelva a mirar el epigramma de a noche
un poquito maylimado, y confieralo con el nuestro
D. Thomas, y haga que oy no nos ponga
otra vez los cuernos, que los estoy aguardando
ambos para el prado. g.de Dios a V.S. como desseo.

D. Mar.o Valguar.a

no le quisiera embiar mas
estos libros por no deviarle
de la lecion de Omero, para
quien se hizo el Protrepticon,
mas por no faltar de palabra
se los embio.

illa de una de las lagunas de Ruidera llamada la colgada junto
s casas que dizen del Rei ai unas paredes altas, que muestran bien
r sido edificio mui principal i costoso. Dizese que antiguam.te
templo de Ceres o Vesta, i recogimiento de Virgenes Vestales.
n un llano unos cimentones i piedras de edificios por espacio bas-
te a una buena poblacion, llama el vulgo a este sitio: la Ciu-
l de Lagos, que es decir de las Lagunas, porque dizen que aqui
o con tal nombre una.
una de las lagunas llamada de San Pedro hai una Isleta, i
ella unas paredes de cal i canto antiguas, a esto llaman: El Cas-
o Rocha frida, de quien pareze habla un Romanze antiguo.

En Castilla ai un castillo,
que se llama Rocha fria,
por agua tiene la entrada,
i por agua la salida.

P. ublio LICINIO REGAL.i MAXI- Piedras de Alhambra.
MO PREFECTO COHORTIS
GALLORVM ÆQVITATE IN
DACIA TRIBVNO MILITV
CAVDIÆ PIÆ FIDELIS LI
CINIS FRATRI.

ALLIÆ. M.R. atronę omanę CANDIDÆ
CVRANTE LICINIA MACE-
DONICA MATRE
LIBERTI
DON. POS.

L. MACEDONICÆ. LI. L. S.
FILIÆ FLAMINIÆ. P. G. L.
H. DIMELES PATRONÆ
OPTIMÆ. S. P. R. DD. O.

En la Almedina en una bassa ai esta inscripcion.

IMPERAT. CÆSARI. DIVI. HADRIANI. F.
DIVI. TRAIANI. PARTHICI. NEPOTI. DIVI.
NERVÆ. PRONEPOTI. TITO. ÆLIO. HADRIA=
NO. ANTONINO. PIO. PONTIF. MAXIMO.
TRIB. POT. VI. IMP. II. COS. III. PP.
DD.

Cerca de Vª. Sª. de los Infantes, mas en termino de Montiel en una fuente de la Virgen del Salido.

APVLONI
V.S.L.M.
E.V.O.C.
ALCIMVS.

En Fuentlana en la portada de una casa ai esta piedra.

L. LIVIVS LVPVS GENIO MV=
municipi NICIPI LAMINITANI ⊰ LOCO
DATO EX DECRETO ORDINIS SIGNVM AR=
GENTEVM ⊰ CVM BOMO SVA PE=
CVNIA FECIT IDEMQVE DICAVIT.

En los Infantes ai dos piedras en las casas que dizen de Geronimo Navarro. La una se truxo de Merida, la otra del puerto Valhermoso cercano.

DIS MANIBVS.
M. VL. PIO AVG. [illegible] LIB. GRECIANO
AN. XXXXV. TABVLARIO XX.
HEREDITATIVM. ITEM TABVLARIO
PROVINCIÆ LVGDVNENSIS.
ET AQVITANICÆ. ITEM
TABVLARIO PROVINTIÆ LVSITANIÆ.
H.S.E.S.T.T.L.
VLPIA PIO CONIVGI. F. G.

Estas de Merida.

Io. Iacobo CHIFFLETIO

Patricio, Consulari, et Archiatro Vesontino, C.R. Ser.mae Isabellae Clarae Eugeniae Hispaniar. Infantis Medico Cubiculario

Inscriptiones aliquot in Hispaniae inventae, adhuc non vulgatae

SCHEDIASMA

Quantum ex antiquis marmorearum Inscriptionum monumentis fructum Eruditioni litaturus possit accipere, eleganter eruditionis omnis et dignitatis maximae Antistes Ant. Augustinus, Dialog. IX. iam olim docuit: melius uberiusque ipsa Inscriptionum volumina, quae Smetij, Lipsij, et Gruteri beneficio habemus: quibus, si quas in Hispania invenimus, nondum tamen vulgatas, addiderimus, magnum eruditis operae pretium nos facturos existimamus: te praesertim, V.Cl. dum Hispaniam nostram eruditione, me amicitia beas, monitore: ad quem hae, gravioris muneris obsides, merito libenterque abituriunt.

A. CIↃ. IↃ. LXIV. Toleti in aedibus vulgo [del cordon] repertus lapis cum hac inscriptione, postea in arcem regiam Philippi II. iussu, ubi nunc visitur, translatus est.

1. IMP. CAES
M. IVLIO PHILIPPO
PIO. FEL. AVG
PARTHICO
PON. MAX. TRIB. POT.

PP. CONSVLI

TOLETANI DEVOTISS

NVMINI MAIESTATIQ - EIVS

DD

refert hanc Franc. Pisa amicus heu! olim meus lib. I. Hist. Tolet. cap. VII. quam post illius obitum publicauimus, sed mutilam; alij ijsdem, quæ adsignaui, sputijs scripturam diuidunt: verum nos ex ipso lapide sic transcripsimus

IMP. CAES

M. IVLIO

PHILIPPO

PIO. FEL. AVG

PARTICO. MAX

TRIB. POT. P.P

CONSVLI TOLE

TANI DEVOTIS

SIMI NVMINI

MAIESTATI

QVE EIVS DD

Toleti etiam in ædibus, quas sibi Alphonsus Castellon S. Inquisitionis (ut vocant) à sacretis, amicitia elogia Marianæ nostri sat* notis, exstruxit, legi

* Tract. de Morte et immortal.

D.

2.

D. M. S

PALPHVRIVS IMINIVS

PALPHVRI IMINII

IMINI F. AN. XLIIX

H. S. E

A. N.... MARITO. OPTIMO

D. F. C

Ibidem

3.

ANNIA

DIODORA

CS. ANN. LX

M. SEMIN

MAMMA

CS. AN. XX. H

T.

Toleti in Professorum S. I. domo

4.

HERCV. P. INDOVEL

TOL. W. OSCA DEIS

TVTELA. COMPEDIT.

TAVROS. VRSOS. AVES

LYBIC. QVODAM DD.

Sic edidit Franciscus Bertrameus S. I. in Vit.
S. Ildephonsi Cap. 1. sed in consulto Lapide; C

quo sic transcripsi

HERCV. P.

ENDOVEL

TOL. V. V.

OSCA.

DEIS. TVTEL.

COMPEDIII.

VRSOS. TAVROS.

AVES, MARINAS

QVODAN. DD

*Cap. XVI rer. Toletan. et fol. 251. Notarum ad Luitprandi Chronicon.

*alibi explicui. ex schedis Aluari Gomecij V. Chabui

5. D: M:

ANNI

PATER

QVIRINO

IVNI.

ex ijsdem

6. M: LON

DVS DA

GENCIM

M. F. N

XXII SEST

In oppido | Vilar del Pedroso |

7.



LEVRIO
CARPAT
CALAECVS
FILIVS
STATVI

Ibidem

8

MAVRO &
MBVALIEO
VIII CORTIS
VLVS † ESTIF
VII CAPITO
ROVILOVL
AL VEIHFO
S.T.T.L

ibidem

9.

C. TAPILIO
VEGETO
PATRI AN LXXX
MACIAE
MATRI AN XLV

H. S. T. L.
L. TAPILIVS
VEGETINVS
F. C

Milliari ab hoc oppido sunt aliquot lapides qui legi potuerunt, sunt ij.

10.

FLAVIA RVFINA
AVGVSTOBRIG.
ANNO. XXIIII. H S EST
PATER HONORINA
ET CAVDENVS
DECIANVS
F. IBI. FEC.

11. CÆSIO. TA
GNT. N LXX.
AGILIO ET.T
NGVVS LI
BERTI A RO
NONDV G
ENISSIMOE
XTE STAMEN
TO FC. H.S. EST.

In Oppido [Valdela casa] non procul ab Elbora Carpetanorum

12 CAPITO. MATVGENI. F
AVITA. IVLI. F. AN. XVIIÆ STA
VIRONI E AQVILVS MATVGE
NI. F. H. S. S. TAGANA CAPITONIS
PATRI EFAVITA ET SVÆ MATRI
PARVO ET. SIBI. D. S. FC. S. T. T. L.

In veteri Elbora

13 C. SEMPRO
NIVS CRISPI
NVS ANI
FENIC ARCI
CIVNVM

ibidem

14 AGGA. ANO
EN AMIL
H. S. ES. T. T. L.
VII ALISFIE
PROBVS E
D. S. F. C.

Circa Elboram . in Ogijedo [Villamanta] in ædibus Ecclesiastici Curionis

15

D. M. S.
MENEAS
AN. VII.
HELPIS FI
LIO PIEN
TISSIMO
FN. CNE
S. T. T. L.

16

LAESYMACHO
QVIRINA. ANNOR
VM. LXXX. S.T
T. L. AELIAE PON
PEI VCSORI AN. XXX

Almedinæ duobus leucis a Villanova infantum iuxta prætorium

17 IMP. CAESARI. DIVI. ADRIANI. F. DIVI
TRAIANI PARTHICI. NEPOTI. DIVI. NERVAE
PRONEPOTI. TITO. AELIO. ADRIANO
ANTONINO. AVG. PIO. PONTIF
MAX. TRIB. POT. VII. IMP. II.
COS. III. P. P. D. D.

ibid.

18 LICINIAE △ P. TARTAE
TABIA L. T. FABVLLA
NVRVS

ibid. in ædibus Hieronymi Navarro

19 DIS MANIBVS

M. VLPIO. AVG. LIB

GRESIANO. ANN. XXXXV

TABVLARIO. XX HERE

DITATVM. ITEM. TABV

LARIO PROVINCIÆ LVGV

DVNENSIS. ET AQVITANI

CAE. ITEM TABVLARIO PRO

VINCIAE. LVSITANIAE

H. S. S. T. T. L. VLPIA PIA

CONIVGI. F. C.

ex Schedis Io. Baptistæ Morego architecti cl. exscripsi

20 EIIII COV-SI
IVNTA IF
QVAFL' ΛAII
ESISNI'AIIIS
FSTL
SFVSCI
OLVS
ITL
TVR

21 MFRI'IIL
VS MT
VIR T
'Q

quæ quid sibi velint, alius diuinet, ego qua fide vidi, transcripsi.

In basi Ecclesiæ [del Castañar], Franciscanorum cœnobio

22



Exscripsit amicus æternum meus D. P. Pantaleo de Aiala.

Salmanticæ, dum regij Societatis JESV collegij fundamenta iacerentur, sedula R. P. Michaëlis Perez Valiende, nobilis Nauarri, eiusdem ordinis sacerdotis, quem candidissimi mores et eruditionis rarioris amor mihi impensè conciliarunt e subterraneis tenebris cura hæc, quæ apponam, vindic

23



POMPEI

24



25



26

MAGILA SEPTVMI F. MASI
LI CVM VX. SIBI ET SEX. FABIO VIRO
TESTAMENTO FIERI IVSSIT
MATERNA SEX. FABI F. HERES F.C.

27



28



29

CAMIRA L[illegible]PA
NIA FIL. SVEMAT·
FLAVINIE FLAVI-
NERON

30



in ~~oppid~~ Andion, Nauarrei tractus oppido, quod olim Antiochiam vocitatum fama est, nunc praeter antiquarum parietinarum vestigia fere nihil, aedificij cuiusdam fundamenta visuntur, cuius aditus in hunce modum duobus litteratis lapidibus insignitus conspicitur

31



Valeriae non procul a Concha, vbi olim vrbs, hodie praeter aliquot veterum monumentorum vestigia nihil, sub ditione viri illustris D. Ferdinandi de Alarcon militiae Iacobaeae equitis, affinis nostri, hanc sepulcrales inscriptionem a se erutam ad me misit D. Franciscus de Alarcon Ferdinandi frater Ecclesiae Conchensis Scholarca

73. Segoviae in moenibus quâ ad portam S. Jacobi egressus est,



C M SP. IV /// H
/// B.C /// ASIVS
A.P. M. II. VERICESO
NI //// RISVI /// EN.
SVLP. MARTIO. LA
// VR TVTORES. COR.
TVSCVM. ET. VAL
CARVM ITEM EF.
REDANNI FLAVIIS
TVTORES. COELIOSSI
MNVMENTVM
EX.TO SVLP. P.C



74. Ibidem in moenibus e regione S. Luciae

C. BALESO
F. VA. AB. G.
VX. A. IX
S. T. T. L

75. Ibidem in Hortis, qui vulgo Mauri dicuntur,



AMIAE CONO
OLDICNA LV
CARLE A·LXX

76. Ibid. circa arcum ædium Episcopi

CINIO TITVLO
ORONICO VM
*V·XVIII. AEMILIA
LAVINA. MATER
FILIO. F·C

*Sic in libello, quo describuntur nuptiæ Philippi II. Regis et D. Annæ Austriacæ Reginæ à Segoviensibus celebratæ fol. 74.

77. Ibid.



SEXTO
IIC·M·FV

78. ibid.

AETI·LIT·
A·NIQV
M·SICE
VXORI
C·S·T·T·L



79. Ibid. in muribus intra S. Joannis et S. Matthiæ portas



80. Ibid. ad meridionalem muri Segoviensis partem, quâ ad S. Andreæ portam itur.



*Publio excussit Io. Vasdus ad ann. 90. Publicio tamen Legitur.

81. Ibid. ad Septentrionem



82. inter oppida Torreiglesia et Turuegano Segoviana Diœcesis, in tracu, qui vocatur Las piedras, ubi antiquorum ædificiorum hodie non pauca vestigia visuntur,









Antiquariæ, quæ olim Singilia in Bætica, in platea, quæ vulgo de la Feria, visitur statua candidi marmoris, inventa in prædio D. Ferdinandi Chacon, in cuius base legitur

P. MAGNIO. Q. F. QVIR. RVF. MAGONIANO
TR. MIL. IIII. PROC. AVG. XX. ET. TRIPER. HIS
BAET. ET. LVSITA. ITEM. PROC. AVG. PER
BAET. AD. FAL. VEGET. ITEM. PROC. AVG
PROV. BAET. AD. DVCEN. ACIL. PLEC
AMICO. OPTIMO. ET. BENE. DE. PROVINCIA
SEMPER. MERITO. D. D

ibidem, alia statua inventa in ædibus L. Balthasaris de Aguilar, capite lauru redimita, dextera sphæram, sinistra sceptrum tenens cum suis litteris

IMP. CAESARI. DIVI
NERVAE. F. INVIC. TRAIANO
AVG. GER. DACICO. ARMENICO
PONT. MAX. TRIB. POT
XIII. IMP. VI. COS. VI
OPTVMO. MAXSVMOQVE
PRINCIPI. NESCAMENSES. D. D

E diversis Vrbis Singiliæ locis eruti lapides aliquot sepulcrales Senatus Singiliani cura in vnum quasi coërunt, visuntur quæ vna in porta Vrbis. Suo illos ordine exscribam. inventus in ædibus Didaci Fernandez Rico ad S. Sebastiani plateam sic sciptus est, adiecto simpulo et patera,

L. POMPEIVS
RVFVS. LINCI
AN. XXX *IC. S. E. S. T. T. L
CALPVRNIVS. VEGETVS
LIMICVS. AN. XVI
*IC. S. E. S. T. T. L

*Sic vbique sciptum

Extra portam Malacæ in parœcia S. Ioannis

86. Q. MVNIO. Q.F
QVIR. HISPANO
PONT. CIVES. ET. INCOLAE
M M FLAVII. LIB. SING
EX. AERE. CONLATO
OB. MERITA. DEDERVNT

in veteri ecclesia S. Joannis

87. FABIA. L.F. FELICVLA. FILIO
HESPANIANO. PONI. IVSSIT
FABIA. EIVS. SOROR. ET. HERES
DEDICAVIT

Ex aerario sacro non longe a porta scholarum

88. GENIO
MVNICIPI. ANTIAE
IVLIA. M.F. CORNELI
MATERNA. MATER
TESTAMENTO. PONI
IVSSIT

E loco, ubi dim Nescania, translata inscriptio alabastro incisa

89 POSTHVMIVS. ASTRENSIS
APOLLINI. ET. AESCVLAPIO
AVG. DD

Ex oppido, quod nunc Alora.

90. STATVAM. QVAM
TESTAMENTO

SVO . C
VIVIANVS . ILVR
FIERI . IVSSIT . VIBI
AE . LVCANAE . MAT
RIS . FABIA . FIRMA
HERES . DEDICAVIT

ad portam, quae dicitur de la Boshida.

91. LIVIAE . DRVSI . DIVI . F . MATRI
TIB . CAESARIS . AVG . PRINCIPIS . ET
CONSERVATORIS . ET . DRVSI . GER
MANICI . GEN . . . . . IS ORBIS
MARCVS . CORNELIVS . PROCVLVS
PONTIFEX . CAESARVM

Man Conge a templo maximo, ubi scribd publici.

92. IMP . CAES . DIVI . TRAIANI . PARTHICI
F . DIVI . NERVAE . N . TRAIANO
HADRIANO . AVG . P . M . TRIB . P . VI
IMP . VI . COS . III . P . P
M . ACILIVS . QVIR . AVG . A . SING . DE
SVA . P . D . D

Iuxta turrim scalae in porta de la Boshida.

93. P . QVINTIO . P . F
HOSPITI . ANTIAE
HOSPITALIS . F
P . QVINTIVS . HOSPITALIS
D . S . P . DD

in turri arcis

94. QVINTIAE. P. F. GALLAE
ANTIAE. HOSPITALI
P. QVINTIVS. HOSPITALIS
D. S. P. D D

in via fluminis ex ædibus Jo. Gomez de Ossuna

95. *G. VALLIO. MAXVMIANO
PROC. AVEE. EV
ORDO. SINE. BARB
OB. MVNICIPIVM
DIVTINA. OBSIDIONE
LIBERATVM
PATRONO
CVRANTIBVS
G. FAB. RVSTICO. ET
L. AEMILIO. PONTIANO

*Ita ex ipso Capite transcriptam libuit inscriptionem hanc repræsentare, nam aliter legunt Morales in Antiq. Hisp. Nonius Cap. XXVI. Hisp. et Gruterus.

in Ecclesia S. Jo. Bap.

96. L. CALPVRNIO. QVIR. MACRI
NO. ORDO. NESC. STATV
AM. PVBLIC. DECREVIT
L. CALPVRNIVS. MACER. PA
TER. HONORE. ACCEPTO
IMPENSAM. REMISIT

in antiquis ædibus Francisci Hurtado de Salzedo

95. M. SEMPRONIVS. CANT. NEC
AEMILIA. L. F. CORNELIA. P. F
M. SEMPRONIVS. MONVMENTVM
SIBI. PATRI. MATRI. VXORI
VIVOS. AEDIFICANDVM
CVRAVIT

In Saltu Lemis

96. D. TITO. VESPAS. AVG. IMP. ET. CAES
DELIT. GENER. HVMANI . COS. VII. P
P. OPTIMO. MAXIMOQVE. ET. HIERO
SOLIMIT. VRB. EXPLENAT. VERVS
POLLIO. COS. D.S.P. DD

In Edibus Petri Gomes de Ornate

97. LIBERTATIS
AVG
SIGNVM . CVM
SVA. BASI
C.FABIVS . C.F. QVIR.
FABIANVS
PECVNIA . SVA
D D

In Saltu Lemis

98. SENTIA . L.F. MATER . SVO
TESTAMENTO . FIERI. PORTIA
PR. AVG. PORTIVS
L.F. D. VIG. CL. FL. POS

In Edibus Baccalauri Offundi

99. RVTILIAE . FRVCTVOSAE
L. IVNIVS . NOT. EIVS
VXORI

In Ecclesia antiqua S. Jacobi

100. L. CALPURNIANO. NESCANIENSI
TERENTIA. L. LIB. F. ET. CORNELIA
TESTAMENTO. PONI. IUSSIT
FABIA. L. F. FABULLA. SOROR
ET. HAERES. DEDICAVIT

Ibid.

101. IMP. CAESARI
VESPASIANO. AVGVS
PONT. MAX. TRIB
POT. VIIII. IMP. XIIX
COS. VIIII. P. P
PORTIVS. SABELLIVS. IIVIR
PECVNIA. SVA. DD

In ipsis garaeciae S. Isidori fundamentis

102. IMP. C. CAES. DIVI. TIBER. F. DIVI
AVG. N. DIVI. IVLI. PRON. TRIBV-
NITIA. POTESTATE
T. COS. III. PONTVFEX. CORNELIVS
BASSVS
PONTVFEX. CAESARVM. D. S. P. DD

È saltu Leonis, ubi Antiae vobis olim fuisse creditur

103. M. AGRIPPA. L. F. COS. IIII
FECIT
IMP. CAES. SEPTIMIVS. SEVE
RVS. PERTINAX
ARABICVS. PARTHICVS. PON
TIF. MAX

TRIB. POT. XI. COS. III. P.P
PROC. ET. IMP. CAES. MARCVS. AVRELIVS
ANTONINVS. PIVS. FELIX. AVG
TRIB. POT. V. COS. PROC. PANTHEVM
VETVSTATE. COLLAPSVM. CVM. OMNI CVLTV
RESTITVERVT

In ea campi parte, quæ casa vermeja dicitur,

104. C. MARIO. QVIRIT. CIP. MENII. NESCA-
NIENSIS. F
ORDO. NESCANIENSIVM. STATVAM
IVSSIT
CIV. DECREVIT. FABIA. RESTITV. MATER
HONORE. ACCEPTO. IMPENSAM. REMISIT
EPVLO. DATO. DECVRIONIBVS. ET. FILIIS
EORVM. NESCANIENSIVM. SINGVLIS. X
BINOS. CIVIBVS. ATQVE. INCOLIS. ITEM
SERVIS. STATIONARIIS. SINGVLIS. X
SINGVLOS. DEDICAVIT

Supra murum in summitate portæ visitur statua cum hac inscriptione

105. MARCVS. CORNELIVS. OPTATVS
ANCIPITI. MORBO. RECREATVS
VOTVM
A. L. S

Columnæ e veteri Singiliæ sive Antiquariæ tractu allatæ, plateam tabellionum exornant. in prima legitur

106. L. IVNIO. NOTHO
ORDO. SINGILIENSIVM
STATVAM. ET. HONORES

QVOS. CVIQVE. PLVRIMOS
LIBERTINO. DECREVIT

in secunda

107. L. IVNIO. NOTHO
VI.VIR. AVG. PERPETVO
CIVES. SINGILIENSES. ET
INCOLAE. EX. AERE. CONLATO

in hortis

108. MARTI. AVGVSTO
L. IVNIVS. MAVRVS. LA-
RVM. AVG. MAGISTER
DEDIT. L. IVNIA. MAVRINA
F. DEDICAVIT

e Nescania

109. GENIO. MVNICIPI. NESCANIENSIS
L. POSTHVMIVS. STILICON. NESCANIENSIS
SIGNVM. AEREVM. PECVNIA. SVA. EX. H-S. 00
FIERI. ET. NESCAMA. IN. FORO. PONI. IVSSIT
QVOD. DONVM. VT. CONSVMARI. POSSET
M. CORNELIVS. NIGER. DE. SVO. IMPENSAS
OPERIS. L. P. S. CVM. AL. DEDICAVIT

Ibid.

110. NVMINI. DIVORVM. AVGG
PVBLICIVS. FORTVNATVS
LIBERTVS. M. F. NESCA
ARAM. SOLO. PVB. S. P. D. D

160. D. M. S

111. L. ANNAEO. SENECAE. CORDVBENSI
OB. BENEFICIA. NESCANIENSES
F. C

Ex antiquae singiliae monumentis, nunc in Ecclesia S. Jo. Bap.

112. CORNELIAE
BLANDINAE
SINGILIENSI
L. CORNELIVS. THEMISSON
PATER. ET
CORNELIA. BLANDA. MATER
POSVERVNT
HVIC. ORDO. M.M. LIB. SING
IMPENSAM. FVNERIS. ET
LOCVM. SEPVLTVRAE. DECREVIT

Ex oppido del Valle,

113. FONTI. DIVI-
NO. ARAM
L. POSTHVMIVS. SA*
TVLIVS. EX. VOTO
D.D.D

*Sic hodie legitur, non Statulius, vt scripsere Moral. et Nov.

Prope oppidum Chinchon, non longe a Madridio,

114. D. M. S.
AEMILIVS. FAVSTVS
AEMILIAE. PIAE. VXORI. IN
DVLCENTISSIMAE. ET
SIBI VIVVS FACIENDVM
CVRAVIT.

In oppido dela Guardia, ducibus a Giennio sive Mentesa Leucis transcripsit hanc inscriptionem clariss. atque omnibus nobilitatis, eruditionis, et humanitatis titulis illustrissimus D. Adamus Cen-

turion a Corduba Marchio de Estepa, qui illam ad me misit,

115. TEMPLVM
AVG. SACRVM
L. CLAVDIVS. FELIX
LIB. CLAVDI
FORTVNATI. LIB
ACCEPTO. LOCO
AB. ORDINE
MENTESANO
OB. HONOREM
VI VIRATVS
D. S. P. DD.

Ab eodem illustrissimo amico accepi, quas subiiciam, inscriptiones et figuras

Anno Christiano CIↃ ⅠↃ LXXXIII, mense Maio, in oppido de Arre, non longe a Pompelone tres aereæ tabulæ repertæ sunt cum ijs inscriptionibus

55.

MATERNO. ET. BRADUA
COS. CAL. NOVEM

RESPVBLICA. POMPELO
NENSIS. CVM. P. SEMPRONIO
TAVRINO. DAMNITANO
LIBERIS. POSTERISQVE. EIVS
HOSPITIVM. IVNXIT. EVM
QVE. SIBI. CIVEM. ET. PATRO
NVM. COOPTAVIT

EGERVNT. T. ANNIVS PATER
NVS. ET. L CECILIVS
AESTIVVS

56

IVERONE. CLAVDIO CÆSARE
AVG. GER. II
CÆSIO. MARTIALE. COS
VIII. IDVS. DECEMBRIS

CIVITAS. POMPEIONENSIVM. HOSPITIVM
RENOVAVIT. CVM. L. POMPEIO. L. F. A. N. L
PR. IMIANO
LIBERIS. POSTERISQVE. EIVS. SIBI. LIBERIS POSTE
RISQVE. SVIS

EGERVNT. LEG. SEX. POMPEIVS. NEPOS
SERGIVS. CRESCENS

57

CLAVDIVS. QVARTINVS. TIVIRIS. POMPEI. SALVTEM

ET. IVS. MAGISTRATVS. VESTRI. EXEQVI. ADVERSVS. CONTVMACES. POT
ET. NIHILOMINVS. QVI. CAVTIONIBVS. ACCIPIENDIS. DESVNT. SCIANT
FVTVRVM. VT. NON. PER. HOC. TVTI. SINT. NAM. ET. NON. ACCEPTARV
CAPTIONVM. PERICVLVM. AT. EOS. RESPICIET. ET. QVIDQVID. PRESENT
QVOQVE. EGERINT. IT. COMMVNIS. ONERIS. ERIT. BENE. VALETE

DAT. NON. OCTOBRIS. CALAGORRI

IMP. CÆS. TRAIANO. HADRIANO. AVG. III. COS

Quæ habui ab amico heri. olim meo, Ludovico de Morales Caravaccensi I.V.D, qui, cum Pompeiopolitani Episcopatus ecclesias visitaret, exscripsit.

in ruinis Centogribæ (si Iuliano credas) duodecim stadijs aboppido Thebar in campo Spartario

58.

TV CI ——
IVS AVNCA
CAIUNIVS
ISI HOC

59

LOBAN
ACSE

60

CLICINI
VSSISEN
VSISIHSE

61

I SOTOTOLO

dono dedit clariss. Ludovicus Tribaldus de Toledo Historiographus Indiarum regius, Centobrigensis seu Thebarensis.

Segoviæ in parte murorum

C. POMP.

ex Schedis RR. Hieronymi Romani et Francisci Ser-
vatori e Soc. JESU

Montilla in Baetica

64. P. ANNIVS. AVITVS

ANN. XVII. H. S. E

S. T. T. L.

HVIC. MATER. DE. SVO

MON. FECIT

ibid.

65.

ACCILIA. SEX. CORDILIA

PIA. IN. SVOS. H. S. E

S. T. T. L

ibid. 66.

M. VALERIVS. SEVERVS

HIC. SITVS. EST. S. T. T. L

ex Schedis Jo. Fernandez Franco viri docti et qui
ab Amb. Morat. Caudaretus fol. IX Antiq. verè digni

Castus varijs, sive ut ego, puto vinarijs propter vini praestantissimi ejus in locis
Copiam, in Baetica non longe a Castro et Rio et Lucena
ut vulgo vocant; repertum ab ipso Francisco mortuo est ita
fractum, ut ea tantum litterae legi potuerunt

67. H. VIR. P.D. P.P.

In Municipio Aruensi, hodie Alcolea

68. M. POSTVMA

NERVAE. F.

QVARTO

FABIA. RVS-

TICA. MATER

POSVIT

57

CLAVDIUS. QUARTINUS. TIVIRIS. POMPEI. SALUTEM

ET. IVS. MAGISTRATVS. VESTRI. EXEQVI. ADVERSVS. CONTVMACES

ET. NIHILOMINVS. QVI. CAVTIONIBVS. ACCIPIENDIS. DESVNT. SCIANT

FVTVRVM. VT. NON. PER. HOC. TVTI. SINT. NAM. ET. NON. ACCEPTAE

CAPTIONVM. PERICVLVM. AT. EOS. RESPICIET. ET. QVIDQVID. PRAESTI

QVOQVE. EGERINT. IT. COMMVNIS. OVERIS. ERIT. BENE. VALE

DAT. NON. OCTOBRIS. CALAGORRI.

IMP. CAES. TRAIANO. HADRIANO. AVG. III. COS

Quae habui ab amico heri olim meo, Ludovico de Moralis Caravaccensi I.V.D. qui, cum Pompeiopolitani Episcopatus Ecclesias visitaret, exscripsit.

in ruinis Centogribae (et Italiano [illegible]) [illegible] (Gladijs [illegible]) Thebae in campo Spartario

58

TV CI

IVS AVNCII

CAILLNIVS

ISIHOC

59

IOBAN

ACSE

60

CLICINI

VSSISEN

VSISIHSE

61

I S o T o T o L o

dono dedit clarissimus Ludovicus Tribaldus de Toledo Historiographus Indiarum regius, Centobrigensis seu Thebaensis

Legendae in parte murorum

ex Schedis RR. Hieronymi Romani et Francisci Portocarreri è Soc. IESU,

Montillæ in Bætica

64. P. ANNIVS. AVITVS

ANN. XVII. H. S. E

S T. T. L

HVIC. MATER. DE. SVO

MON. FECIT

ibid.

65.

ACCILIA. SEX. CORDILIA

PIA. IN. SVOS. H. S. E

S. T. T. L

ibid.. 66.

M. VALERIVS. SEVERVS

HIC. SITVS. EST. S, T. T. L

ex Schedis Io. Fernandez Franco viri docti, et qui ab Amb. Moral. laudaretur fol. IX Antiq. verè digni.

Castris varijs, sive ut ego puto Vinarijs propter vini præstantissimi ijs in locis copiam, in Bætica non longe a Castro el Rio et Lucena ut vulgo vocant; repertum ab ipso Franco marmor est ita fractum, ut eæ tantum litteræ legi potuerunt

67. II. VIR. DD. P.P

In Municipio Aruensi, hodiè Alcolêa.

68. M. POSTVMO

NERVAE. T. ∅

QVARTO ∅

FABIA. RVS-

TICA. MATER

POSVIT

Cassis Caecilijs, sive Caceres, ~~[illegible]~~

69.

QUINCTVS. EVRVCIVS

CAPITONIS. FILIVS

70

ERENIA. CAII. FILIA

MORTVA. EST. ÆTATE

XV. ANNORVM

S.T.T.L.

in villula, cui nomen Vulhermoso,

71.

LICINAE. P. F. AVITAE

FABIA. L. F

FABVLLA

NVRVS

Vllæ, vti est in marmoribus, sive Vliæ, vti in Hircio et alijs est, hodie Montemaior prope Cordubam, D. Petrus de Corduba Comitis de Alcaudete illius oppidi domini F. ~~[illegible]~~ tabulam alabastrinam invenit cum ijs littens

72. HIC. IACET. ADIRAM. QVI. HANC. CIVITATEM. VLL

CVM. LOCIS. SVIS. TRIGINTA. GVBERNAVIT. ANNOS. IN

eam Franco dedit, ille Marchioni de Pliego, Hic tam F. Alphonso Chacon Dominicano, viro docto.

Quas subiicium inscriptiones, diligentiæ amici nostri dn Didaci de Colmenares Segoviensis debeo

73.

BARTHOLOMAEO MORIANIO CANONICO CAESARAVGVSTANO V. CL.

Nonii Marcelli exerrationes aliquot, et glossemata interpolatorum. Nævius, Plautus, Accius, Cæcilius, Pomponius, Pacuvius, Sisenna, Varro, Nigidius apud illum emendati: Scriptores qui de AERA Hispanorum

SCHEDIASMA VIII

Luxata nobilium Scriptorum membra, quæ in schedis Nonii Marcelli Vtilis non nunquam Grammaticastri foeda mendorum quamplurium saniæ taboq3 fluentia adhuc delituerant, tot Asclepiorum medicinam sunt experta, vt illi ipsi auctores antiquum illud vsurpent merito, perisse se nisi perissent: quibus et incuriosa Nonii diligentia cum Famâ nomen debet Erostrati Dianæ templum incendentis exemplo. Nos post tot eruditorum proficuam messem spicilegium fortassean ab ipsis neglectum, sed fortassean profuturum dabimus ex coniecturâ, et Veteribus libris ad exemplaria edit. Parisiensium Ann. CIↃ.IↃ.XXCIII. et CIↃ.DC.XIV quæ nunc ad manum et meo iudicio, vt à viris doctiss. procuratæ, conrectiores: Addo et illam a Dionysio Gothofredo I.C. inter auctores LL. datam Ann. CIↃIↃCII quam etiam inspectare operæ pretium duxi. Itaq a Nævio. Lycurg. Voce [illicere] auspicabor, cuius ii versus.

I

" Alis sublime alios saltus illicite, vbi
" Bipedes volucres lino linquant lumina.

elegantissimè Lipsius [Alis] explicat [Alius]: propior tamen sententia, si legas

" Ales sublimes alio saltu &c.

è concursu Sigmatis facili mendo: quod alii de Menalio saltu ingeniosè excogitarunt, nimis ingeniosum reor,

II

In [Passum] pro rugoso vel sicco. Plautum Stich.

in portum vento secundo velo passo pervenit;

interpretatur Nonius, id est laxo et rugoso. imperitissimè; potiùs intento et pleno, vt loqui amat Maro: nec heic ex ritu nautico cum Dousa et Taubmanno excusabo Grammaticulum, cuius eiuscemodi ἀλογίας passim quis subnotet necesse est.

III

In [Adulatio] pro blandimento canum subücit Accii in Prometh. versus è vestigiis veteris scripturæ sic concinnatos

* auolans Turneb. Lambinus, Del-Rius.

— sublime * aduolans

" Pennata cauda nostrum adulat sanguinem,

qui nihil ad rem: vnde suspicor ante hoc exemplum Accii aliquid in Nonio deesse quum aliud ibi sit, quam quod dicitur: clarius erit si fragmentum integrum legeris apud Ciceronem II Tuscul.

IV. In [Tricones] versus est Lucil. Sat. lib. XI de Cotta Sene,

Magnus trico fuit nummariu, solvere nulli

Lentus, id est facilis

Sic omnes editiones, sic Muretus Variarum. III. cap XIIX mihi tamen glossema illud [id est facilis] non a Nonio, qui non de voce [lentus] sed de [tricon] ibi agebat, sed a sciolo ipso Nonio imperitiore confictum non placet. Idem videtur subodoratus fuisse magnus Turnebus Aduersar. XVII cap. XXIV (etsi eandem innuat notionem vocis) et Fr. Dousa Not. in Lucil. quum hemistichium Lucilianum tantum adscribant: veram tamen significationem Cl. Villiomarus docet Rob. Titium

V In [sudum] Lucil. lib. XXIX

" Nec ventorum flamine flando suda secundent

Si hic hexameter (nam dubito quum Senarii alii in hoc libro sint) numeris iis erit adaptandus.

Flamina ventorum nec flando suda secundent

VI In [incoxare] Pomponius Pannuc [neq enim cacandi causâ incoxaui nate] erige litterulam et [nates] lege, bono sensu.

VII In [Vestibula] verba ipsius Nonii [vestibula quidem putant sub ea proprietate distincta, quod inprimis ingressibus et spatiis domorum, Vestæ, hoc est aræ, ac foci soleant haberi.] expunge putidum glossema [hoc est aræ] quod nihili est

IIX In [Cinnus] aliquid videtur deesse, si vocem [concinnare] diligenter inspectes Tui tamen iudicii esto.

IX In [Manum] turbatum textum sic in ordinem repone; post verba illa [Græ λευκόθεα] adde exemplum Ciceronis Tus. 1. Aliter hiant omnia: tu vide, in oculorum res est, vt iudicii sit.

X In [Præficæ] versus Lucilii lib. Sat. XXII.

" Mercede quæ conductæ flent alieno in funere Præficæ

" Multo et capillos scindunt et clamant magis

An in heroicos numeros cogendi? credo, quum alii apud ipsum Nonium [voce lab

et Donatum in Phormion. Terentian. eandem præferant mensuram. Lego itag

11 Meriđe vt quæ conducta flent alieno in funere, multa
11 Præfica caput et cædunt magis & magè clamant.

Nam quod præfica capillos scinderent non legi, cædere autem caput aut faciem in luctu solenne.

XI

In [AERA] Hæc Nonii verba [ÆRA numeri nota. Lucil. lib XXIX Hæc est ratio peruersa, æra summa et subducta improbè] glossema in iis Lucilii Verbis putidum odoror, et inde Vocem [summa] eliminandam proculdubio: quod fortasse Vel ad explicationem Vocis [AERA] vel ad exemplum illius Tullii in Hortensio effictum [soles quum rationem a dispensatore accipis, vt æra singula probasti, summam quæ ex iis confecta sit, non probare] Vbi eleganter summa dicitur eorum, quæ æra conficerunt, æra autem summa vel summa Vt legit Scaliger F. nescio an facilè invenias. Quod in nostratium gratiam dictum velim, quibus crebrior Aerarum (sic sæculis minus eruditis nomen hoc ex neutro in femininum μετεπλάσθη) vsus fuit. Quod vel notum iis qui nondum ære lauantur. Tamen ex tumultuaria Bibliotheca nostra lustratione compendiariam eorum, apud quos de re ea plura inueniuntur, nomenclaturam hîc repræsento. E nostris D. Isidorus V. Orig. cap. XXXIV. I. Margar. Gerund. Episc. Paralip. Hisp. cap. Vlt. I. Genes. Sepulueda de Anni emendatione. Blas. Ortiz sum mi Templi Tolet. descript. cap. III. Didac. Couarruuias Var. resol. i cap. XII. Jo. Mariana. III de rebus Hisp. cap. XXIV. L. And. Resendius Ep. ad Vasceum in illius Chronic. Franciscus Tarapha de rebus Hisp. in Octau. Cæs. Gregor. Lopez. proœm. Part. Jo. Parladorius II rerum Quotidi. cap XVII. Pars. Louisa Collect. Concil Hisp. in Eliberit. Latinè; Hispanè Jo. Vergara Quæst. de templo. Petrus Mexia in Sil. Var. Lect. XXXVI, Alphonsus Venerus in Enchirid. temp. Ambros. Morales Histor Hisp. lib. III. cap. LI Stephanus Paribai Zamalloa Hist. Hisp. Sebastianus Orosco Couarruuias Thes. I. C. Eac ipsa Voce Franciscus Pisa. II Histor. Tolet. II. Inter exteros non defuerunt qui Hispanicæ supputationi suppetiatum irent. Vt L. Cælius Rhodiginus Coqueus de Aiala cap. I. anni II. Petri Ranici Hispanicæ Regis illius Chronic.

Cæsius uester in vetusq. Egubij codice Cibus legunter, quæ tamen ab antiquissimis omnino absunt. Ipse Cl. Petro Ciacconio E Anton. Nebrissensi in Dictionar.

Cap. Cardillus Villalpandus cap. XXVI. Comment. in Ezech. Tol.

Fr. Lucas de Alcobia in Metaphor. S.S. fol. 278

Alph. Ciaconius cap. XVII de Martyrio CC. Monachor. S. Petri a Cogolla

digin. VI. Ant. lect. II. Joseph. Scaliger V. de emendatione temp. fol. CCXXXV. Cæs. Baronius Not. in Martyr. XI. Kal. Nov. Philip. Mausacus Not. in Harpocrat. fol. CCX. Jo. Vasæus Chron. cap. XXII. Ant. Posseuinus XVI. Bibliothec. XIV. Franc. Dousa Not. in Lucilium satyr. lib. XXIX. Opmerus fol. 383. oper. Chronol. alii, quos semper in Rep.ª Literariâ

— aget pennâ metuente solui

Fama superstes.

Verum è diuerticulo patriæ ad Nonii metam.

XII In [Bura] Bura dicitur pars aratri posterior decurvata Virgil. Georg. lib. I.

" Continuò in siluis magna vi flexa domantur

In burim

Varro de re rustica. lib. I. et Sæpè fracta burâ relinquunt vomerem in aruo. Hanc Virgilius [burim] vocauit; transpone sine metu exempla hæc, et Virgilianum Varroniano cedat. quæ pudet pigetq; adnotare, sed auctoribus antiquis hoc, quicquid sit, condonandum.

XIII In [cetra] [Cetra obstaculum scutum. Varro &c] lego [cetra coriaceum scutum]

XIV In [exinanita] Sisenna Histor. IV. [deniq; exinanitas castris Romani, qui clauso se loco potuerant expedire] retrahe litterulas prauè detortas, et lege [deniq; exinanita sunt castra Romanis]

XV In [habentia] lege [hauentia] siue [auentia] ab eo quod est [hauere] siue [auere] sententia postulat.

XVI In [irascere pro irasci] in exemplo Nigidii [Nigidius Comm. Gramm. ita irascere quod nunc irascitur?] nugæ meræ. lege [ita irascere quod nunc irasci]

XVII In [primiter] Versus Lucilii sunt tentati a Turnebo, Scaligero, Dousa: meo tamen iudicio videntur hæc duo loca Lucilii, quanquam ab illis coniungantur. quorum priorem sic legerem ex ipsius scripturæ deprauatæ vestigiis.

Primiter ut ficos quum fert propola recentes

Et hemistichium alterum

— pretio ingenti dat primitu paucos.

Vide adtentius, iudicabis rectius.

XIIX In [potus] ipsius Lucilii è lib. XXX sat.

" secus quum eo modio ac ludo bene potus recessit

Dousa F. legit

Serus quum è medio etc.

I. Brodæus q. II. Miscell. lib. V. cap. XXX.
Marc. Velserus apud Jan. Gruterum in explicatione abaci numerarij inscript. fol. CCXXIV.
Christianus Becmanus de orig. l. l.

Scriuerius doctissimus

Serius comædo è ludo &c.]

Ego tamen proprium nomen desiderari crediderim siue Caii, siue Ceii: Nam Caius hoc ipso libro, illo Versu,

Nunc Caii quoniam incilans nos lædi vicissim:

Qui quidem C. Cælius, qui Lucilium in scenâ nominatim læserat, indicat auctor ad Herennium. Vid. Dousam F.

In [Sucerdæ] Lucil. lib. XXX XIX

Hic in stercore humi, fabulisq fimo atq sucerdis

Scaliger in Varronem de re rust. fabulum nihil aliud quam acus fabale in sterquilinium ingeri solitum intellegi docet. ego simplicius legerem

Hic in stercore humi sabloq fimo atq sucerdis

ex sabulo. benè et ad rem.

In [Penu] Pomponius Degali. Vinum penumq omnem] legerem [Pomponius. Do illi Vinum penumq &c] nam inaudita mihi Vox illa [Dogali] vel [Degali] XX

In [committere] Pacuuius Nyptris XXI

Barbaricam pestem Sabinus nostris obtulit]

Fortè [Vestem Sabinis n.] XXII

In [dare] ait Non. [Da significationem habet manifestam, id est, dic &c] expunge [id est dic] nullo modo hèic conueniens.

In [duci]. Varro γνῶθι σεαυτόν. XXIIV

Nihil sunt Musæ policis vestræ, quas ærificè duxti.]

Variè tentatur locus iste mendosissimus. I. Lipsius [Nihil sunt Musæ Polyclis Vestræ, quas ærificè duxit] Ausonius Popma in Varron. [Nihil sunt M. Polichos etc] alii [policis] hèic esse πολικοῖς volunt. Ego [nih. s. M. [Polycleti Vestri, quas ærificè duxit.]: sed placuit dudum impensè coniectura magni ingenii eruditionisq Clariss. Io. Rutgersii, qui lib. 1. Variarum lect. cap. 11. sic legit [Nihil sunt Musæ pollicis Vestri, quas cerificè duxti] optimo sensu, dignissimoq, cui Senatus eruditorum applaudat.

In [interficere] Lucilius. lib. XXIX XXIV

Prius non tollas quam Tullii animum ex nomine atq hominem ipsum interfeceris]

Sic refert Dousa F. Lipsius argutè, vt solet, trimetros putat, et de Tullia Tar-

quicium Maritum ad necem Serui Tullii stimulante interpretatur.

Prius non tollas quam Tullium
Ex nomine atq hominem ipsum interfeceris]

Ego heroicos putabam, quales in hoc ipso Lucilii libro non paucos, & legebam

— prius non
Tollas quam nomen Tulli ex animo atq hominem ipsum
Interfeceris —

Ep. ad Atticum. Simplicius multò. Plura possem in Nonio, sed pudet pigetq, in re leui, ineptiarum itaq leue sisto, nequis mihi cauillum Ciceronis de Bibulo adaptet, Laurum in mustaceo quæritat.

I. SANFORDIO. GVILIELMO. SWOYSTO VV. CL.

Monstri Stellæ in Navarrorum tractu nati anno Christiano ∞ DCVII die IV Mensis Maii effigies, de illo curiosa indagationis disputatio.

SCHEDIASMA IX

Optimè Publius Syrus

" Iucundum nihil est, nisi quod reficit varietas.

Non malè illi qui Naturam dædalam imitantes varietate venanti quæ scribunt exornant, *μὴ (cum Pindaro) πορὸς ἓν θρὸν κνίσῃ; in quibus ordinem non seruare ordo est: ipsaq ἀταξία et feriatus horarum subsecivarum labor et scriptorem recreat pariter et lectorem. Vtrig hoc schediasmate consultum eo, et monstrosi partus effigie oculos, et de eo disputatione mentem leuiter fallo. Annis abhinc tredecim Pompeiopoli commoranti, H. Rada Vir doctus et nobilis Consiliarius regius, et Nauarrici consilii tunc Præses mihi, quem sciebat variarum rerum et variè exquisitarum studiò impensè teneri, studiosè obtulit testimonium ad se cæterosq Senatus illius supremi iudices delatum a Stella Vrbis post primariam in Nauarrâ primâ Prætore, cum eóq monstri ibi die IV mensis Maii anno post Millesimum sexcentesimo septimo nati effigiem. illius partus (ut paterno testimonio confirmabatur) octimestris: ex quo gemelli nati, qui mutuo vnius ad vmbilicum ventris vinculo coniuncti erant: cætera corporum membra integra illis, caput, collum, brachia, femora, & membra illa, quibus vnii erant, ac pedes vnicuiq perfecta. Cor et iecur simplex vnumq ambobus sed amplitudine simplicitatem compensans, vt duplex a natura curatum facilè diceres. ita sinus, articuli, vasa in ipso duplicia: in iecore lobi quadrigemini, venæ vmbilicales geminæ. cætera partes naturales communi diaphragmate seiunctæ sed eadem secundinâ inclusæ: Ex iis alter vsura lucis biduo fruitus est, alter non vidit. ille sacro baptismatis lauacro purgatus, hic mortuus antequam natus. Effigiem hîc dabo. Sed lubet per hæc naturæ exerrantis ludibria diuagari, & in exerrationum illius causas anquirere. An monstra casu fiant, an hoc monstrum, an dupliciter animatum. Casu monstra euenire putat Themistius in II. Artis. Physicorum text. LXIV in hanc sententiam. Quum aliquid præter naturam fit, vt monstrum

* ne saties aduenions grauis sit.

id non fortuna sed casu dicimus prouenisse, vt manus sex digita: nisi forte fatemur nolis huiusmodi portenta naturæ fieri casu, sed propriam et certam causam habere, eam videlicet, quæ intrinsecus fuerit antequam ederetur in lucem, aut syderationem aut materiæ exuberantiam aut copiam aut contra defectum, sed qui ita dicunt non ne vident idem posse dici de lapide, quem casu cecidisse non negarent, habuisse illum itaq; intra se causam, grauitatem et pondus, sed certè pondus causa efficiens est deuolutionis, et casus non etiam percussionis, sed casus percussionem fecit] sed Simplicius aliter in Arist. eodem loco. Nam [est aliud quod per se causa est eius quod est eius quod est præter naturam: aut tale gignatur non secus ac eius quod fit secundum naturam; aut enim compressio aut mala temperatura, aut materiæ redundantia, vel inopia vel aliquid aliud. Eiusmodi causa est per se eius quod fit præter naturam] ipsissima Arist. doctrina II Physic. text. eodem, Auerrois 1. de Generat. anim. & VIII. Physicorum comm. XLVI Albertus in II. Physic tract. II cap. iii. Augustin. lib. XXXVIII q. XXIV Thomas iii contra Gent. cap. IX. et I. p. q. CXIII Bonavent. in. II distinct. XXXVII q. II. num. XXXII Richard. ibid. q. II. circa IV. princip. Nec inficiabor aliquando fieri posse monstra casu secundum (ut Philosophi loqui amant) quid, nam per accidens contingunt, et raro ex inordinatione riuinam materiæ: Vnde Arist. IV. de Generat. animal. cap. IV. huiusmodi monstra scitè vocat παρεκβάσεις, natura quasdam digressiones, digreditur namq; ad monstrorum ~~gignationem~~ generationem a suo naturali cursu impedimenti alicuius causâ deflectens, perficiens id quod potest, ne nihil agat, quum quod vult agere impediatur, quæ prudentium Philosophantium sententia. Sed an hoc monstrum? Sic censeo, vel ab ipsa monstrorum definitione, quæ quidem sunt deprauatis naturæ vitia, & vt Philosophi volunt, entia naturalia alienam suæ speciei deformitatem habentia. hic Pygantes, Pygmæi; Nam natura semper proponit opus in sua specie absolutum, τὸ εἶδος, ex sententia Aristotelis naturæ generantis paradigma: aliter accidit impedimento. A natura etsi fiat, præter naturam tamen, quæ sic fiunt, monstrosis adcensenda. De qua re videnda. Galen. II de vsu part. cap. II. II Physic.

Monstrum itaq; in individuo est. non aliunde quam ab inopia aut contumacia materiæ, angusto præsertim utero proueniens. Cui namq; rei conducit

Vniuersitatis elegantiæ, sic iudicant August. xxi de ciuitat. cap viii Lactantius de ira Dei cap. xiii Isidor. i de Summo bono cap. xi Euseb de præparat Euangelic. lib. iii et alii, quatenus alia ex eorum collatione pulcerrima adparant. Sed hæc Philosophorum ac Medicorum filiis digna seges. An hoc dupliciter animatum? Sic velim ex Platonis opinione, qua cerebrum rationalis animæ sedes constituitur. Exemplo rem firmabo. Hector Boëtius ii Hist Scotiæ. et Georg. Buchan xiii eiusdem Histor. ferè similem partum in Northumbria memorant, qui adultus educatus a rege, et eruditus, Musices variarumq linguarum cognitione ad miraculum præstitit. Videres alterum alteri repugnantem ac litigantem, nonne diuersæ voluntatis affectiones quæ ab vna eademq anima non essent, quis diceret? Verùm Magistro, vt alias, hâc in re non assentitur Arist. cui cor animæ sedes: Vt Empedocli sanguis, qui è iecore, Verùm cordis et iecoris capacitas facile vtrumq relarguet. Plura qui volet adeat Iandunum Quæst. in ii Physic. Del-Rio lib. ii. Disquis. Mag. Pereir. lib. ix de rerum princip. Cornel. Gemman de de diuin. Charact. Card. vi de Var. Lemnium de occultis naturæ mirac. et Io. Rislanum. disput. philosoph. De monstro ferè huic simili nato Lutetiæ. An. CIↃ IↃCV.





HERIBERTO. ROSWEIDO S.I.

de Antiq. eccles. optime merito.

A. Prudentium Clementem V.C. Calagurri uerè, Veritati eius plures locos restituo.

SCHED. II

Verè illud elegantissimi Cilicis

*διὸ ἀπείρητων νόος ἀνδρῶν
Δύσμαχος, ὃς δ' ἐθέλοι καὶ ἀτρεκέως πιφάδαι.

* mens vesaniæ sæpe indoctos homines nolùt vel cedere ueris.

nos nostro malo experimur, sed multorum fortasse bono, qui furori ipsius ignorantiæ obviam eundum, uel pereundum arbitrabantur. exijt nam non multo ante in R.P. Jo. Marianæ Magni Viri et antiquioribus uel maximis non imparis de Rebus Hispaniæ Annales Clarissimorum huius seculi hominum calculis probatissimos, libellus, cuius leuitatem à Veritate ipsâ conuictam Veritatis ipsius ductu et auspicijs in lucem *statim dedimus, et dabunt (spero) omnes, qui veri Virtutis cultores meritò audiunt. Cum uerò illius auctor Petrus Mantuanus tandem aliquando non resipiscat, operæ pretium me facturum sum ratus si ex ijs, quæ de Prudentij Christiani pòetæ patriâ effutit, reliqua omnia proponam commensuranda. itaq3, mi amice, *ἐξ ἑνὸς τὰ πάντ' ὄψεσθε

*Toleti Anno ∞ DCXVI.

*ex uno omnia specta.

cum Marone

— Crimine ab uno

= disce omneis

insidiarum Leuium imagines, quibus Veri ipsam speciem deludere conatus est aduersus eius acerrimum vindicem, Vtriusq3 impugnator imprudens. Varia inter auctores de Prudentij patriâ disceptatio: alij Cæsaraugustanum, alij Calagurritanum uolunt. Aldus Manutius in Prudentij uitâ. Jo. Vasæus in Chron. an. CCCLI. Sixtus Senensis in Bibliothec. Ludouicus Nonius in Hispan. cap. XXCII. Alp. Garsias Matamoros lib. de Acad. et doct. vir. Hisp. Victor Giselinus Comment. in Prud. Georg. Remus in litter. ad Jo. Vueit. Jacob. Spiegelius in interp. hymn. ad om. hor. Georg. Fabric. in exposit. hymn. quorund.

alij

alij Cæsaraugustæ adscribunt: quibus nihil aliud sese obtulit adiumenti præter illa, quæ ipse Prudentius hym. in laudem XVIII Martyr. Cæsarag. ijs verbis profert

: bis nouem Noster populus sub vno
: Martyrem seruat cineres sepulcro:
: Cæsaraugustam uocitamus vrbem,
: res cui tanta est.

et inferiùs de B. Vincentio

: Noster est, quamuis procul hinc in vrbe
: passus ignotâ, dederit sepulcro
: gloriam victor, prope littus altæ
: Fortè Sagunti.

: Noster et nostrâ puer in palestrâ
: arte virtutis fideiq; oliuo
: vnctus, horrendum didicit domare
: viribus hostem.

adde in Officio Ecclesiastico Martyrum Calagurritanorum Lectionum epigraphen hanc [ex Aurelio Prudentio Viro consulari Cæsaraugustano] apud Cæsaraugustanos bene: et sartam tectamq; habendam ecclesia cuiuscumq; Catholica auctoritatem censeo, sed in ijs quæ ad historiam, seu ad Ecclesiæ peculiare commodum pertinent, nullo tamen auctoritatis dispendio, aliquantulum subleuandam. et, amabo, illud de consulatu Prudentij quàm non verum! probant eruditè Vasæus, Giselinus, Fabricius: Manutius, Giraldus, Spiegelius, Remus, Baronius, Goldastus; alij re non adtentè inspecta aliter iudicarunt, quibus notæ illæ V. C. fucum fecisse cum Alciato uerè sentimus: et tamen in eodem officio, cuius inscriptionem posterioris ævi fuisse nullus dubito. Sed plures Cæsaraugustanum faciunt, quam Calagurritanum. Verùm recentiores ij et futilibus innixi, vt probamus, fundamentis. qui verò vem plariam facere antiquiores potuissent, vt Gennadius et Isidorus, atq; alij chronologi, aut Prudentium omnino prætermittunt, aut si de illo mentionem vllam faciunt, vt Gennadius, de patria nihil scribunt. Alij non item, qui distinctè Cæsaraugustanum

suumq;

suumq; ciuem Cæsaraugustani et ipsi uolunt Prudentium nostrum. D. Martinus Carrillo Canonicus Cæsaraugust. et Abbas Montarragonij Cap. II. Vit. S. Valeri Cæsaraugustani Episcopi, ~~Episcopi~~ et R. F. Didacus de Murillo Minorita tract. II. Cap. LI. rer. memorab. Cæsaraug. ubi Nouatori Saliano optimè insultant, verùm Cæsaraugustanum Prudentium fuisse communibus rationibus adserunt: Non ijs certè, sed argutioribus amicus noster vir eruditus Paullus Albinianus de Rojas S. I. qui in litteris ad me, Cæsaraugustæ natum Prudentium probat ex hymn. Pass. B. Hyppoliti M. ad Valerianum Episc. in cuius calce hæc

: Sic me gramineo remanentem deniq; campo
: sedulus ægrotam pastor ouem referas.

Vbi Prudentius se Valeriani Pastoris ouem uocat apertè: sed hæc cum pietatem Prudentij et in Valerianum cultum magis adstrunt, quàm fuisse Cæsaraugustanum, vt latiùs in litteris ad ipsum diximus: tum ratione ipsius Prouinciæ Tarraconensis, quâ Calagurris comprehendebatur, vt inferiùs probo. sed quidquid sit, digna profectò eruditione et ingenio Paulli nostri, à quo plura eruditorum orbis exspectat in dies monumenta, et ad probatione docti viri D. Bartholomei Morlanij amici etiam nostri, cui Claudiani opera meliorem iam lucem debent, animaduersio est.

Hæc Achillæa argumenta [noster, nostra &c] et eiuscemodi compellationes, quibus cum similes hæ aliæ sint, quid, rogo, respondendum est? en, addo ex eodem hymno, vt morem Pöetæ notem.

: Te decus Nostrum superare in isto
: munere digna est.
: nec furor quisquam sine laude Nostrum
: cessit —
: Martyrum nulli remanente uitâ
: contigit terris habitare nostris.
: Hunc nouum Nostræ titulum fruendum
: Cæsaraugustæ dedit ipse CHRISTVS.
: Stene te totam generosa sanctis
: Ciuitas mecum tumulis —

quæ

quæ propiùs uidentur ſpectare: Nullius tamen momenti sunt: Ambroſius de Morales Cordubenſis (Vir doctus Lib. x. cap. XLI. Chron. inlustriſs. Toleti præſes ac Hiſpaniarum Primas et Patriarcha D. Garſias Loaiſa in notis ad Conc. apud Lucum fol. CLIX. R. Io. Mariana lib. IV. Annal. Hiſp. Cap. XVIII. alij Calagurritanis ciuibus Prudentium adnumerant: quos illa iuuare videantur quæ ipſemet Prudentius hym. in laud. SS. Martyrum conciuium Calagurritanorum Hemeterij et Cheledonis canit

: hoc bonum Saluator ipse, quo fruamur, præstitit,
: Martyrum cum membra Nostro conſecrauit opido:
: Sospitant quæ nunc colonos, quos iberus alluit.

et hym. in laud. SS. M.M. Cæſaraugustanorum præſertim, cum de Calagurritanis meminiſſet

: NOstra gestabit Calagurris ambos
membra duorum.
:

Alij neutri ſententiam ferunt, vt R. P. Andreas Schottus, qui Tom. II. Bib. Hiſp. fol. CCV. veritatem ex opinione monstrat dependere et D. Franciſc. de Padilla cent. IV. cap. XLVIII. et cent. V. cap. VI. hiſt. Eccl. Hiſp. ex antiquorum (vt adparet) opinione Numantinum etiam dicit Fabricius [Natione Hiſpanus, patria Numantinus, ſeu (vt recentiores) Cæſaraugustanus]. Sed merum somnium; vt ſubdubitatio illa Petri Criniti Cap. XC. lib. V. de pöet. latin. [quidam existimant fuiſſe illum genere Hiſpanum] cum Venerab. Bedæ lib. de rat. metric. [Nobiliſſimus Hiſpaniarum ſcholasticus Aurel. Prudens Clemens] et Matthæo Dreſſero [Prudentius genere Hiſpanus] diſtinctè sit: hinc natum illud multorum, vt Gennadij. Trithemij. Ph. Bergomatis, L. G. Giraldi, M. Hopperi, F. Ang. Roccæ, Card. Bellarmini, de Prudentij patria, cum tamen de illo maximè agerent, ſilentium. Petrus tamen Mantuanus omnium (si dis placet) ſententias ludibrio habet, et non Calagurritanum, non Cæſaraugustanum, ſed Salianum mauult.

Fol. CLXXV. Aduert.

: Vah. ſolus hic homo est, qui ſciat diuinitus

non

non possum non cum Plautino seruo exclamare. sed vbinam gentium Salia hæc, vnde Saliensis iste. ipse docebit, qui eruit è Prudentij καθυμερίν. præfat. cuius hæc sunt verba

= Hæc dum uita volans agit
= irrepsit subito canities seni
= oblitum veteris Mesaliæ Consulis arguens
= sub quo prima dies mihi.

sed vbinam heîc Salia? ô Criticas tricas! anne a Mantuano hoc excogitatum primò? ipse ostendere, seu potiùs ostentare conatur. Ego aliter sentio, qui Victoris Giselini V.C. uerba addam; hæc illa [hic locus multos torsit, nec adhuc satis dilucidè est explicatus. Commentatur in illum Nebrissensis his uerbis. Oblitum veteris Messaliæ Consulis, scilicet sub quo uidetur natus Prudentius. Aldus in Poëtæ uitâ à se editâ ait eum fuisse iureconsultum et Massiliæ Consulem, huiusce, nifallor, loci coniecturâ ductus. Vetus codex, quo ego sum vsus, habet, me Saliæ: vnde quidam se commodam sententiam eruere posse putarunt, quòd Salia Hispaniæ sit fluuius, ideòq; et vrbem eo nomine fuisse coniiciunt. Ego quid hic pronunciare debeam, nescio prorsus, satis esse arbitratus alijs cogitandi materiam suppeditasse.] alij etiam. Geor. Fabric. in Comm. ad Poet. Christ. [Natus est Philippo et Salia Coss., vt ipse testatur, ijs uerbis, Hæc dum vita &c vltimus hic versus in omnibus editionibus Italicis, Gallicis, Germanicis hactenus deprauatus ansam erroridedit.] Adam Siberus in hymn. 1. καθημ. [Natus est Prud. Philippo et Salia Coss.] I. Weitzius in Not. ad proem. καθημ. [me Saliæ. Salius Flauuius Consul Romanus fuit cum Fl. Philippo, quibus Coss. nascitur Prudentius.] Glossæ Isonis Magistri ex Caroli Widmani et Iac. Bongarsij m.m.ss. [24. Saliæ; illius Consulis; B. 25. arguens me. W. 25. sub quo, Consule. ex quoad illum ueni]. sic in m.m. sc. Palatino, Hailsbronensi, et Egmondano distinctè notant legi [Me Saliæ.] cui [non dictus Hylas puer?] Mantuano tamen vt cunctis indicta, sic adriserunt, vt pro suis nondubitauerit iactitare usurpata, quibus bella hæc fulcrorum lenocinia imponit. Saliam

nimi

Lib. IV. cap. XX.
Lib. III. cap. II.
in Vet. Hisp. Tabul.

nimirùm fluuium esse qui mari Hispanico septentrionali influit, ad cuius oras populi saleni quod non negamus Plinio, Melæ, Ortelio fidem non denegantes. illud tamen pernegamus, partem illam, qua fluuius effluit, quam Saleni incolebant, Saliam vocandam; vt Carpetaniam et Celtiberiam, vel à populis, qui illam habitant, vel à fluuio, qui illam rigat: quod quidem nomen populis acceptum referendum putat. non dubito an posset esse, sed nego fuisse. Si uerò analogiæ ratio habenda fuisset, non salia, sed Salenia a Salenis populis, vt à Carpetanis Carpetania, à Celtiberis Celtiberia, foret deducenda. Ni (ipse addit) fortè fuisset aliquod oppidum Salia uocitatum (ex primam vulgaria eius verba) ac ipsum flumen, vt Auienus Festus de Malacâ et eius fluuio scribit; Verum enimuerò cum Horatiano Thiresiâ exclamem, ne mentiri uidear,

= O Laërtiade, quidquid dicam aut erit, aut non.

præclarum coniectandi modum! ac si quis cum Mantuano (si tanti patria illius ob ipsum esset, vt noscitari posset) posteritati patriæ nomen relicturus notam, Taganum (si Toletanus esset) se diceret, aut ad Tagum (Tagi ipse uellet, Prudentij exemplo) natum: nec multum referret, vtrum Toletum, Concham, Vlyssiponem, et mare vsq; Atlanticum incolentes suum ciuem agnoscerent. bene habet. acu rem tetigit, et optimam hariolandi formam suppeditauit: his addit animaduersione heîc dignum, Consulem non solùm Consulem esse, sed annum, digna profectò animaduersio, quæ vocibus Calepiniani dictionarij Latinis adnectatur addita; cum Ciceronis, et Martialis auctoritas accedat, illius in Bruto [si quis falerno uino delectetur, sed eo nec ita nouo, vt proximis consulibus natum uelit, nec rursus ita uetere, vt opimium, aut Anitium Consulem quærat:] huius lib. 1.

: bis iam pænè tibi Consul trigesimus instat:

exclamem iterum

= effetè, grauiter, citò nequiter, euge, beatè

καλῶς, σοφῶς, μεγάλως, δαιμονίως, et quidquid assentatrix

præclarè, sapienter, granditer, beatè.] Hispane melius, si liceret, diceremus.

Græcia

Gracia laudibus celebrandis seruiliter inuenit, in huius nota Laudem adcumulem. adcumulem
adcumulem. Pergo Mantuanum doctissimum Grammaticam do-
rus. Grammaticorum namq; filij docent casus, quibus aduerbia, vt
vocant, loci reguntur, cum adiectiuis iunguntur, casum ipsius
Aduerbij mutare: vnde Toleti natus Grammaticè dicitur; Toleti
uerò imperialis non item: itaq; similes loquendi formulæ nec
latinæ, nec Grammaticæ. in nominibus autem fluuiorum ad
Tagum-ſl, ad Tagum, ad Tagi ripam scriptores ueteres scribere
consueuêre. Vnde ad Saliam diceret Prudentius, non saliæ; si
Saliam fluuium Melæ cognitum hêic intelligamus. si verò Ciuita-
tem, vbinam illa?. in Platonis insula? in Thomæ Mori Vtopiâ?
in dissitis terrarum ad lunam spatijs? sed cum hæc nusquam
sint, uel insania illa est, et cum insaniâ solæcismus, ab Orbilio illo
naticidâ qui puniretur, dignus. Vlteriùs progredior. quî Prudentius pa-
triam insignibus sui ingenij monumentis nobilitaturus, circumductio-
ne hac nulli obuiâ ac prorsus ineptâ, eius nomen uel occultaret,
uel se ac eam irridendum propinaret? qui igitur Saliæ flumi-
nis parum noti, et nullius ferè nominis nomine nudo, vt se
ad illum natum diceret, vteretur? vnde non oppidulum, non
pagus, sed vrbs ac potius Ciuitas haud exigua fuit, vt opinatur
Mantuanus. At Georg. Remus, cui veteris Hispaniæ geogra-
phiæ, vt extero, notitia minor posset obtingere, [Mea opi-
nione, inquit, non difficilior toto Prudentio, quo illius dui
historia deprehenditur, locus; quò de conclamauit Victor
Gilesinus Prudentij haud malus interpres, qui Saliam
Vrbem si nobis conderet ad flumen homonymum, res tran-
sacta esset &c. et hæc sententia hoc commodi habet, vt no-
uum opidum, quod hactenus non fuit, non condere cogamur.]
Sit ergo Ciuitas: illius ne nomen adparet vspiam Prudentij
(vt hêic uidere, si verum id esset, est) ætate notum? Aliter aliud
[canicies me arguens oblitum Consulis, sub quo prima dies

mihi

mihi veteris Saliæ] Oedipo indiget, uel Mantuano. Emendandi veteres auctores ars Del-Rioni, Lipsio, Scaligero familiaris non cuiusuis iudicij est. Cum uerò illorum opinio, qui Cæsaraugustanum Prudentium volunt, cum veritati propior adpareat, falsa omnino sit; quid de eâ, quæ Salianum, hoc est nullum, quia nulla Salia, faciunt, statuemus? reliquenda igitur est, et illius tutator: et quibus Cæsaraugusta adridet, faciendum satis. illud animaduertendum, locum illum proœmij lib. καθημερ. non ad patriam Prudentij, sed ad tempus, quo Prudentius natus, referendum. Aldus Manutius [fuit et iurisperitus, et Massaliæ Consul.] cuius nec vestigia exstant. Anton. Nebrissensis [Mesaliæ] legit, et eius nomen putat, qui Consul, anno quo natus Prudentius, fuit. quod etiam ignotum prorsus, cum nec in Fastis, aut auctorum antiquorum monumentis vllus Mesaliæ nomine insignitus adpareat. And. Resendius, et Io. Vasæus his obuiam eruditè eunt, [Aurel. Prudentius Clemen Philippo et Saliâ Cos. vt ipse de se testatur in præfat. lib. Cathem. vbi sic inquit,

in chron. ann. CCCLI.

irrepsit subito canities seni
oblitum veteris me Saliæ Consulis admonens.

ita enim legendum, non quemadmodum hactenus etiam à doctis deprauatè legebatur. atq; hanc huius loci restitutionem non mihi debes, candidè lector, sed L. And. Resendio, qui mihi locum hunc atq; alios nonnullos, quâ est humanitate, communicauit, cuius ego in his rebus limatissimo iudicio non immeritò plurimum tribuo. is in hoc auctore ad amussim plurima restituit, quemadmodum re ipsâ experieris, si quando quos sub limâ premit in Prudentium commentarios, per occupationes serias potuerit euulgare. Locum errori mihi dedisse uidetur titulus Prudentij. sic enim legitur; Aurelij Prudentij Clementis V.C. quod perperam interpretantur viri Consularis, et Massiliæ fuisse Consulem somniant, cum legendum sit Viri Clarissimi, vt eruditè scribit And. Alciatus.] Vict. Giselinus in hunc locum [Veteris me Saliæ Consulis Ald.

Lib. III. dispunct. cap. IV.

Mantu.

Mantuius, Nebrissensis, alijq; omnes in hunc scopulum impegerunt, neq; mihi, etsi periculum multo ante sentiebam, ratio vlla illius euitandi in mentem venire potuit, priusquam Pulmanus ex Io. Vasæo veram rationem commonstrasset: Is Vasæus enim in Chronicis rerum memorabilium Hispaniæ refert Prudentium natum esse Philippo et Salia. Coss. cuius Saliæ hic mentionem facit, annum sibi natalem innuens, qui fuit ab V.C. CIↃ. CI. a nato Christo CCCL. Imperante Constantio et Constante: at q; hoc cum sequentibus ita apte respondet, vt mihi ad alia Loca non pauca, in quibus alij tanquam ad symplegades constricti hærent, expediendæ optatam lucem prætulerit.] Veritati consentit et auctoritas tot eruditione præstantium virorum, cui non repugnat inscriptio vetus (repugnante Onuphrio Panuino) [QVIESCIT. IN. PACEM. DEPOSITVS. DIEM. QVARTVM. NONAS. AVGVSTAS. FLAVIO. PHILIPPO. ET FLAVIO SALLEA CONSVLIBVS, PATER. SERVATIVS. FECIT.] cum eiuscemodi error creber in antiquorum monumentis ac libris antiquis sit. et, rogo, maior litterarum ista transmutatio an rarius illud de fluuij in Ciuitatem transmigratione commentum? facile iudicatu. nec illud obstat, annum hoc adsignari, cum initio LVII. numerum adsignasset illis verbis, III. Fast.

= Per quinquennia iam decem
= Ni fallor, fuimus, septimus insuper
= Annum cardo rotat, dum fruimur sole uolubili.

hæc enim carmina ætatem indicabant, illa ætati auctoritatem ingerebant; alijs numerus annorum, alijs Consulum nomina adsignabantur. Nec adpellatio illa [veteris Saliæ consulis] hunc Saliam ab alio iuniori Saliâ, vt in Scipionibus maiori et minori distinctio est, quia non distinguit, (vt Mantuanus arguitatur) incommodo est. Vetus ille et antiquus Salia, qui Consulatum, quo anno Prudentius natus fuit, gesserat, annum LVII. agenti Prudentio erat: quia senes ea, quibus pueri interfuerunt, vetustissima iudicant, et suamet ætate labente caducam aliarum rerum metiuntur ætatem. Præterquam quòd illa annorum

con=

commemoratio, illæ lacrumæ, et transacti temporis suspiria eò spectant, vt quantò maior annorum male actorum numerus sit, tantò grauiùs illorum male agentem paniteat. Sed et Sallia non Salia Consul ille. sic Cassiodor. in Fast. [Philippo et Sallia Coss.] sic meminit ignotus de Præfectis: [Philip. et Sall. Coss.] in editione et Notis J. Cuspiniani fol. CDXCIIX. Non nouum Prudentio metri Leges infringere, et voces sibi adaptare commodiùs: sic apud ipsum [heresis, idolum, idolium, Ethica, Eremus, mathesis, sphera, enuergema, paracletus, charisma, catholicus, philia,] et alia ab interpretibus animaduersa metri exerrationes. Verùm vt propiùs ad locorum, quibus vtriusq; partis fulcra innituntur, explicationem accedam, illud monebo, Prudentium cum [nostri] appellatione aliquid insignit, præcipuâ illud adiectione explanare. sic cum Calagurrim nostram uocat. sic hymn. Martyrum Calagurritanorum Laudibus sacro,

: pollet hoc felix peroribem terra ibera stemmate;

initio, et ad calcem

: sit dies hæc festa nobis, sit sacratum gaudium:

quod patriæ meritò adaptat; cum uerò nostrum aliquid religionis, aut regionis communis caussâ dicit, ipso verborum contextu quid uelit, facile demonstrat, veluti cum de D. Vincentio illa gloriosè prædicat

: Noster est ——
Noster et nostrâ puer in palæstrâ,

quibus in eâdem persistens metaphorâ addit

: arte virtutis, fideiq; oliuo
: vnctus ——

sed omnibus illa Colophonem addunt, quæ Hymn. II. in D. Laurenti Laudem exstant,

: Nos Vascolberus diuidit
: binis remotos Alpibus,
: trans Cotianorum iuga,
: trans et Pyrenas ninguidos.

ex quibus necessariò conlego, Calagurri, non Cæsaraugustæ Prudentium degere: si antiqua Hispaniæ diuisio spectetur. Cis iberum,

et

et vltra iberum Romanorum et Carthaginiensium populorum fines uocabantur, quibus Citerior et vlterior, siue exterior et interior (vt Strabo ait), aut maior et minor (vt in Stephano Byzantino est) respondebant: postea uerò ex vlteriori illâ temporum, et prouinciarum confinium mutatione Bætica et Lusitania effecta est, et Citeriori Tarraconensis nomen obtigit: sed ætate Constantini M. duæ additæ, sic Gerundensis Episcopi Io. Margarini supputatio est, quam quidem non nulla ex Toletanis Concilia confirmant: et si Panuiniana ex Aurelio Victore, Sexto Ruffo et Isidoro conlecta uideatur repugnare. ad rem redeo. Calagurris sita est ad iberi amnis ripas, Cæsaraugustæ iberus amnis adluit. quî ergò altera ab altera distinguenda vrbs erat, ni Cis iberum, et vltra iberum, seu potius Calagurritanus Iberus Vasconum, Edetanorum Cæsaraugustanus indigetaretur? et vtriq; populorum, confinium uicinia nomen indidisset? Vnde ~~cum~~ Festum Auienum, cum Bætici iberi ac nostri mentionem fecisset, nostrum hunc intellexisse haud dubius reor, illis verbis

: Iberus vnde manat amnis, et locos
= fœcundat vnda; plurimi ab ipso ferunt
= dictos iberos, non ab illo flumine,
= quod inquietos Vascones prælabitur.

Sic Plinius lib. III. cap. III de Edetanis ait [Regio Edetanorum amæno prætendente se stagno ad Celtiberos recedens Valentia colonia III. M. pas. à mari* remota. Flumen Durius et tantumdem à mari Saguntum, Ciuium Rom. oppidum fide nobile fl idubeda regio ilergeonum, iberus amnis nauigabili commercio diues, ortus à Cantabris &c.] è quibus iberi fontes, et quo diceretur nomine cum Cæsaraugustam præterlaberetur constat: postea uero eod. cap. de Calagurritanis vt à Pyrenæis remotis agit. sic et Strabonis lib. III. verba [Labitur autem iberus à Cantabris è meridie ortum habens per magnum camporum spatium pari semper interuallo à Pyrenæis distans montibus &.] de Cotianis ciuitatibus Plinius item lib. III. cap. XX. cum de Alpibus et illorum gentibus ac populis ageret, agit:

Vid. eruditiss. Comment. Hieronymi de Çurita in itinerar. Ant. Aug. fol. 538 qui plura de Calagurri nostrâ.

*hinc lux eidem Prudentio hymn. MM. XVIII. de S. Vincent. prope litt. altæ forte Sagunti.

agit: quibus quæ à Prudentio dicuntur, strenuè confirmantur. Cum uerò Cæsaraugustanas res [nostri] appellatione dignatur, prouincia Tarraconensis in caussâ est, quæ etiam Calagurritanarum ditionem complectebatur: et si postea nomen conuentus sortita est, et inter septem illos Citerioris prouinciæ adnumerata Carthaginensem, Tarraconensem, Cæsaraugustanum, Cluniensem, Asturicensem, Lucensem, Bracharensem, vt Plinius ait, et ex Martiani Capellæ loco illo (si bene legas) lib. vi. [at vniuersa citerior prouincia conuentus habet septem &c.] constat, vbi in vulgatis [Citerior] abest. quid in re notâ pluribus opus? in Notis ad calcem Nomenclat. Ciuil. Hispaniæ, in quibus sedes Episcop. ex manuscriptis eccles. Oxtensis, tom. II. Hisp. inlustrat. hæc sunt verba. [Quod Iberus amnis Vascones præter labitur, Prudentius Vasconem appellauit. Nos Vasco Iberus diuidit, &c. innuit enim Poeta se Calagurri id temporis degere] quod et ipse Prudentius in hym. ad SS. MM. Calagurritt.

= iam ne credis bruta quondam Vasconum gentilitas
= quam sacrum crudelis error immolauit sanguinem?

quibus ipsos Calagurritanos Ciues tempore Martyrij Calagurri degentes eleganter increpat. Prudentius itaq; Calagurritanus fuit, et Calagurritani eum sibi gloriam iactent necesse est, una et Fabium Quinctilianum exactissimi iudicij ac doctrinæ virum, quem Calagurri meritò adsignant viri doctissimi. Patriæ iam Prudentium uerè restitui, Veritati eius plures locos iam nunc restituo. Præfatione in ἔκθεσιν de Abram siue Abraham

= Senile pignus qui dicauit victima
= docens ad aram cum litare quis velit
= quod dulci cordi est, quod pium, quod vnicum
= Deo libenter offerendum credito.

Sic in Vulgatis; ego audacter lego pro [credito] [corditus] vt animitus, medullitus; et illud [cordi est] interpretor, quod dulce animo sedet, vt apud Luc. et Terent. in Nonio.

Auson. in Rhet. Burd.
Hieronym. in chr. Eus.
Politian. præf. oper.
Vasæus ann. LXXI.
Marian. IV. hist. Hisp. cap. III.
Schott. tom. II. Bib. Hisp.
Iud. Non. cap. XXCI. Hisp.

ex P/y

ex Psycomachiâ in Fidei et Idolatriæ pugnâ

: prima petit campum dubiâ sub sorte duelli
: pugnatura Fides, agresti turbida cultu
: nuda humeros intonsa comas, exerta lacertos

elegantissimè. sed addubitabam an [vultu] legerem, ob [turbida] et quia in picturâ graphicâ Idololatriæ seu veterum cultura, quæ illi conrespondet, hæc

: illa hostile caput, phaleratasq; tempora vittis
: altior insurgens labefactat, et ora cruore
: de pecudum satiata ——

in Hymn. ad incensum cerei (non ceri vt est in impres. Paris. ex recognitione Giselini) lib. κατ' ἐξοχὴν

: quamuis innumero sidere regiam
: Lunariq; polum lampade pinxeris.

fortè [regium] et ad polum referendum, non enim apta nimis illa distinctio mihi uisa est. inferiùs

sed qui non rabidi luminis arduum
manantemq; Deo cernat originem?

[rapidi] Lego; nam rabidum pro voraci ibi non aptè dixerim, quæ uox fortasse inferiùs restituenda

: sed rex Niliaci littoris, inuido
: feruens felle, iubet prævalidam manum
: in bellum rapidis ire cohortibus,

heîc aptiùs [rabidis]. quæ etiam paullò post ad Christum

: qui pontum rabidis æstibus inuium
: persultare vetas, vt refluo in salo
: securus pateat, te duce, transitus,
: et mox vnda rapax deuoret impios.

in Pharaonici exercitus submersione et Mosaicæ gentis liberatione

: Currus tunc et equos, telaq; naufraga,
: ipsos et proceres et vaga corpora
: nigrorum uideas nare satellitum
: arcis iustitium triste tyrannicæ

fortè [artis tyrannicæ], id est oppressionis intermissio et tristis

uoratiu

uoratio. in Præfation. ad lib. 1. contra Symmachum locus est in vulgatis omnibus mendosissimus: quod cum tam apertè pateat, miror tot viros doctos, qui in Prudentij medelam sedulò incubuerunt, non animaduertisse, non antiquos solùm, sed retentiorum nouissimum Isaac. Grangæum in Comm. ad hos libros. Prudentij uerba hæc sunt.

: SPES insueta subit, serpere flexibus
: et vibrare sagax eloquij caput:
: sed dextrâ impatiens vulneris, irritos
: oris rhetorici depulit halitus,
: effusum ingenij virus inaniter,
: summâ Christicolis in cute substitit.

Quî ergo [Spes serpere flexibus et vibrare eloquij caput sagax] vnquam fuit? non uideo. itaq; felici et facili emendatione restituenda uox est SEPS, [tabificus aspis, seu exigua serpens, qua non solùm corpus sed et ossa veneno consumit] vt ait non semel Isidorus, cuius duo loca an in vnum coartanda, iudicent eruditi; si iudicij mei res esset, coartarem. Vox Lucano lib. IX. et Ausonio in Monosyll. Vsurpata: genus serpentis ex Nicandro in Theriac. et eius Scholiaste, ac Dioscoride lib. II. cap. LXX notum. Prudentius rem memorat è' Actor. XXVIII. notam, [cum congregasset Paullus sarmentorum aliquantam multitudinem et imposuisset super ignem, vipera à calore, cum processisset, inuasit manum eius. &c et ille quidem excutiens bestiam in ignem, nihil mali passus est.] sic diuersis nominibus, poetarum more, dicit,

XII. Ruffin. cap. IV.

: Torpebat glacie pigra vbi vipera
: sarmentis laqueos corporis implicans,
: quæ postquam intepuit fomite fumeo,
: laxauit q; ferox colla rigentia.
: iam flecti facilis rettulit ad manum
: vibrato capite spicula dentium.

En Viperam, vt ἐχιδνᾶν in Lucâ; nec tam lac lacti

simile, quàm Sepi, ipsissimaq3 verborum circumductione. Postea
= Excussumq3 procul decutit aspidem:
En Aspidem: en Colubrem,
= abiectus coluber verberat aëra;
quid amplius? Hydrum,
= Hydrum præcipitem dum rotat impetus.
adde ijs Sepem,
= Sepsq3 insueta subit &c —
Prudentij ipsius manu iouem lapidem deierarem sic fuisse scriptum. Exsultabam felicem hanc in re Criticâ emendationem me animaduertisse solum; cum adsertorem inuenio V. Cl. Latinum Latinium Viterbiensem, et Laudatorem elegantem I.C. Josephum Castalionem, quod in vtriusq3 honorem referendum heic duxi operæpretium, præsertim cum vberiùs emendationem nostram corroborauerim.

in Varijs Lect. fol. 2. Edit. Ant.

D.N. IACOBO MAVSSACO Q.C.L.

Psellus an Nilus libellum περὶ τῶν λίθων scripserit, cuiuscunq; sit ex manuscriptis tribus datus iterum cum auctuario, & latinus denuò factus.

SCHEDIASMA

Tuas in Harpocrationis λεξικὸν eruditissimas Notas cum Voluptate & fructu legimus, ex illa amorem in te, ex hoc in me profectum, ex utroq; tantam tui admirationem, vt similes tanti ingenii diuitias perpetuò sitiamus. Commodùm venit in manus nostras Plutarchus illo de ipso prudentissimo iudicio et doctissimâ inlustratione, verè tuus, vnâ & Psellus de lapidum virtutibus eleganter in latia latifundia transire iussus, & incomparabilibus Viris G. Gaulminio, cui dono datus, & I. Sirmondo cuius liberalitati debetur, vt existimo non improbatus: sed quùm è singulari codice transcriptum videam, schedas meas peruolutare visum est, in quibus inter Veterum auctorum, ceimelia, Psellum tuum inuenio non Psellum, copia tamen trium manuscriptorum integritatie auctori suo restitutum. Suppeditavit ante aliquot annos alterum R. Mariana è Bibliotheca Inlustris. D. Garsiæ de Loaisa Toletani Præsulis, & ex VV. CC. B. Vulcanii & P. Pantini recognitione acceptum, duo amicus noster doctiss. & Nobilis. D. Io: Fonseca de Figueroa: transcripsimus, familiarem è bibliotheca nostra interpretationem addidimus, etiam Anonymi auctuarium, quod in Fonsecæ MM-S erat, Verùm Psello Sapientissimo non adhuc tribuendum existimabamus, quoniam exemplaria nostra distinctè epigraphen hanc præferebant ΝΕΙΛΟΥ ΜΕΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΡΟΔΟΥ ΔΙΑΣΣΩΡΙΝΟΥ ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ. Quorum testimonium pro nihilo non habendum, credo, existimabis: itaq; in Studiosorum vtilitatem hoc qualecunq; lucubratiuncularum nostrarum argumentum tibi vni sacrauimus, Maussace CL. qui optimè de hoc, quicunq; sit, auctore meritus es, dum de Harpocratione etiam tua bibliotheca nostra non malè fortasse mereatur.

ΝΕΙΛΟΥ ΜΕΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΡΟΔΟΥ ΔΙΑΣΣΩΡΙΝΟΥ περὶ λίθων.	*Nili Metropolitae Rhodi Diassorini de Lapidibus*
Πόθεν εὑρίσκονται οἱ δώδεκα λίθοι καὶ ποταπὴ ἡ θεωρία ἑνὸς ἑκάστου	*Vbi inueniantur duodecim lapides & qualis sit cuiusq; ~~contemplatio~~ consideratio.*
Ὁ σάπφειρος πορφυρίζων μέν ἐστιν, γίνεται δὲ ἐν Ἰνδίᾳ καὶ Αἰθιοπίᾳ. τριβόμενος δὲ φύματα καὶ φυσήματα ἰᾶται σὺν γάλακτι	*Sapphirus purpureum colorem æmulatur, nascitur q; in India atq; Aethiopia, tritus verò inflationibus, & pustulis medetur, cum lacte*

δὲ ἐπιχεόμενος τοῖς ἠλκωμένοις τόποις. καὶ ἡ ἐν τῷ ὄρει τῷ Μωϋσεῖ δοθεῖσα νομοθεσία, ἐπὶ λίθῳ σαπφείρῳ λέγεται πεφηνέναι.

verò infusus locis exulceratis. Atq legum latio Mosi in monte data in Sapphiro lapide dicitur ~~significari~~ apparuisse visa esse.

Λίθος δεύτερος Ἰάσπις

Ἰάσπις τὴν χροιὰν σμαραγδίζων μέν ἐστιν. εὑρίσκεται δὲ παρὰ τὰ στόμια θερμαίδοντος ποταμοῦ. καὶ παρὰ ἀμουθιντίῳ Κύπρου. χρησμεύει δὲ εἰς τὰς ἐπιλήψεις.

Lapis Secundus Iaspis

Iaspis colore quidem Smaragdum imitatur. inuenitur autem ad ostia Thermodontis fluuii, et apud Amuthintium Cypri. adversus morbum comitialem proficuus est.

Περὶ λίθου Ὑακίνθου

Ὑάκινθος πορφυρίζων μέν ἐστιν. εὑρίσκεται δὲ ἐν τῇ ἐνδοτέρᾳ Βαρβαρίᾳ τῆς Σκυθίας. Σκυθίαν δὲ εἰώθησαν καλεῖν οἱ παλαιοὶ τὸ κλίμα ἅπαν τὸ βόρειον ἔνθα εἰσὶν οἱ Γότθοι. ἐκεῖ τοίνυν ἔνδον ἐν γῇ ἐρήμῳ τῆς μεγάλης Σκυθίας ἐστὶν ~~φάραγξ~~ λίαν βαθυτάτη καὶ ἀνθρώποις ἄβατος. ὄρεσι πετρῶν ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν περιτετειχίσμενη. ὥστε ἄνωθεν ἀπ' ἄκρων τῶν ὀρέων παρασκόψαντά τινα μὴ δύνασθαι κατοπτεύειν τὸ ἔδαφος τῆς φάραγγος, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ βάθους σκοτισθῆναι ὡς ὑπέρχαον. οἱ οὖν ἀποστελλόμενοι παρὰ τῶν ἐκεῖσε πλησιαζόντων βασιλέων, κατάδικοί εἰσι καὶ βιαζόμενοι. θύσαντες δὲ ἄρνας, καὶ ἐκδείραντες ῥίπτουσιν ἄνωθεν ἀπὸ τῶν πετρῶν εἰς τὸ χάος τῆς φάραγγος καὶ κολῶσιν οἱ λίθοι ~~φάραγ~~ ἐν τοῖς κρέασιν ἐκείνοις. ἀετοὶ οὖν ἄνω ἐν ταῖς πετραῖς οἰκοῦσιν, καὶ ἔρχονται ἐν τοῖς κρέασι καὶ αἴροντες ἄνω, καὶ καθίσαντες ἐν τόπῳ, τὰ κρέα βιβρώσκουσι. καὶ οἱ λίθοι ~~ἀπολείπονται~~ ἐκεῖσε. οἱ δὲ κατάδικοι σκοπεύσαντες ποῦ ἐβρώθησαν τὰ κρέα ὑπὸ τῶν ἀετῶν, ἔρχονται καὶ εὑρίσκουσιν αὐτοὺς ἐκεῖσε. ἔχει δὲ ἐνέργειαν τοιάνδε. βαλλόμενοι γὰρ ἐπ' ἀνθράκων αὐτοί μεν οὐ βλάπτονται τοὺς δὲ ἄνθρακας κατασβεννύουσιν.

*φάραγξ

De lapide Hyacintho

Hyacinthus purpureo quidem colore est. reperitur verò in interiori Scythiae Barbaria. Scythiam verò vocare antiqui consueuerunt, vniuersum clima septentrionale aquilonare, vbi sunt Gothi. Ibi itaq in intima solitudine quadam magnae Scythiae est Vorago profundissima, et hominibus inaccessa, rupium montibus hinc inde circumsepta: adeò vt desuper ~~despectantes~~ è summis montium verticibus despectans quispiam fundum Voraginis ciatus penetrare neutiquam possit. Sed potiùs a profunditate, velut ~~qui~~ in barathrum quoddam inspectanti [vsuuenire soles] obcaecetur. Qui igitur mittuntur missi a vicinis caliget obtenebretur. regibus damnati sunt et vi compelluntur. mactatas vero oues ~~et~~ detractis pellibus desuper è rupibus in hiatum Voraginis deiiciunt, lapidesq adhaerescunt carnibus illis. Aquilae igitur quae superius in rupibus habitant ad carnes deuolant ~~et~~ tollunt in altum, et loco insidentes comedunt carnes relinquuntur ibidem lapides. Damnati autem obseruato loco vbi ~~[illegible]~~ deuoratae sunt carnes, ab ~~[illegible]~~ aquilis, accedunt inueniuntq ibi relictos lapides. Habet autem hanc virtutem et efficaciam. Prunis enim impositi ipsi illaesi ~~[illegible]~~, prunas extinguunt. ~~[illegible]~~

Οὐ μόνον δὲ τοῦτο· ἀλλὰ καὶ λαβών τις τὸν λίθον καὶ περιειλήσας ἐν ὀθόνῃ τινὶ ἐπιθεὶς ἐπ' ἀνθράκων καὶ κρατῶν. αὐτὸς μὲν ἀπὸ τοῦ πυρὸς τὴν χεῖρα φλογίζεται. ἡ δὲ ὀθόνη ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἀβλαβὴς διαμένει. λέγεται δὲ ταῖς δυστεκούσαις γυναιξὶν εὐτοκίας χάριν χρησιμεύειν.

Λίθος τέταρτος
ὁ Ἀχάτης

Ἀχάτης ὑποκυανίζων μέν ἐστιν, εὑρίσκεται δὲ καὶ οὗτος ὑπὸ τὰς Σκυθίας ἐκείνας. τριβόμενος δὲ καὶ ἐπιχιόμενος τῷ μετόπῳ δείγματα ἀποτρέπει ὀφέων καὶ σκορπίων καὶ αἰχιδνῶν καὶ πολυποδίων.

Πέμπτος λίθος ὁ
Ἀμέθυσος

Ἀμέθυσος ὡς φλογίζων μέν ἐστι βαθέως. εὑρίσκεται δὲ ἐν τοῖς ὄρεσι τῆς λιβύης, ἢ πρὸς τὰς ὄχθας τῆς θαλάσσης.

Ἕκτος λίθος ὁ
Χρυσόλιθος.

Χρυσόλιθος χρυσίζων μέν ἐστι. εὑρίσκεται δὲ ἐν φρεάτιδι πέτρᾳ, παρὰ τὸ χεῖλος τῆς Σκαμανίτιδος Βαβυλῶνος. Τὴν γὰρ Βαβυλῶνα καὶ τὸ φρέαρ ἐκεῖνο τῆς πέτρας Σκαμανίτιδα καλοῦσι. τριβόμενος δὲ στομαχικοῖς καὶ κοιλιακοῖς ἰατρικὸς ὑπάρχει

Λίθος ἕβδομος
ὁ Βήριλλος

Βήριλλος γλαυκίζων μέν ἐστιν. εὑρίσκεται δὲ παρὰ τὰ τέρματα τοῦ ὄρους τοῦ καλουμένου Ταύρου.

Λίθος ὄγδοος
ὁ Ὀνυχίτης

Ὁ ὀνυχίτης ξανθὸς μέν ἐστι τῇ φύσει

Neq hoc solum; quin etiam si linteo circumvolutum prunisq impositum manu siquis teneat. manu inardescente linteum abigni intactum integrumq permanebit. Dicitur autem mulieribus pariendi difficultate laborātibus ad partus facilitatem plurimum conferre.

Lapis quartus
Achates

Achates subcyanei coloris est, reperitur hic sub eadem Scythia, contritus & fonti illitus morsus serpentum auertit, scorpiorum, Viperarum, ac multipedarum.

Quinctus lapis
Amethystus

Amethystus in profundo quidem velut ardere uidetur, inuenitur in montibus Libyæ, siue ad maris littora.

Sextus lapis
Chrysolithus.

Chrysolithus quidem ad auri colorem efflauescit. inuenitur in puteali Petra ad os Scamanitidis Babylonis. Babylona enim & puteum ipsum petræ Scamanitidam vocant. tritus stomachi & ventriculi infirmitate laborantibus præsens est medicina.

Lapis Septimus
Berillus.

Berillus glauco est colore. reperitur in finibus montis, quem Taurum vocant.

Lapis octauus Onychites

Onychites flauus quidem est natura,

εὑρίσκεται δὲ καὶ οὗτος ἐν τῷ αὐτῷ ὄρει τῷ ταύρῳ

Λίθος ἔννατος τοπάζιον

Τὸ τοπάζιον ~~[illegible]~~ ἐστὶ τῇ χροιᾷ ὁλοσηρικοῦν. εὑρίσκεται δὲ ἐν τῇ θηβαΐδι τῇ μεγάλῃ

Λίθος δέκατος ὁ ἄνθραξ

Ὁ ἄνθραξ λίθος ἐστὶν, ἡ εἰδέα αὐτοῦ ὡς φλὸξ καμίνου. ἐὰν τεθῇ ἐν σκεύει τινι. καὶ τεθῇ ἐν τῇ νυκτὶ ἐν οἰκίᾳ λάμπει ὡς λύχνος. οὗτος εὑρίσκεται ἐν τῷ Εὐφράτῃ ποταμῷ

Λίθος ἑνδέκατος ὁ σμάραγδος

Σμάραγδος λίθος ἐστὶν τῇ χροᾷ πράσινος. ὅστις ἐξέρχεται ἐκ τοῦ τετάρτου ποταμοῦ τοῦ ἐκπορευομένου ἐκ τοῦ παραδείσου, πάνυ ὡραῖος ὑποχλωρίζων

Λίθος δωδέκατος ὁ Ἀδάμας.

Ὁ Ἀδάμας λίθος ἐστὶν τῇ θεωρίᾳ ὡς γαιώδης· εὑρίσκεται δὲ καὶ αὐτὸς ἐν Φεισῷ ποταμῷ, ὃν καὶ τιθέασιν οἱ ἀρχιερεῖς ἐν τῇ ἀρχιερατικῇ στολῇ· ἐν τῇ ἐπωμίδι, ἐν ᾧ λίθῳ καὶ ἐπροφήτευον τὰ μέλλοντα. μέλας γὰρ φαινόμενος ἀσθενείας σημαίνει, ἐρυθρὸς πρὸς θεὸν καταλλαγήν.

ΕΤΕΡΟΝ ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ
ΝΕΙΛΟΥ ΜΕΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΡΟΔΟΥ ΔΙΑΣΣΩΡΙΝΟΥ

Αἰτιολογήσασθαι μέν σοι τὰς ἐν τοῖς λίθοις δυνάμεις οὐκ ἂν τολμήσαιμι, οὐδὲ μιμήσομαι κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τῶν Δογματικῶν τὴν προπέτειαν, δυνά-

Inuenitur vero hic in eodem monte Tauro.

Lapis nonus Topazius.

Topazius est colore holoserici. inuenitur autem in magna Thebaide.

Lapis decimus Carbunculus.

Carbunculus lapis est aspectu camini velut flammam referens. in Vase aliquo positus inq ædibus suspensus noctu lychni instar lucet, hic reperitur in Euphrate fluuio.

Lapis Vndecimus Smaragdus.

Smaragdus lapis est coloris porracei, qui venit ex quarto flumine è Paradiso manante. summæ elegantiæ ac iucunditatis est; qui gramineum virorem æmulatur.

Lapis duodecimus Adamas.

Adamas lapis est aspectu quidem quasi terreo, inuenitur autem in Phiso fluuio, quem et sacrorum principes in pontificalis stolæ superhumerali ~~[illegible]~~ collocabant; ex eo etiam futura vaticinabantur, si niger appareret, calamitates, si rubicundus diuinam significabat benignitatem.

ALIVS DE LAPIDIBVS [TRACTATVS]
NILI METROPOLITAE RHODI DIASSORINI

Rationes quidem earum, quæ lapidibus insunt, Virtutum, caussasq explicituram me tibi vix ausim polliceri: neq imitabor hac in parte temeritatem facilitatemq eorum qui Dogmatici vocantur

μενος ἐφ' ἑκάστου πολλὰ εὑρεσιλογεῖν.
Ἑκάστης δὲ τῶν διεγνωσμένων ἡμῖν
λίθων, καὶ ἃς μάλιστα ἀγαπῶμεν οἱ
ἄνθρωποι τὰς ἐνούσας δυνάμεις ἀνα-
καλύψω σοι, ἵν' ἐν καιροῖς αὐτοῖς χρῶο
καὶ τινα ὠφέλειαν καρπίζοιο παρ' αὐτῶν,
καὶ ἵνα τὰς ἀγνώστους λίθους ἐασιν τὸν
Ὀνοκάρδιον, καὶ Ὀλκάδα, καὶ τὸν σπογγί-
την τόν τε λειμωνιάτην, καὶ τὸν λιγκού-
ριον, τόν τε Τριγλίτην, καὶ τὸν Σχιστὸν,
καὶ τὸν ~~[illegible]~~ τριόφθαλμον, καὶ τὸν
Σοκόνδιον, καὶ Σκριγγίτην, καὶ ὅσοι τοι-
οῦτοι, ὧν τὰ ὀνόματα μόνον ἴσμεν,
οὐ μέντοι γε καὶ αὐτοῖς ἐντυγχάνομεν·
ἀπὸ τῶν γνωριμοτέρων ἡμῖν ἀπάρ-
ξομαι.

~~Ἀδάμας~~
Αὐτίκα ὁ Ἀδάμας λίθος χροιὰν ὄντως
ἔχει ὑελίζουσαν καὶ στιλπνὴν, κραταιός τέ
ἐστιν καὶ δύσθραυστος. ἡμιτριταίους πυρετοὺς
σβέννυσιν ἐξαρτώμενος

Ὁ αἱματίτης ὀνομάζεται οὕτως, ὅτι βρε-
χόμενος ὕδατι αἱματώδη χροιὰν ἀφίη-
σιν ὀφθαλμοὺς ἰᾶται μεθ' ὕδατος ἐγχριω-
μένους.

Ἀμέθυσος ὑακινθώδης μέν ἐστι τὴν χροι-
ὰν. ἰᾶται δὲ κεφαλαλγίας καὶ τοὺς πίνον-
τας οἶνον φυλάττει νήφοντας, ὅθεν αὐτῷ
καὶ τοὔνομα.

Ὁ Ἄνθραξ ἐν Ἰνδοῖς μὲν ἔχει τὴν γένεσιν·
ἔστι δὲ ἄνθραξιν ἐμφερὴς, καὶ ὁ μέντοι ἐστι
τηλεφεγγὴς, ὁ δὲ βραχύ~~[illegible]~~τι μελάντε-
ρος, ~~Εὑρίσκεται δὲ ἐν ὄρεσιν ἀντιλάμ-~~
~~πων~~ φοινικίζει δὲ πρὸς ἥλιον καθορώ-
μενος. Εὑρίσκεται δὲ ἐν ὄρεσιν ἀντι-
λάμπων ταῖς ~~[illegible]~~ ἡλιακαῖς ἀκτίσι;
καὶ ποικιλλόμενον μὲν τοῦτον οἱ λιθο-
γνώμονες ἴσασιν. Οὐ μήν γε τὰς δυνά-
μεις αὐτοῦ μεμαθήκασιν, εἰ μὴ μόνον
Ἀνθρακίτην τὸν περὶ Θεσπρωτοῖς γενό-
μενον, ἔλαττον τὸ πυραυγὲς ἔχοντα.

quum tamen de vnoquoq sigillatim multa
possim exactè subtiliterq disputare. La-
pidum verò eorum qui nobis cogniti sunt,
et quorum cupiditate homines flagrant
potissimum, insitas vires tibi enucleabo [vel manifestabo]
vt ipsis opportunè vti, et aliquid ex
iis fructus atq emolumenti haurire pos-
sis. Atq ut ignotos nobis lapides missos
faciamus, Onocardion, Olcadem, Spongi-
tem, Leimoniatem, Lincurium, Trigli-
tem, Schiston, Triophthalmum, Socon-
dium, Scringitem, et id genus alii, quo-
rum nomina tantum nouimus, neque enim
in eos incidimus unquam; a notioribus
itaq nobis exordiar.

Adamas continuò [occurrit]. Vitreū is ~~est~~ habet
reuera colorem ac splendidum, solidusq est
et vix perforabilis. Semitertianas febres
appensus restinguit.

Aematites sic vocatur, quòd aquæ immer-
sus sanguineum emittit colorem, oculis
ea aqua inunctis medetur.

Amethystus hyacinthino quidem colore
est. medetur autem doloribus capitis et
vino indulgentes ab ebrietate remoratur,
vnde et nomen est sortitus.

Carbunculus in India quidem nascitur, est
carbonibus [ignitis] similis, Atq vnus quidem
splendorem procul eiaculatur, alter ali-
quanto est obscurior, rubescit ~~purpurascit~~ tamen solis
radiis illustratus. Porrò in montibus reperi-
tur aduersus solares radios resplendens.
Atq hoc genus lapidis multiplex atq multi-
forme esse norunt Gemmarii, neq vires
tamen eius assecuti sunt. si solum Anthra-
citem qui apud Thesprotos nascitur, et
igneum habet splendorem languidiorem

(vel) vnus quidem liqui-
dioris est flam-
mæ alter
aliquanto
nigrioris, in
sole tamen
flagrat lucedium
reperitur verò
in montibus sola-
rium radiorum
repercussu
excitatus,

κεφαλαλγίας ἰᾶσθαι φασὶ παρὰ τῷ κάμνοντι θυμιώμενον.

Ὁ Ἀχάτης, ἔστι δὲ ποικίλος τὴν χροιὰν καὶ διηγλαισμένος, καὶ ὁ μὲν πάρωχρος, ὁ δὲ φοινικόχρους, ἢ σαρκοειδὴς. ὀφθαλμῶν ῥεύματα καὶ κεφαλαλγίας ἰᾶται, ἐπέχει δὲ καὶ ῥοῦν γυναίκων, καὶ τῷ ὑγρῷ ὕδρωπι ἀντίθετός ἐστι, καὶ τοσοῦτον αὐτῷ τὸ παριὸν τῆς ξηραντικῆς δυνάμεως, ὡς καὶ ὕδωρ ἀναπίνειν δύνασθαι, καὶ κενὸν ἄγγος ποιεῖν

Ὁ Βήρυλλος, τρεῖς δὲ τούτου τοῦ λίθου μορφαί, καὶ ἡ μὲν αὐτῶν ἐλαιοβαφὴς ἐστὶ τὴν χροιὰν. ὁ δὲ θαλάττῃ προσεοικώς. ὁ δὲ λαμπρὸς τὰς αὐγὰς, καὶ ὁμοφυὴς καὶ λάμπων πόῤῥωθεν. οὗτος οὖν ὁ λίθος ἐντάσεις ἰᾶται καὶ σπασμοὺς καὶ ὀφθαλμῶν ὀδύνας καὶ ἴκτερον

Ὁ Γαλακτίτης ἀποῤῥήτῳ βρύει γάλακτι, ἔνθεν γὰρ αὐτῷ καὶ τοὔνομα· κατασπᾶ δὲ γάλα ταῖς γυναιξὶν. λήθην ἐργάζεται τῶν κακῶν καὶ μνήμην τῶν καλῶν. ἀντίθετός δέ ἐστι καὶ θηρίων πληγαῖς περίαπτος γεγονώς.

Τὸ Ἤλεκτρον. ἔστι δὲ τὸ μὲν Ἰνδικὸν, τόδε λιβυστικον· οἰκειοῦνται δὲ αὐτῷ Σκύθαι καὶ Αἰθίοπες. γίνεταί δὲ καὶ παρὰ τὸν Ἠρίδανον ποταμὸν, ἔνιοι δὲ καὶ δάκρυον αὐτό φασι δένδρου τινός. κοῦφον γάρ ἐστι καὶ θυμιᾶται ὡς λιβανωτὸς, ἢ μαστίχη· ἰᾶται δὲ καὶ δυσουρίαν περιαπτόμενος, καὶ πυρετῶν ἀπαλλάττει, καὶ στομάχου ῥεύματα ἵστησι, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐγχριώμενος ὀξυδερκίαν χαρίζεται.

Ἡ Ἰάσπις φύσει κρυσταλλοειδὴς, ὀλίγον ἐπιτεινομένη τὴν χροιὰν, καὶ ἀρίστη μὲν ἡ ὑποπορφυροῦσα· δευτέρα δὲ ἡ φλεγματικωτέρα καὶ παράλευκος. ἔστι δέ τις καὶ ἀεροειδὴς· ἀναστέλλει δὲ ῥεύ

Capitis dolores sedare dicitur, propè laborantem suffitus.

Achates quidem colore dipersicolor est vario, et pellucidus, vnus est pallidus, alter rubicundus, siue ad colorē carnis accedens. oculorum fluxiones et dolores capitis sanat, sistit etiam mulierum menstrua, et hydropisis humorem expellit, insitaq est ipsi tanta exsiccandi vis, vt et aquam ebibere, possit, et vas omnino vacuum reddere.

Beryllus. Tres autem huius lapidis sunt species. Hic enim oleaginus .i. olei colore, ille marino aspectu, tertius eiusdem naturæ est sed fulgidus et ~~ominus~~ procul splendorem euibrans. Hic itaq lapis conuulsiones intentionesq sanat, oculorū item doloribus, et aurugini medetur.

Galactites occulto atq ipsi insito scatet lacte, vnde et nomen ipsi impositum. feminis lactis confert fœcunditatem, memoriam adimit malorum, et bonorum conciliat recordationem, Belluarum item plagis vulneribusq medetur circumligatus.

Electrum. est vero Indicum alterum, alterum Libycum, eo familiariter Scythæ et Aethyopes vtuntur. nascitur quoq ad Eridanum fluuium: Quidam arboris cuiusdam lacrimam esse dicunt. Leue enim est, ipsumq adolent non secus atq incensum aut mastiga. Stranguriam curat, febres depellit, stomachi fluxiones sistit appensus, oculis vero illitum acuitatem visus tribuit.

Iaspis natura suâ ad ~~natur~~ viciniam crystalli descendit, colore tamen paulò intensiore. Optima est quæ in purpuram exit, proxima quæ pallidior est et subalbicans est et quædam colore aëreo. tollit capi-

ματα κεφαλῆς, καὶ τοὺς ἐφιάλτας ἀπω-
θεῖται, καὶ λοιμικοῖς ἀντιτάττεται πάθε-
σι, καὶ ἐπιληπτικοῖς. ἔστι δέ τις Ιασπις
καὶ σμαραγδίζουσα. ἥδε ἐμφερὴς χιόνι,
καὶ ἄλλη ἐμφερὴς ἀρνοῦ ἐγκεφαλῷ, ἧς
οὔπω οὐδεὶς ἐγνώκει τὴν δύναμιν.

Ο Ιδαῖος Δάκτυλος ἐν Ιδῃ τῆς Κρήτης γί-
νεται, καὶ ἐστι τὸ χῆμα δακτύλῳ τοῦ ἀνδρὸς
ἐμφερὲς τῷ ἀντίχειρι τὴν χροιὰν σιδηρό-
χρους, οὗτος ὁ λίθος δικαιότατος πάντων
τῶν λίθων ἐστί. τὰς μὲν γὰρ ἐκ τῶν δι-
καίων μίξεων γινομένας σπορὰς τελειοῖ
φθείρει δὲ τὰς ἀθεμίστους καὶ παρανόμους.

Ο Κρύσταλλος ἔοικε μὲν ὕδατι καθαρῷ ἐγ-
καεὶς δὲ ὑπὸ ἡλίου, χροιὰν ἀμεθύσου μετα-
λαμβάνει. ἐπὶ δὲ τὸ βαθύτερον τραπεὶς
Ιάσπιδι γίνεται ὅμοιος. οὗτος τρόμους α-
περύκει, καὶ ἐκλύσεις νεύρων ἀνατριβόμε-
νος.

Ο Λυχνίτης, ἔστι δέ ὁ μὲν ἀνθρακώδης, ὁ δὲ
πορφύρεται, ὁ δὲ διαυγάζει· ἰᾶται δὲ
νυκτάλωπας ἀρτηθεὶς ἀπὸ τοῦ τραχήλου,
ῥεύματά τε ἐπέχει ὀφθαλμῶν, ἐν λίνῳ
ῥάκει περιτιθεὶς τῷ μετώπῳ

Ο Μάγνης λίθος ἐστὶ μέλας, βαρὺς, καὶ
ἀνόμαλος, καὶ ὁ μέν τις ἐπισπᾶται τὸν
σίδηρον, ὁ δὲ ἀποπτύει, ἀναλυόμενος
δὲ γάλακτι ὀξυδερκίαν ποιεῖ, καὶ μελαγ-
χολίαν ἰᾶται.

Ο Ὄνυξ εὐμεγέθης ἐστὶν, ὥστε τοὺς Ινδοὺς
καὶ ποδὰς κλίνης ἐντεῦθεν τορεύειν, διαρ-
θεὶς δὲ πρὸς αὐγὴν παντοίαν ἀναφαίνει
ἔνδον χροιὰν ἢ γὰρ ἀνθρακώδη, ἢ μέλαι-
ναν ἢ σαρκοειδῆ, ἀναλυθεὶς δὲ ἐπέχει
φαντασίας νυκτεριναὶ, ὀδοῦσιτε ῥευμα-
τιζομένοις παρατριβόμενος ὠφελεῖ

Ὁ Σάπφειρος ἵσησι ῥεῦμα ὀφθαλμῶν
μετώπῳ περιαφθεὶς, ἑλκώσεις ἰᾶται

tis defluxus, et ephialten (incubum vocant)
repellit, resistit morbis contagiosis et ca-
ducis. Est et Iaspis quae ad Smaragdi colo-
rem accedit, alia quae niuem imitatur, et alia
quae agni cerebrum representet. cuius ~~nemo~~
hactenus vires cognouit nemo.

Idaeus Dactylus in Ida Cretae generatur, figura
pollici virilis manus simili, colore ferreo. Lapis
hic lapidum omnium est aequissimus. foetus
enim è iusto ac legitimo concubitu pro-
creatos perficit, illegitimos atq nefarios
peruertit.

(vel pollicem humanum formâ suâ exprimit)

Crystallus aquae purae similitudinem refert,
a sole verò inflammatus colorem induit
Amethysti. in obscuriorem verò mutatus
Iaspidi redditur similis. Hic tremores
expellit, et neruorum arcet dissolutio-
nes collisus.

Lychnites, vna carbunculo propinquat,
altera purpura radiat, tertia excitatissimo
splendore fulgurat. prodest contra cali-
ginem oculorum nocturnam è collo suspensa,
et oculorum cohibet fluxiones, lineâ
lacinia ~~fronti~~ ~~ad~~ inuolutam fronti si
applices.

vel luscitiem)

Magnes lapis niger, grauis, atq asper, hic
verò ferrum attrahit, ille respuit, lacte
dissolutus oculorum aciem excitat acuitq
magis, et melancholiam expellit.

Onyx ea est magnitudine, vt ex eo quoq
lectorum pedes Indi detornent, in lucem
sublatus omnifariam intus colores repræ-
sentat, ~~sive~~ aut carbunculi igneum, aut nigrum,
aut carni etiam quendam aemulum, dissolu-
tus imaginationes nocturnas sedat, dentibus
etiam fluxione affectis affrictu prodest.
Sapphirus oculorum fluxiones sistit fronti
applicitus. Vlcera sanat ~~cum lacte haustus~~,

ποθεὶς μετὰ γάλακτος, ξυραντικός τι ἐστι καὶ στυπτικός, καὶ πυρετοῖς ὄξεσιν ἀντίθετος.

Σαρδόνυξ ἡ λίθος, αὕτη μέσον ἔχει γραμμὴν λευκὴν, ἐστὶ δὲ μονόχροος καὶ πολύχροος, καὶ ἡ μὲν μονόχροος ὀφθαλμῶν ἵστησι ῥεύματα, καὶ διεζωσμένη τοὺς τῶν ἐκβρύων ἐπέχει ὀλίσθους· ἡ δὲ ποικίλη ὠφελεῖ μελαγχολικοὺς ἐξαρτωμένη.

Ο Σεληνίτης, καλεῖται δὲ οὕτως ὅτι ὀφθαλμὸν οἷόν τινα ἔχων ξυναυξόμενον τοῦτον καὶ συμμειώμενον ταῖς τῆς σελήνης ~~[illegible]~~ καὶ αὐξήσεσι καὶ μειώσεσι δείκνυται.

Η Σμάραγδος πρασοειδὴς ἐστι, καὶ ἠρέμα χρυσίζουσα, καὶ τὶ καὶ τοῦ γλαυκοῦ παρεμφαίνουσα χρώματος. γεννᾷ δὲ ταύτην καὶ Αἰθιοπία καὶ Αἴγιπτος, καὶ Περσὶς, καὶ τινα ὄρη τῆς Αττικῆς, αὕτη καταπλαττομένη μεθ' ὕδατος ἐλεφαντικοῖς βοηθεῖ, πινομένη δὲ μεθ' αὐτοῦ αἵματος ἐπέχει ῥοάς.

Ἐνταῦθα Υάκινθος· τοῦτον τίκτει μὲν ἡ Ινδῶν χώρα, ἐστὶ δὲ θαλαττόχροος. ἰᾶται δὲ πνευματώσεις καὶ ῥήγματα, μελαγχολίαντε πάνει σὺν ὄξει ποθεὶς

Χρυσόλιθος ἀντίθετον χρῆμα πᾶσι πάθεσιν ὀφθαλμῶν

Χρυσήλεκτρος, οὗτος φορούμενος περὶ τράχηλον σβέννυσι πυρετοὺς

Χρυσόπρασος οὗτος περὶ τοὺς καρποὺς φορούμενος παρέχει ὀξυδερκίαν, στομαχικοὺς ἰᾶται· καρδιαλγούντας, τε, καὶ λύειν ἐμπνευματώσεις οἶδε

Χαλαξίας· λευκός ἐστιν οὗτος καὶ στερεὸς

cum lacte haustus, virtutem verò habet exsiccandi adstringendiq, et acutis febribus aduersatur.

Sardonyx lapis, quem medium alba intersecat linea, est et vno colore, et pluribus. atq vnicolor quidem oculorum resistit fluxionibus, et cinguli in modum praecinctus abortus cohibet facilitatem. Varius autem melancholicis prodest appensus.

Selenites eo argumento sic vocatur, quod oculum quendam habeat, quem vna cum incrementis decrementisq Lunae nunc crescentem nunc minuentem ostendit.

Smaragdus porraceo est aspectu, et sensim ad auri colorem declinans, et aliquid etiam glauci coloris repraesentans. hunc Aethiopia Aegyptus, et Persis, ac nonnulli item Atticae montes, cum aqua illitus elephantiacis opitulatur, epotus autem cum eadem aqua, sanguinis fluxum compescit.

Iam Hyacinthus. hunc Indorum regio mittit, Est autem coloris Veneti, tusses rupturasq sanat, melancholiam sedat cum aceto epotus.

Chrysolithus praesens remedium aduersus quosuis oculorum dolores.

Chryselectrum circum collum gestatum febres restinguit

Chrysoprasus circum manuum iuncturas gestatus visus praestat acuitatem, stomachi ac cordis dolore laborantibus prodest. et inflationes resoluere consueuit.

Chalazias, albus hic est et solidus ~~par~~

καὶ μικρῷ κρυστάλλῳ ἐοικώς. περιαρτώμενος δὲ ἰᾶται σκορπίων πληγάς.

Τοπάζιον· διαφανής ἐστι λίθος ὑέλῳ παρεμφερής· φύεται δὲ εἰς τὸν Ἀραβικὸν λεγόμενον κόλπον ἐν τινὶ πελαγίᾳ νήσῳ καὶ ἡμέρας μὲν οὐχ ὁρᾶται, κρύπτει γὰρ αὐτοῦ τὸ φέγγος ἥλιος, νυκτὸς δὲ διαλάμπει πόῤῥωθεν, καὶ τραχὺς μὲν εὑρίσκεται, καὶ ἀνόμαλος, τεχνικοῖς δὲ ὀργάνοις λειαίνεται. τριβεὶς καὶ ποθεὶς. δρᾶ δὲ τὰ αὐτὰ καὶ περίαπτος.

Τούτων δὴ τῶν παρὰ τοὺς λίθους δυνάμεων αἰτίας πολλοὶ ἐθάῤῥησαν ἀποδοῦναι, τῶν μὲν ἀρχαιοτέρων σοφῶν Ἀναξαγόρας καὶ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ Δημόκριτος· τῶν δ' οὐ πολὺ πρὸ ἡμῶν ὁ ἐκ τῆς Ἀφροδισίας Ἀλέξανδρος ἄνθρωπος περὶ πάντων, ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ τῶν ἀποῤῥήτων τῆς φύσεως προχειρότατος· σοὶ δὲ ἀποχρῶσα ἔστω ἡ ἑκάστου τῶν λίθων δύναμις καὶ ἐνέργεια· τοὺς δὲ λόγους αὐτῶν καὶ τὰς αἰτίας παρὰ τοῖς ἄνω θησαυροῖς ἔασον.

ὗτος μαινομένους ἀποκαθίστησι

paruoq Crystallo persimili. scorpionum morsibus medetur appensus.

Topazius perlucidus est lapis vitri similitudine, gignitur verò in Arabico, quem dicunt, sinu, in insulâ quadam Pelagi. interdiu non conspicitur, illius enim splendorem sol exstinguit, noctu procul resplendet, reperitur quidem asper scaber rudis atq inæqualis, instrumentis autem arte expolitur ac lævigatur, tritus et epotus furibundos restituit. quod item adalligatus facit.

Harum vero quæ lapidibus insunt virtutum causas reddere multi sunt ausi, ex antiquioribus quidem sapientibus Anaxagoras, Empedocles, et Democritus. ex iis verò qui non multò ante nos vixerunt, Alexander Aphrodisæus homo (vt vno verbo complectar) ad omnia Naturæ arcana eruenda promptissimus exercitatissimusq. Tibi verò sufficiat vniuscuiusq lapidum vim nosse ac facultatem, causas rationesq supernis thesauris relinquendas puta.

ΑΝΟΝΥΜΟΥ

Περὶ τῆς τοῦ ἱερέως στολῆς

Λίθον δὲ Ἀδάμαντα φέρει ὁ Ἀρχιερεὺς εἰσερχόμενος εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων τρεῖς τοῦ ἐνιαυτοῦ. τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα, καὶ τῇ πεντεκοστῇ, καὶ τῇ σκηνοπηγίᾳ. ἦν δὲ κείμενος ἐπὶ στῆθος τοῦ Ἀρχιερέως ὁπόταν ἐνεδύετο τὸν ποδήρη, καὶ ἐπάνω τοῦ ποδήρους ἐπενεδύετο τὴν ἐπωμίδα. ἤρχετο δὲ ἡ ἐπωμὶς κατότερον τοῦ στήθους, ἦν γὰρ

ANONYMI

De Veste sacerdotis

Lapidem Adamantem gestat Princeps Sacerdotum intrans sancta Sanctorum ter singulis annis. Paschæ scilicet, ac Pentecostes, et tabernaculorum festo die. eminet autem in pectore summi Sacerdotis, vbi talarem tunicam induitur, et supra talarem Humerale superinuicit, quod infra pectus incipiebat, longitudine ~~palmi cum al sesqui~~

σωδαμὶς χ' ἡμίσους τὸ μῆκος· ἐκ δεξιῶν δὲ χ' ἐξ εὐωνύμων ἀσπιδίσκους ἐπάνωθεν τῶν μαζῶν, ὅπου συνέρραπτο δύο σμάραγδοι· εἰς μέσον δὲ τούτων ἡ δούλωσις ἀδάμας· ἐπάνω δὲ τούτων ὧμοι οἱ δώδεκα λίθοι οὗτοι. α Σάρδιον. β. τοπάζιον. γ. σμάραγδος. λιγύριον Δ. Διχείριον. ε. Ἀχάτης. ς Ἀμέθυστος. ζ. χρυσόλιθος ἡ βήρυλλος θ. ὀνυχ ι. ἴασπις. ια. ἄνθραξ. ιβ. σαπφειρος. τρεῖς τῶν ἐνιαυτῶν ἐδηλοῦτο διὰ τῶ λίθω, εἰ ἐν ἁμαρτίαις εὑρέθησαν ἐν ταῖς ἐντολαῖς, χ' εἰ ἐδόκει φάσιν κρίσεως ὁ θεὸς, ἔτρεπεν ὁ λίθος, χ' ἐγίνετο μέλας, χ' ἐγίνωσκεν ὅτι θάνατον ἐξαπέστειλεν κύριος ἐπὶ Ἰακὼβ. χ' ἦλθεν ἐπὶ Ἰσραήλ. ἡνίκα δὲ ἐν μαχαίραις αὐτοὺς ἔπεμπεν, αἱματινοὶ ἐγίνετο ὡς ἐπὶ τῶ Ἱερεμίᾳ, χ' εἶπεν ὁ κύριος πρὸς αὐτόν. εἶπον τῶ λαῶ ἐξελθατε ὅσοι εἰς σφαγὴν χ' ὅσοι εἰς αἰχμαλωσίαν χ' δώσω τὸν μάχαιράν χ' τὰ ἑξῆς. Εἰδὲ ἐγίνετο ὡσεὶ χιὼν λαμπροὶ ἐγίνωσκεν ὁ λαὸς ὅτι ἀδαμὶς ἁμαρτία· χ' τότε ὁ λαὸς ἑορτάζει καθὼς λέγει εἰς τινὶ ιβ προφήτας· Ἑορτάζε Ἰουδαία τὰς ἑορτάς σου, ἀπόδως τῶ κυρίω τὰς εὐχάς σου· διὸ χ' ἐπὶ ζαχαρίου τοῦ πατρὸς Ἰωάννου ἐν τῇ ἐφημερίᾳ αὐτοῦ· τὸ πάσχα λαμπροὶ ἐγίνετο ὁ λίθος· τότε γὰρ ἀρχὴν ἔλαβεν τοῦ ἱερατεύειν τὸν ἐνιαυτόν· χ' τῶ ἑπτὰ ἕτερος ἀνέλαμβανεν τὸν ποδήρη, ἐπὶ δὲ τοῦ Ζαχαρίου ὅτε ὀπτασίαν εἶδεν· χ' βραδύνοντος αὐτοῦ εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ἐν ἀγωνίᾳ ἦν ὁ λαὸς προσδοκῶν μήποτε ἔσται ὁ λίθος ἔλεγχος ἁμαρτίας.

sertique palmorum. A dextro ac sinistro latere scutula habebat, quibus duo smaragdi admirabiles quorum in medio Adamas intolerabilis. in humeris duodecim eos lapides gerebat. quorum 1. Sardius, 2 Topazius. 3 Smaragdus, 4 Lincurium, 5 Achates, 6 Amethystus, 7 Chrysolithus. 8 Beryllus, 9 Onyx. 10. Jaspis, 11. Carbunculus. 12 Sapphirus. Ter autem quotannis lapide eos velut divinae voluntatis interprete significabatur Utrum in peccatis contra praecepta admissis perstiterent, et anne Deus lata sententia supplicium minaretur, mutabatur enim lapis, et nigrum inducebat colorem, atque eos cognoscebat populus quod Deus exitium miserit super Iacob, vexerit super Israel. Quando vero cum gladiis mittebat ipsos, sanguineus fiebat, vt apud Jeremiam; Dicutque est ad ipsum Dominus; dic populo, exite, quotquot estis in cadem, et quotquot estis in captivitatem et dabo gladium et cætera: Si vero in mitari nihil eradicabat, cognoscebat populus quod nullum utquam esset peccatum, exultabatq, ut apud vz Prophetas dicit, exulta Iudæa, et age dies festos tuos, offerens Domino orationes tuas. Quapropter et in Ioanne Patre Zacharia, quum in familia ipsius Pascha haberetur, splendidus factus est lapis; tunc enim potestatem accepit summi Sacerdotii illius anni. et ingredienti aliis tunicam sustulit, et in Zacharia eos vidit miraculum, Et tardante ipso in sanctis sanctorum contentione populi prastolantis cum metu ne forte lapis in peccatorum foret redargutionem.

οἱοί ἐσι, σήμερον, οἳ ἀπεδοκίμασαν λίθον, τοῦτ' ἐσι Χριςὸν, οὗτος ἔλεγχος ἀυτῶν ἐπὶ κεφαλὴς ἀυτῶν. ἐξελθόντος δὲ τῦ Ζαχαρίᾳ εἱςήκει πᾶς ὁ λαὸς ἀτενίζων πρὸς τὸ ἐπωμίδα τῷ λίθῳ, κ' ἰδὼν ὅτι λαμπροὶ ὡς χιὼν ἐγένετο, κ' ἐπλήσθησαν χάρας εὐαγγελίας γὰρ βασιλείαν ὄντως λαμπρὰν ἐσήμανεν ἀυτοῖς.

qualis hodie est, quem spreuerunt ipsi lapidem, hoc est Christum, hic est redargutio eorum in caput eorum. Exeunte autem Zacharia populus vniuersus conuersa tenebat ora oculos q in lapidem humeralis, vbi ipsum nitidi ad instar micum in modum effulgesere comprehenderunt Lætitia continuo gaudioq impleti sunt, Euangelii enim ipsis regnum reuera splendidum ac magnificum portendit.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ
περὶ τῦ προγινώσκειν τὰ μέλλοντα.

Λάμβανε τὰ ὀνόματα τὰ κύρια, ἐὰν γινώσκειν τὸν πατέρα, ὅτι ἐσὶν τὸ ἰῷ πατὴρ, ὅταν λάμβανε τὸν πατέρα, εἰ δ' ᾧ ἐσὶν, λάμβανε μόνης τῆς μητρὸς τὸ ὄνομα κ' τὸ ἰῷ. κ' σήσον τὴν ψῆφον τῶν ἀμφοτέρων ὀνομάτων, κ' περὶ ὧ δή τινος πράγματος, ψήφιζε δὲ οὕτως· τὸ μὲν ἄλφα κ' ἰῶτα κ' ῥῶ ἀνὰ μίαν· τὸ βῆτα τὸ κάππα, τὸ σύγμα ἀνὰ δύο· τὸ γάμμα, τὸ λάμβδα κ' τὸ ταῦ ἀνὰ τρία· τὸ δέλτα, τὸ μὴ, τὸ ῡ ἀνὰ τέσσαρα, τὸ ε̄, τὸ ν̄, τὸ φ̄ ἀνὰ πέντε, τὸ ξ̄, τὸ χ̄ ἀνὰ ἕξ, τὸ ζ̄, τὸ ō, τὸ ψ̄ ἀνὰ ἑπτὰ· τὸ η̄, τὸ π̄, τὸ ω̄ ἀνὰ ὀκτώ· τὸ θ̄ ἐννέα κ' σωναγαγὼν —













